BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
4 G
51
M
13—22.C.71.

DE HÆRETICIS D. ZANCHINI VGOLINI SENÆ ARIMINEN. I. C. CLAR. TRACTATVS AVREVS.

CVM LOCVPLETISSIMIS ADDITIONIBVS & Summarijs R. P. F. Camilli Campegii Papien. Ord. Præd. primum in Dominiis Illuſtriſs. DD. Ferrariæ, & Mantuæ Ducum Generalis Inquiſitoris, Ac poſtea Epiſcopi Nepeſini, & Sutrini.

ACCESSERVNT IN HAC SECVNDA editione Iacobi Simancæ adnotationes in Zanchinum cum animaduerſionibus in Campegium:

ITEM BREVES AC PERVTILES NOTÆ in margine, è regione ſingularum diſputationum D. HONORATI Figuerolæ patricij Valentini Iuris Vtriuſque Doctoris.

Denique multiplex & copioſiſſimus Index.

CVM LICENTIA SVPERIORVM.



ROMAE,

In Aedibus Populi Romani. M D LXXIX.

PIO QVINTO PONT. MAXIMO ATQVE OPTIMO

CAMILLVS CAMPEGIVS PAPIENSIS Ordinis Fratrum Prædicatorum, & Hæreticæ prauitatis Inquiſitor.

CVM ſæpe mecum ipſe reputarē, Sanctiſſime Pater, duo illa pręclara Chriſtiani hominis officia, quibus deuincti, debemus non ſolum credere, ſed etiam re, loco, vel tempore ita poſtulante, quod credimus, voce, & ſcripto confiteri; nunquam putaui licere mihi ocioſam vitam degere; ſed aliquid ſemper moliendum eſſe, quod, ſi mearū virium imbecillitatem argueret; propenſum certe animum ad obediendum fidei præceptis, Chriſtoq; domino inſeruiendū aperte teſtaretur. Pręſertim cum ad commune catholicæ fidei vinculum, quo omnes obſtringimur; accederet præcipua mea Dominicani inſtituti profeſſio, praua noſtrorum temporum conditio, impoſiti muneris onus, illuſtria denique tuæ Sanctitatis exempla; quę quidem multum me ſemper ad virtutem excitarunt, atq; inflammarūt. Cum igitur ſanctæ Inquiſitioni operam nauando, annos quatuordecim partim Papiæ, partim Ferrariæ, & Mantuæ ſub fœliciſſimis tuæ protectionis auſpicijs conſumpſerim; & quæcunque ad hoc munus facilius & rectius exercendum ab Inquiſitoribus, eorumq; Vicarijs, & Commiſſarijs deſiderentur, diligenter animaduerterim; in perquirendis his, quæ huic rei conducerent; tum per me ipſum multa multorum ſcripta legendo, tum præſtantium Doctorum ſententias percipiendo, plurimum laboraui. Demum in Opuſculum quoddā de Hæreticis incidi: quod ſub nomine Ioannis Calderini paſſim circumferebatur. Id vt deguſtaui, & egregium huius ſcriptoris veræ Religionis ſtudium, doctrinæ grauitatem, ac docendi ordinem inſpexi; viſus eſt mihi omnibus ferme tum antiquioribus tum recentioribus anteponendus, & maxime dignus qui in lucem proferretur. Hoc autem cum nollem ſine tuo conſilio, & voluntate plane con-

ſtituere, tu, quæ tua eſt pietas,& bene quibuſcunq; in rebus de catholica fide promerendi cupiditas;non modo propoſitum meum probaſti, verum etiam de alio eisdem de rebus ſcripto libello, quo tu olim vti conſueuiſſes, humaniſſime admonuiſti: eumq; iuſſiſti, vt à doctiſſimo viro Gulielmo Stylenſi Sirleto, eodemq; Cardinali ampliſſimo tuis verbis peterem,& vnà cum illo edendum curarē. Adiui,obtinui,legi: & quem à noſtro diuerſum putabam, eundem eſſe inueni: hoc vno ſane differentem, quod Cardinalis exemplar præfationem quandam Zanchini Vgolini Senæ authoris nomen præſegerentem habebat,quæ quidem à noſtro, ſiue hominum inuidia,ſiue temporum malitia prorſus aberat. Id mihi periucundum accidit. Illum enim cum attentius legerem, vtrum magis admirarer neſciebam,eximiam ne eius viri legum peritiam, an incredibile quoddam catholicæ fidei defendendæ, & officij Inquiſitionis quod ſuſceperat, patrocinij tenendi ſtudium; vt interim etiam mihi in mentem veniret huiuſmodi Iurisconſultos noſtris hiſce temporibus deſiderare. Putaui igitur conſonum fore,ſi qui ſua ætate tantos labores pro pia ac ſancta Inquiſitione tam alacriter ſuſcepiſſet; nunc tandem te PIO V. PONT. MAX. accerrimo ſacri huius officij defenſore ac propugnatore, Inquiſitoris cuiuſpiam opera é tenebris erutus ad Chriſtianæ Reipublicæ vtilitatem in lucem prodiret. Quamobrem nullum recuſaui laborem, vt hunc libellum accuratius legerem: nec ſolum à mendis, quæ plurimæ inerant, expurgare conarer, ſed etiam ſummarijs, numeris,& poſtillis illuſtrarem. Verba enim ſæpe, ſcriptorum fortaſſe incuria, conciſa & nihil ſignificantia occurrebant: legum, & canonū citationes fere ſemper mētiebantur:in quo nihil plane nec ab aliis Vaticanæ Bibliothecæ exemplaribus adiuto, neceſſe mihi fuit veritatem ex vtriuſq; iuris fonte ad eas purgandas haurire. Ad hæc autem,quoniam Zanchinus aurei huius opuſculi author obijt annis iam CC.amplius (vt ex eius epitaphio colligitur) multaque alia ex eo tempore eodem pertinentia edita ſunt,ne ſacri huius officii Miniſtri tot libris perquirendis ac legendis impedirentur, quo minus commode aut alacriter grauiſſima fidei negotia conficerent,aliorum Doctorum ſententiis,ac deciſionibus in vnum coactis,& aliis iuribus tum communibus, tum propriis additis, hanc Zanchini doctrinam Inquiſitorum Directorio optime conuenientem muniui:& Iuriſconſultorum more additionibus quibuſdam exornaui. Demum Conſilia & vota quædam nunquam hactenus

impreſſa

impreſſa appoſui: quæ cum antiquam erga fidem catholicam pietatem præſeferant, multaſq; dubitationes, ac difficultates diſſoluant; ſpero Inquiſitoribus gratiſſima fore. Neq; vero non confido totum hunc quantumcunq; laborem meum magnam pleriſq; Deo iuuãte, vtilitatem allaturum eſſe: non tam profecto proprio iudicio fretus, quàm primum quidem ſanctiſſimo, & grauiſſimo tuo, Beatiſſime Pater, teſtimonio, qui aliqua etiam aliquando his de rebus benigne ſimul & ſubtiliter mecum diſſerere non es grauatus; deinde vero multorum Sanctę Romanę Eccleſiæ Generalium Inquiſitorũ, atq; adeo Cardinalium authoritate nixus. Nec enim deſtiti cum aliquibus etiam iſtorum multa conferre, ac præſertim cum his quatuor Illuſtriſſimis inquam ac Reuerendiſſimis Scipione Rebiba Piſarum, Io. Franciſco de Gambara, Bernardino Scoto Tranenſi, & Franciſco Paccieco Cardinalibus: qui quidem pro eximia ipſorum integritate, ac doctrina, optimo Sanctitatis tuæ iudicio delecti ſunt, qui catholicę fidei protegendæ, & hæreticorum prauitati vindicandæ præeſſent. Tu velim, Sanctiſſime Pater, has meas qualeſcunq; vigilias, quaſque præterea expleto hoc Mantuano negotio, cui me tua Sanctitas ab hinc menſibus tribus deſtinauit, pro ſacri huius officij ornamento inſtruere putaui, benigne ſuſcipias atq; tuearis, ſi tamen tanto patrocinio non indignæ videantur. Quod ſi quid forte inſit catholicæ veritati minus conſentaneum; id, meq; ipſum ſanctæ Sedis cenſuræ lubens ſubijcio. Deus Sanctitatem tuam ad Chriſtiani gregis vtilitatem, ac ſalutem incolumen diu conſeruet. Mantuæ ex Diui Dominici Cœnobio, vii. Kalendas Septembris, M D LXVII.

HONORATVS FIGVEROLA I.V.C. Valentinus, Lectori.

CVm Romæ iterum Zanchini Vgolini Tractatus in negotio ſanctæ Inquiſitionis aduerſus hæreticam prauitatem & Apoſtaſiam verſantibus valde vtilis, cum Adnotationibus multum eruditis Reuerendi P. F. Camilli Campegij imprimi decerneretur; duo mihi in hac ſecunda editione potiſſimum præſtare viſum eſt: quorum primum fuit, adiungere opportunis locis breuem catalogum eorum auctorum, qui copioſius res ipſas, de quibus vel à Zanchino, vel à Campegio agitur, tractant: nam etſi Campegius ipſe copioſus ſatis fuerit in citandis auctoribus, nonnullos tamen omiſit, qui appoſite etiam citari poterant. Illud vero in primis iubente Reuerendo P. F. Paulo Conſtabili ſacri Palatij Magiſtro effectum eſt, vt multa Directorij Inquiſitorum nuper Romæ impreſſi cum ſuis commentarijs loca citarētur, in quibus aut clarius, aut abundantius res eædem continentur, quàm vel in Zanchino vel in Campegio fuerint adnotatæ. Alterum fuit maioris ponderis & neceſſitatis, & lectori plurimum etiam accomodum, vt vniuerſas illas ſententias, quæ vel fortaſſis falſæ ſunt, vel ſeuere nimis & à Sacroſanctæ Inquiſitionis vſu alienæ, aut minus receptæ, vel quæ ſine culpa & periculo in crimine hæreſis facile exerceri & vſurpari non poſſunt, breuiſſime etiam è regione in margine adnotarentur, & indicarentur potius lectori, quàm plene edocerētur, ne quis in re tam graui horum auctorum occaſione labatur vel etiam in minimis. Quamuis enim in cæteris iudicijs labi et decipi turpe ſit, in iudicio tamē hæreſis id eſt turpiſſimum. Præterea Iacobi Simancæ adnotationes in Zanchinum, cum animaduerſionibus in Campegium, quas ille breuiter aliquando edidit, adiunctæ ſunt. Acceſſit deniq; copioſior quàm antea Index. Hoc te lector beneuole præmonere voluimus. tu qualecunq; id ſit, æqui boniq; conſule. Vale, Romæ, Non. Maij 1579.

REVERENDO IN CHRISTO
P. F. Camillo Campegio Ordinis Præd.
Ferrariæ, & Mantuæ Inquiſitori Generali,

Ioannes Antonius Rigatius Medicus Ariminen.
S. P. D.

QVIA Pater Dominicus noſter me certiorem fecit, te, quo facilius Sanctiſſimi D.N. iuſſis parere valeres, ſummo deſiderio quærere, an quis de Zanchini Senæ noſtratis familia ſupereſſet, deque eius viri memoria aliqua ſaltem fragmenta apud nos inuenirentur; tuo deſiderio morem gerere cupiens, vetuſtiora huius noſtræ ciuitatis, quorum copiam habere potuerim, monumenta vnà cum nonnullis ex ciuibus noſtris ſcrutatus, inueni Zanchinum Iudicem (ſic eo tempore Iuriſperiti vocabantur) ex Vgolino Gulielmi filio Senæ nobilioris familiæ genitũ, ac inter noſtræ ciuitatis primarios connumeratum: ac eundem ob ipſius præſtantiã ab Inquiſitore hęreticæ prauitatis annuentibus Epiſcopo, & Prætore, cum aliis nonnullis ex honeſtioribus ciuibus in coadiutorem ipſius Inquiſitoris, ac ſancti officii defenſorẽ electum reperi; eo tempore quo ad purgandam hanc noſtram prouinciam Inquiſitores ex Vrbe miſſi fuere; vt hi tanquam potentiores, nobilioresque ſua authoritate contra illos, qui Fraticelli dicebantur, hæreticos, fidem orthodoxam defenderent, perfidoſq; Flaminiæ terminos excedere cogerent: anno videlicet M CCC. Bonifacio eius nominis octauo ſedente. Inſuper inueni dictum Zanchinum poſt mortem, vnà cum Rainerio fratre eiuſdem profeſſionis viro apud Minoritas in arca marmorea reconditum, quod quidem ſepulchrũ eo tempore quo ab Illuſtriſſimis Malateſtis eius templi fuit facta reſtauratio tranſlatum immo confractum puta: nec alia de Zanchino noſtro, neç de eius familia, quæ apud nos à tempore abſorta videtur, inuenire potui. Verum quia de fidei defenſorum electione iam tetigi; vt eius ordinis quo ad inſequendos hæreticos tunc Inquiſitores vtebantur; etiam notitiam habeas, ipſius electionis tranſumptum hic ſubiungere curaui. Vale.

COPIA

INfraſcripti ſunt Officiales Inquiſitionis hæreticæ prauitatis in ciuitate Arimini, electi per Fratrem Guidonem de Tuſcis de Bononia, Inquiſitorem hæreticæ prauitatis in prouincia Romandiolæ, de cõſilio, conſenſu, & beneplacito venerabilis Patris D. Laurentii Epiſcopi Ariminenſis ad confundendam omnem hæreſim quocunq; nomine cenſeatur, & ad fidem catholicam augmentandam, & inſtituti per D. Maleteſtinum filium D. Maleteſtæ honorabilem Poteſtatem Arimini: qui iurabunt omnia, & ſingula fideliter, & pro poſſe facere, & exercere quæ ad eorum officium pertinent, vt eis in Conſtitutionibus Papalibus, & Imperialibus conceduntur, & demandantur, & ſuper iis quæ ad eorum ſpectant officium, meram dicere veritatem.

D. Malateſta de Veruculo.
D. Odo de Caminatis.
D. Pandulfus de Malateſte.
D. Homo Ser Ioannis D. Taddæi Iudex.
D. Ferantinus Malateſtini.
D. Vgolinus de Caminatis.
D. Ptolomæus.
D. Dactolus D. Leonardi.
D. Iacobus D. Leonardi.
D. Homodideus de Maiano.
D. Borlegherius de Amoroſis.
D. Ioannes Lanzoli.
D. Ioannes Amoroſus.
D. Bonauentura Gualdonus.
D. Bernardinus Campſor.
D. Vgulinus de Aretio.
D. Peppo de Pergiorgiis.
D. Zirpinus Campſor.
D. Vgulinus D. Benuenuti Iudicis.
D. Petrus Antonii Iudex.
D. Gulielmus Tizonus.
D. Timodæus de Curti.
D. Benuenutus de Tramignolis.

D. Vgoli-

D. Vgolinus de Ser Zanne.
D. Gramigninus.
D. Homo Ser Petri Blanchelli.
D. Vgolinus. D. Gulielmi Senę.
D. Palamidæus Bentiuegnæ.
D. Rinaldutius de Santo Archangelo.
D. Lapus Henrici de Rigatiis.
D. Capuzinus. D. Caputii.
D. Iacobus Senæ.
D. Saluaſtianus Homodei.
D. Garzapane.
D. Ioannes de Arduinis.
D. Homodedęus D. Zanette.
D. Ariminus Vilani.
D. Vgolinus Rauagnani.
D. Thomaſus Baialardus.

D. Bartholus de Lazaris Syndicus Inquiſitionis, & cognitor quæſtionum, quæ ſpectant cognoſci per inquiſitionem.
D. Homo Ser Iacobi Stiuini eius Notarius.

Præcones, & ſeruitores Inquiſitionis.

Lambertucius. Giraldus. Præcones. Mangionus Homodedæus Telli, Iacobellus Barberius Camandolus Seruitores.

Lecti, & publicati fuerunt præfati Officiales in conſilio generali Communis Arimini, in Palatio dicti Communis, ſub anno Domini Milleſimo CCCII. Indictione. xv. tempore D. Bonifatii Papæ viii. Die xxi. Martii, præſentibus teſtibus Petro Ruberti, Thaddæo Campſore, Vgolino de Cittadinis, & pluribus aliis.

EPITAPHIVM

EPITAPHIVM D. ZANCHINI.

VIR Iureconſultus tegitur per lapides iſtos:

Fuit illi nomen Zanchinus, & Senæ cognomen,

Vgolinus Pater: Gulielmo deſcendit ab auo.

Is inter ciues Arimini nobilis erat,

Et purus, & pius, iuſtus, ac ſummè peritus,

Zelator fidei, fugator Hæreticorum.

Annis millenis, trecentis, & quadraginta

Extremum clauſit diem inſtante Setembri:

Proq́; ſuis meritis fruitur nunc gloria cæli.

Frater in extrema die ſociabitur illi

Rainerius Iudex, ſeruans veſtigia Fratris.

Epitaphium hoc, licet rudi quadam compoſi
tione contextum, placuit tamen, quale-
cunq; illud ſit, apponere, vt inde
operis antiquitas pateret.
Lector boni conſule.

INDEX

INDEX CAPITVM TRACTATVS D. ZANCHINI VGOLINI SENÆ DE HÆRETICIS.

VNDE dicatur hæreticus, & vnde ſchiſmaticus. Cap. 1. Pag. 3 *Hæreticus.*
Quot modis ſumatur hęreticus,& qui proprie dicatur hæreticus. cap. 2. pag. 7
De credentibus hæreticorum, & participantibus cum eis. cap. 3. pag. 14 *Credens.*
De defenſoribus hæreticorum. cap. 4. pag. 19 *Defenſor.*
De fautoribus hæreticorum. cap. 5. pag. 20 *Fautor.*
De receptatoribus hæreticorum. cap. 6. pag. 24 *Receptator.*
Ex quibus indiciis extrinſecis detegatur error mentis; vt per hoc hæreticus cenſeatur. cap. 7. pag. 27 *Indicia.*
Per quos,& contra quos poſſit procedi,& pœna imponi ſuper hoc crimine. cap. 8. pag. 31 *Iudex.*
De modo procedēdi ſuper crimine hæreſis,tā cōtra comparentē,quàm cōtra contumacem. cap. 9. pag. 47 *Procedere.*
An Inquiſitor poſſit carcerare, & quādo:& quid de fugiētibus,vel tētātibus frāgere carceres. cap. 10. pag. 70 *Carcerare.*
Quis admittatur ad accuſandum, vel deferendum de hoc crimine:& an,& quando Inquiſitor ex officio procedat. cap. 11. pag. 75 *Accuſator.* *Delator.*
Quæ,& quibus modis fiant probationes ſuper hoc crimine. cap. 12. pag. 80 *Probatio.*
Qui,& quot teſtes admittantur in hoc crimine: & an ſint cogendi. cap. 13. pag. 82 *Teſtes.*
De teſte,qui deponit falſum: & poſtea retractat dictum ſuum. cap. 14. pag. 98 *Falſus.*
De collationibus,& conſiliis habendis per Inquiſitores in ſententia,& proceſſu. cap. 15. pag. 102 *Conſilium.*
De hæreticis,ſeu credentibus redeuntibus,& pertinacibus, & relapſis: & quomodo,& quando ſint ad miſericordiam recipiendi. cap. 16. pag. 105 *Redeuntes.*
De pœnis fautorū,defenſorū,& receptatorū. cap. 17. pag. 119 *Pœnæ.*
De pœnis hæreticorū,& credentiū:& quomodo, & quando traduntur iudici ſeculari. cap. 18. pag. 122
An, & quando Inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere. cap. 19. pag. 133 *Pecuniaria.*
De pœnitentialibus pœnis,quæ ſuſpectis,vel redeuntibus infliguntur. cap. 20. pag. 141 *Pœnitentiales.*

An,&

Remittere. An, & quando Inquiſitor poſſit pœnas remittere, vel mutare. cap. 21. pag. 150
Diuinatores De diuinatoribus, incãtatoribus, & ſimilib⁹. cap. 22. pag. 152
Retractans. Quid de confeſſo hæreſim; poſtea retractante, & cõtradicente. cap. 23. pag. 170
Defunctus. Quomodo, & quando, & ad quid procedatur cõtra defunctum ſuper hoc crimine. cap. 24. pag. 172
Confiſcatio. De confiſcatione bonorum: & quando, & per quem fieri debeat: & an poſſit ex gratia remitti: & an filii poſſint ipſam impedire. cap. 25. pag. 171
Fiſcus. Quis dicat fiſcus, quãtũ ad bona hęreticorũ. cap. 26. pag. 177
Reuocatio alie. De reuocandis alienationibus, & obligationibus factis per hæreticos. cap. 27. pag. 181
Filij. Quæ pœnæ deſcendant ex delicto parẽtum in filios, & in quos filios. cap. 28. pag. 184
Appellatio. Quando, & ad quem poſſit ſuper hoc crimine appellari. cap. 29. pag. 189
Vicarius. An Inquiſitor poſſit cauſas hæreſis delegare; & conſtituere vicarios. cap. 30. pag. 192
Impediens. De impedientibus officium Inquiſitionis: & de eorum pœnis. cap. 31. pag. 196
Iniurians. De his, qui iniuriantur Inquiſitoribus. cap. 32. pag. 203
Cogere. An hæreticus poſſit præciſe compelli, vt ad fidem redeat. cap. 33. pag. 207
Abſoluere occultum. De occulto hæretico, qui in foro pœnitẽtiæ ſuũ deteſtatur errorẽ: & à ſuo abſoluitur ſacerdote. cap. 34. pag. 210
Publicus peccator. De exiſtente publice in peccato mortali: videlicet vſurarum, & ſimilium. cap. 35. pag. 217.
Iudæi. An, & ex qua cauſa poſſit Inquiſitor procedere contra Iudæos. cap. 36. pag. 220
Poteſtas Inquiſit. De poteſtate Inquiſitoribus competente: & de Indulgẽtiis, quæ per ipſos conceduntur. cap. 37. pag. 232
Reſtituere damnatũ. An Inquiſitor poſſit damnatum de hæreſi reſtituere. cap. 38. pag. 238
Domus. De domo, in qua hæretici fecerũt cõſolationẽ. cap. 39. pag. 239
Præſcriptio. De præſcriptione bonorum hæreticorum: & de terreno domus deſtructæ. cap. 40. pag. 241
Sententia. De formis ſententiarum propter crimen hæreſis proferendarum. cap. 41. pag. 245
Iacobi Simancæ adnotationes in Zanchinum, cum animaduerſionibus in Campegium. pag. 257
Index alphabeticus totius operis locupletiſſimus in calce eiuſdem habetur.

FINIS.

ZANCHINI VGOLINI ARIMINENSIS IVRISCONS.

TRACTATVS DE HAERETICIS.

CVM ADDITIONIBVS F. CAMILLI Campegij Papien. Ord. Præd. in vniuerſo Dominio Ferrarienſi Generalis Inquiſitoris.

PRAEFATIONIS SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones imperiales, Sūmorumq; Pōtificū Extrauagātes obſeruandæ ſunt, quamuis in librorū compilatione non habeātur.*

SAncti Spiritus gratia inuocata, ad honorem & laudem omnipotentis Dei, & pretioſi redemptoris noſtri eius filij Ieſu Chriſti, ac Virginis glorioſæ matris ſuæ, & omnium Sanctorum & ſanctarum cœleſtis curiæ, necnon ad augmentum noſtræ fidei orthodoxæ, & ad expeditiorē inſtructionē Religioſi & honeſti viri Fra-
a tris Donati de Sancta Agatha Ordinis [a] Minorum Inquiſitoris hæreticæ prauitatis in prouincia Romandiolæ. Qui impli-
b citus [b] circa diuina, & inſiſtens ſtudiis ſacræ paginæ, nequit vacare doctrinæ iuris canonici, & ciuilis, per quæ iura poſſet plenius inſtrui in cōmiſſis. Et vt noſcat quæ conueniunt, ne contingat eum a ſemita iuſtitiæ deuiare in ſententijs vel proceſſu: Ego Zanchinus Vgolini Senæ de porta Sancti Petri de Arimino minimus Aduocatus, ipſius Domini Inquiſitoris ſpiritualis filius, & deuotus, duxi hunc compendioſum tractatum ſuper materia hæreticorum breuiter compilandum, non tamen dicens ex me ſubtilia, neq; noua; ſed potius cōmemorans, &

in vnũ colligens iam dicta per alios noſtros maiores, authoritatis & fidei approbatæ,allegãdo iura ciuilia & canonica, prout Dominus miniſtrabit. Et † inſuper allegabo quaſdam con- 1
ſtitutiones [c] imperiales,& alias Romanorum Pontificũ extra- c
uagantes,quæ licet non habeantur in libris ſeu in compilatione librorum,tamen ſunt effectualiter obſeruandæ, vt extra de hæret.c.vt inquiſitionis,in princ.& c.fin.in fi.lib.6.& in compilatione Clementis,ſeu in Clementinis eod.tit.c.1.in fi. Quæ tamen omnia infra dicenda cõmitto ſuppletioni & emendationi cuiuslibet melius ſentientis. Secutus igitur doctrinã Iuriſconſultorũ traditam.ff.de iuſti.& iure.l.1.& ſi certum petatur.l.1.in princ.& ff.de ſuſpectis tutoribus.l.1. in princ. cum ſimilibus,aggredior materiam,inchoando vnde dicatur hæreticus,& ordinate poſtea procedẽdo,prout patet ex rubricis inferius adnotatis, quas rubricas annecto, vt per eas optata leuius valeant inueniri.

Et hæc eſt vera & communis ſententia, vt late docuit Frã*ciſcus* Pegña *in diſputatione de ualore extrauagantiũ adiectarum in fine* Directorij *inquiſitorũ,pag.* 121.

ADDITIO.

Ex quibus ordinibus, aſſumantur Inquiſito*res.*

Inquiſitorum *poteſtas.*

a Minorum. *Inquiſitores,ſecundum gloſ.in Clem.nolentes.de hæret. poſſunt inſtitui per Prouinciales,ac miniſtros illorum ordinum,quibus ab apoſtolica ſede commiſſum eſt. Qui,vt dicit Archiep. Flor. 3. parte.tit.18.c.2. in princ. & Syluestr.in ver.hereſis.2.§.1.communiter eſt ordo Prædicatorũ : in Tuſcia vero, & in quibuſdã alijs prouincijs,ob reuerentiam B.Franciſci,eſt ordo Minorum.Poteſtas tamen illorum eſt delegata: & dicuntur delegati Summi Pont. non autem ſuorũ prælatorum inſtituentiũ,vt.c.per hoc.eod.lib.6.Et ideo ipſi quoq;, vt dicit Panor.in c.ſane quia.de offic.deleg.in princ.loqui & ſcribere conſueuerunt in plurali,vt conſtat ex vſu & ſtylo curiæ Inquiſitorum,& aliorum delegatorum.Nam ita ſcribunt. Salutem & noſtris,immo verius apoſtolicis obedire mandatis. Quod etiam habes in Direct.3.parte q. 6.& infra latius. Nec poſſunt prælati dictorum ordinum eos pro libito ſine cauſa remouere, vt in eodem Direct.3.parte.q.8.9.& 10.Nec poſſunt eis præcipere, vt a procedendo hoc vel illo modo,ſeu contra hunc vel illum deſiſtant,vt patet in litteris apoſtolicis Alex.4.Vrbani 4.& Clem.4. & habetur in Direct.loco allegato q. 11.& in parte 2.habetur ipſarum litterarũ tenor extenſus.Inſuper dicti Inquiſitores,in his quæ ſpectant ad ſuum delegationis officiũ,non tenentur reddere rationẽ ſuperioribus ſuorũ ordinum,ſed Sanctiſſimo D.N. Papæ,vt aperte ibi traditur q.12. Nec poſſunt prælati dictorum ordinum,Vicarios aut Cõmiſſarios Inquiſitorũ amouere per iura & rationes a Direct.ibi adduct.q.17.*

In his locis ex Directorio *citatis,videto adnotationes nuper in* Directo*rium editas.*

b Circa.

b Circa. *Debet Inquiſitor diuinarum & humanarũ rerũ cognitionẽ habere, vt hæreticorũ captiones diſſoluere, fidei dogmata tueri, & eccleſiæ hoſtes iudicialiter corrigere atq; damnare valeat. Iudicẽ quippe peritũ eſſe oportet, vt in auth. de iudicibus. in princ. & ext. de conſang. & aff. ex litteris. in fine. Decet inſuper Inquiſitorẽ moribus ac virtutibus præditum eſſe, ne in ſe ipſo habeat quod cõdemnet, nec odio aut leuitate ducatur, nec ex arbitrio ſuo aliquid agat, ſed iuxta leges & iura pronunciet. vt 3. q. 7. iudicet. & c. in grauibus. 11. q. 3. epiſcopus. §. ſi ergo. & in Clement. 1. §. verum. de hæret. Quæ omnia explicantur in dictis extrauagantibus Vrbani 4. & Clementis 4. præ cunctis. vbi dicitur: Prouidimus igitur ad præſens perſonas aliquas circunſpectas pro tanto negotio deputari, quorum honeſta cõuerſatio exemplum tribuat puritatis, & doctrinam fundant erudita labia ſalutarem, vt ſacro ipſarum miniſterio, præfatæ partes ab huiuſmodi contagijs expurgentur, &c. & infra. In charitate Dei, hominum timore poſtpoſito, virtutem ſpiritus induentes ab alto, prædictũ officium ſimul, vel ſeparatim, &c.*

Inquiſitorum qualitas. Adde Conradum Brunum. lib. 4. de hæret cap. 1. & Peñam lib. 3. in in Directoriũ. Schol. 71. & ſeq.

c Imperiales. *Imperatorum legibus in eccleſiaſticis controuerſiis vtendum non eſt, vbi ſacris canonibus obuiare videntur, vt per tex. in c. lege imperat. diſt. 10. & gloſ. in princ. & in ver. eccleſiaſtica. cũ ſuis concordantiis. Iſtæ vero leges Federici cõfirmatæ, & approbatæ ſunt, quatenus Dei & eccleſiæ honorem promouent, & hæreticorum exterminiũ proſequuntur, & ſtatutis canonicis nõ obſiſtunt. dicto. c. vt inquiſitionis. eod. lib. 6. & infra.*

Et nuper ſunt impreſſæ in bullario litterarũ apoſto. in fine Directorij Inquiſitorum.

Vnde dicatur hæreticus, & vnde ſchiſmaticus. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici nomen ab erro deſcendit, ac ſi ex erro & recto componeretur.*
2 *Item ab herciſco, herciſcis, quod idem eſt quod diuido, diuidis.*
3 *Hæretici nomen denotat diuiſionem.*
4 *Patareni vnde dicantur.*
5 *Hæreticus ab hæreo, quaſi hærens errori.*
6 *Hæreſis ab electione.*
7 *Hæreſis ac ſchiſmatis diſcrimen.*

QVIA prius noſcere oportet vnde nomen Hæretici deſcendat, vt ff. de iuſt. & iur. l. 1. in prin.
1 idcircò eſt ſciendum, quod nomẽ Hæretici †deſcẽdit, ſeu Hæreticus dicitur ſecundum quoſdã ab, erro, quaſi ſit compoſitum ex, er, & recto; vnde Hæreticus, ideſt errans a recto, ſiue a rectitudine fidei catholicæ.

Veram Etymologiam tradit Melchior Can⁹ lib. 12. c. 9. de locis theolo. & Alfonſus Caſtrus li. 1. c. 1.

de iuſta hæret. punit. licæ. Hinc eſt quod hæreticus dicitur, qui etiam leui argumen to a rectitudine catholicæ fidei noſcitur deuiare, vt C. de hæreti. l. 2. in fi. Alii dicunt quod † hæreticus dicitur ab Herciſco, 2
herciſcis, quod idẽ eſt quod, diuido, diuidis, vnde Hæreticus, ideſt diuiſus. Inde Hæreſis [a] ideſt, diuiſio ab vnitate fidei. Nam a
& iudicium familiæ herciſcundæ inde ſumptum exponitur, ideſt familiæ, ſeu hæreditatis diuidendæ. Et Eremita, ideſt diuiſus, & ſeparatim morans ab alijs. Et iſta fuit opinio Azonis in ſumma C. eod. tit. in prin. ad quam facit 7. q. 1. deniq;. & 4. q. 1. quod autem. Et hæc opinio poteſt iuuari ex eo quod dicitur, † quod nomen Hæretici denotat ſectionem, ſeu diuiſionẽ; 3
prout probatur in textu in quadam extrauaganti Federici Imperatoris, quæ incipit, Inconſutilem. Quamuis & ibi dicatur, quod † Hæretici quidam appellant ſe ipſos Patarenos, a patior, 4
Paterni a patiendo pro ſua ſecta mortem. pateris; quaſi debeant pati [b] mortem tanquam martyres pro b
illa eorum fide, quæ potius eſt perfidia appellanda. Alii dicunt quod † Hæreticus dicitur ab, hæreo, ſiue ab adhæreo & error, 5
Adhærens errori. vnde Hæreticus ideſt hærens, ſiue adhærens errori: quia error per ſe non facit hæreticum: ſed adhærere errori facit hęreticũ, vt infra patebit. Omnes iſtæ opiniones tendunt ad vnum veritatis finẽ; & ideo quęlibet poteſt teneri, & quamcũq; teneam, ſemper eſt dicendum exinde deſcendere nomen Hæreſis: quãuis Hieronymus in quadã ſua epiſtola diffinierit, quod † hæreſis græce ab electione dicitur, quaſi elegis: nã hæreticus eligit 6
ſibi illam opinionẽ, quam putat meliorẽ, vt 24. q. 3. hæreſis. Quæ autem ſit † differentia [c] inter hæreſim, & ſchiſma, dic ꝙ 7
Hæreſis genus, Schiſma ſpecies. vide Turrecrematam in ſum. de eccle. lib. 4. par. 1. cap. 4. talis eſt differentia, qualis inter genus & ſpeciem. Nam ſchiſmaticus eſt ille, qui eſt ſciſſus, & diuiſus ab Eccleſia, ſchiſma c
enim idem eſt quod ſciſſura: quia denotat ſectionem, ſeu diuiſionẽ, vt 24. q. 1. ſchiſma: Nec propterea omnis ſchiſmaticus eſt proprie hæreticus ſtatim cũ diuiditur ab Eccleſia: ſed omnis hæreticus eſt bene ſchiſmaticus: & ſic hæreticus eſt genus, & ſchiſmaticus eſt ſpecies. 24. q. 3. Inter hæreſim & ſchiſma. Et ibi not.

ADDITIO.

a Hæreſis. 1. *diuiſio. Adde quod vna eſt eccleſia, dicente Spiritu S.* *Vnitas Eccleſiæ.* *Vna eſt colũba mea. Cant. 6. & Paul. Vnum corpus & vnus ſpiritus, ſicut vocati eſtis in vna ſpe vocationis veſtræ. Vnus Dominus, vna fides,*

vna fides, vnum baptiſma, vnus Deus & pater omnium. Epheſ.4. & habetur 24.q.1.c.loquitur dominus. Vnus inſuper eſt epiſcopatus, vt in eodẽ c.dicitur, ideſt, epiſcopalis ordo. vt in gloſ. & 7.q.1. Nouatianus. & 1.q.1. hi qui baptiſma. Idipſum omnes in eccleſia catholica dicunt. 1.Cor.1. Ab hac autẽ vnitate ſeſe hæretici per electionẽ diuidunt, & vnum eccleſiæ corpus ſcindere contendunt. eadem cauſa & q.c. aduocauit. & c. omnis. & c. quæ dignior. Ideo ex doctrina Diui Tho. præcipue in ſec. ſe. q.11. ar 2. in reſp. ad 3. habetur, duo eſſe de ratione hæreſis, nempe electionem ſingularis aut priuatæ doctrinæ, & pertinaciam: quare, inquit, eos inter hæreticos cõputandos nõ eſſe, qui electionem non habẽt contradicentem eccleſiæ doctrinæ: eos vero qui pertinaciter repugnant, hæreticos eſſe cenſendos. Et ſuper cap. 11. D. Pauli 1. Cor lec. 4. & in 4. ſent. d 13. q. 2. ar. 1. idem affirmat Vide Sum. Tab. in ver hæreticus, in princ. ante. §. Syluеſtr. in ver. hæreſis. 1. in princ. ante §.

b Pati mortem. *Gloriantur quippe hæretici, quod perſecutionem, vincula, & carceres, ac ipſam deniq́ mortem patiuntur, ſeq́ pro fidei cõfeſſione martyrium ſuſtinere credunt. Quod ex libris illorũ aperte conſtat: nã damnatorum hæreticorum ſupplicium geſtaq́ omnia deſcribunt, & illos ita paſſos veluti ſanctos martyres laudant, & venerantur. Verum cæci ſunt, & duces cæcorum, Mat. 15. Nã martyriũ actus virtutis eſt, nempe charitatis imperantis, & fortitudinis elicientis, meritumq́ vniuerſum ex charitate prodit, vt docet: D. Tho. ſec. ſec. q.124. ar. 2. ad. 2. hæretici autem pertinaciã & obſtinationem pro fortitudine & conſtantia; & amorem propriũ ſui ipſius, pro charitate habent, moreq́ ſimiarum vultum Eccleſiæ Catholicæ & authoritatem, & veritatem ſibi vendicant, vt ex D. Cypriano habetur. 1. q. 1. ſi quis inquit. & ideo paſſio non illis prodeſt ad vitam, teſte Paulo 1. Cor. 13. Si tradidero corpus meum ita vt ardeam, charitatem autem non habuero, nihil mihi prodeſt, & 90. d. c. neq́ ad Caim. ex D. Cypriano, & de pœnit. ex D. Auguſt. diſt. 4. ſi quis autem, in princ. & Euangelium beatos illos eſſe pronũciat, qui patiuntur propter iuſtitiam, non propter falſam & impiam doctrinam, Matthæi. cap. 5. & 1. Pet. 3. Vide etiam D. Auguſtinum ſuper illud Io. 10. Ego ſum paſtor bonus.*

Martyriũ apud hæreticos non eſt. adde Directorium inquiſitorum 3. par. in 10. modo proceſſum fidei terminandi n. 201. & ibidẽ Schol. 64. §. ſi autem. lib. 3.

c Differentia *Inter hæreſim & ſchiſma. Adde. D. Tho. 2. 2. q. 39. ar. 1. ad 3. dicentem, quod hæreſis & ſchiſma diſtinguuntur ſecundum ea, quibus vtrumq́ per ſe & directe opponitur Nam hæreſis per ſe opponitur fidei, ſchiſma vero per ſe opponitur vnitati eccleſiaſticæ charitatis: Et ideo ſicut fides & charitas ſunt diuerſæ virtutes (quamuis quicunq́ caret fide, careat charitate) ita etiam ſchiſma; & hæreſis ſunt diuerſa vitia, quamuis quicunq́ eſt hæreticus, ſit etiam ſchiſmaticus: ſed non conuertitur. Et hoc eſt quod Hieron. di-*

Hæreſis ac ſchiſmatis diſcrimẽ de quo vide præ ceteris Ioannem Roiam, tract. de hære. par. nu. 498. & ſequentib.

cit in epiſtola ad Galat. Inter ſchiſma & hæreſim hoc intereſſe arbitror, quod hæreſis peruerſum dogma habet, ſchiſma ab eccleſia ſeparat. Et tamen ſicut amiſſio charitatis eſt via ad amittendam fidem ſecundum illud 1. ad Tim. 1. a quibus quidam aberrantes, ſcilicet a charitate & alijs huiuſmodi, conuerſi ſunt in vaniloquium: ita etiã ſchiſma eſt via ad hæreſim. Vnde Hieron. ibidem ſubdit, quod ſchiſma in principio aliqua in parte poteſt intelligi diuerſum ab hæreſi, ceterum nullum ſchiſma eſt, quod non ſibi aliquam hæreſim confingat, vt recte ab eccleſia receſſiſſe videatur. Hæc D. Tho. & comprobantur 24. q. 1. c. ſchiſma. & q. 3. c. inter hæreſim. ab authore in fine capituli producta. Eadem adducit & ſequitur D. Archiepiſ. Flor. in 2. par. tit. 3. cap. 11. de ſchiſmate, in princ. ante §. qui etiam addit, quod differunt ſicut diſpoſitio & habitus, vel ſicut genus & ſpecies, vt Dominus author hic dicit.

Quot modis ſumatur Hæreticus, & qui proprie dicatur Hæreticus. Cap. 2.

SVMMARIVM.

1 Hæreticus multis modis in iure ſumitur.
2 Quomodo ille excuſatur, qui ſe erraſſe fatetur ex iuris ignorãtia.
3 Qui implicite & explicite errat, non excuſatur.
4 Fides eſt publice nota, vere vel præſumptiue.
5 Fidelis quilibet articulos fidei ſaltem implicite tenere debet.
6 Epiſcopi ac maiores prælati ſcire debent explicite articulos fidei.
7 Quid laicis ad ſalutem credere ſufficiat.
8 Singularis error de remiſſione peccatorum.
9 Hæreticus eſt qui falſas opiniones de fide gignit, aut ſequitur.
10 Diſcrimen inter gignentem & ſequentem errorem.
11 Hæreticus dicitur, qui ſacram ſcripturam aliter intelligit quam Spiritus ſanctus efflagitet.
12 Qui Romanæ Eccleſiæ ac Summi Pontificis præcepta contemnit.
13 Qui Eccleſiæ ſacramenta peruertit, vt ſimoniacus.
14 Qui qualitercunq; ab vnitate eccleſiæ diuiſus eſt.
15 Qui de fide catholica dubitat.
16 Qui Rom. eccleſiæ priuilegium a ſummo eccleſiarum capite auferre conatur.
17 Qui ſancta quatuor concilia non recipit.
18 Qui excommunicatus eſt.
19 Generalis ac ſpecialis Hæretici definitio.

20 *An iudæi, pagani, & gentiles inter hæreticos computentur.*
21 *Hæreticorum ſectæ ac denominationes.*

1 HAERETICVS † ſumitur in iure multis modis; ſiue Hæreticorum genera ſunt multa. Vno modo dicitur Hæreticus is, qui male ſentit, aut docet de fide. videlicet de corpore Chriſti, de Baptiſmate, de peccatorum Confeſſione, de Matrimonio, vel de aliis ſacramentis Eccleſiæ. Et generaliter, qui de aliquo prædictorum, vel de articulis fidei aliter prædicat, docet, vel ſentit; quàm doceat, & ſequatur Sacroſancta Romana Eccleſia, hæreticus dicitur. ext. de Sum. Tri. & fi. ca. c. 1. & 2. de hæret. ad abolendam, in prin. 24. q. 1. hæc eſt fides. Et vide ext. de ver. ſigni. c. ſuper quibuſdā, in prin. Nam omnino cenſetur hæreticus is, qui non tenet id, quod docet, & ſequitur Sancta Romana Eccleſia. vt 11. diſ. ca. fi. & c. nolite, ext. de Sum. Tri. in glo. mag. ſuper rub. vbi articuli fidei qui habētur in Symbolo, Credo in vnum Deum, ſerioſe numerantur. De quibus articulis habetur etiam in Symbolo, Quicunque vult.

Vide Directorium inquiſitorum par. 2. q. 31. & 32. & Schol. 44. lib. 2. in Directorium.

2 Sed circa hoc quæro, antequam ad vlteriora procedam, ſi † is
qui deprehēditur errare, dicat ſe fuiſſe deductum in errorē per
a iuris ignorantiam, an excuſabitur. Dic, quod [a] ſi ſimpliciter te-
net & ſequitur id quod Sacroſancta Romana Eccleſia docet, li
b cet, [b] explicando erret motus quadā ratione naturali, vt quod
Pater ſit maior & prior Filio, tunc excuſabitur. vt ext. de Sum.
Tri. c. damnamus, in fi. ad quod 24. q. 1. hæc eſt fides. & q. 3. di-
3 xit Apoſtolus. At † ſi implicite, & explicite errat, non excuſatur;
c quia [c] religio erga Deū eſt de iure quaſi naturali. vt ff. de iuſti. &
iur. l. veluti. & ignorantia iuris naturalis, vel quaſi, non eſt tole-
rabilis. vt ff. de adult. l. ſi adulterium. §. ſtuprū. C. de in ius vocā
4 do. l. 2. Item iſte ignorat † cultum fidei, quæ eſt publice nota
omnibus, vere vel præſumptiue. Nam ſecundum Apoſtolum
ad Rom. 10. In omnem terrā exiuit ſonus eorum: & ſic igno-
rans eſt in lata culpa. vt ff. de ver. ſig. l. cædere. §. fi. l. latæ. & l.
magna. Vnde non excuſatur, maxime cum potuerit conſulere
peritiores. vt ff. de bo. poſſ. l. in bonorum poſſ. & quis ordo in
bo. poſ. ſer. l. 2. §. fi. de iur. & facti ig. l. regula. §. ſed iur. & patet
1. q. 4. c. turbatur. §. notandum. 38. diſt. in prin. & merito huic
poteſt dici: Qui ignorat, ignorabitur. 37. d. c. vltimo. 38. d. qui

Quæſtio.

Solutio.

Excuſatur quādoq; qui errat. & quādo ignorantia, ſeu error circa credibilia excuſet, late tradit Frāciſcus Pegña lib. 1. adnot. in Directorium inquiſitorum Schol. 20.

Non excuſatur qui potuit conſulere.

Quid laici, quid clerici, quid epiſcopi tenētur ſcire. ad de Directoriū inquiſitorum par. 1. q. 4. & q. 12.

ca. 15. q. 1. §. 1. & ibi de hoc. Debet† ergo quilibet fidelis ſcire, 5
& tenere cultum, & articulos fidei, ſaltem implicite tenendo
quod tenet Eccleſia. ext. de ſum. Tri. c. 1. & 2. ext. e. c. fideli. li. 6.
Hac tamē diſtinctione habita, quia † Epiſcopi, & maiores Præ- 6
lati debēt hoc ſcire explicite: ita quod ſciant poſcēti de omni-
bus reddere rationem, 36. d. c. qui eccleſiaſticis. §. cccc. 38. d.
omnes pſallentes. Ceteri vero clerici ſcire debent explicite, nō
tamē ſic diſtincte. vt 38. d. c. 1. & 2. cum ſe. Et eſt ratio quia in
prioribus requiritur ſcientia eminens: in iſtis ſufficit compe-
tens. ext. de elec. cū nobis olim. §. his igitur. cum concor. Laicis
vero† ſufficit hoc ſcire implicite: id eſt tenere quod tenet Eccle 7
ſia, vt ſupra probatur. Vide per Inn. dicto c. 1. de ſum. Tri. Su-
per quibus articulis ſi aliqua dubietas oriatur, eius declaratio
eſt Sedi Apoſtolicæ reſeruata. vt ext. de baptiſ. c. maiores. Et
quia ſupra fuit habita mentio de ſacramentis eccleſiæ; vide
quæ, & quot ſint ſacramenta eccleſiæ, ext. de tranſact. c. ve-
niens. vbi de iis notatur in glo. Et aduerte ad id quod † dixi 8
de confeſſione peccatorum: nam de facto vidi damnari

Damnatus quidam quod putaret ſacris veſtibus peccata dimitti.

quendam ſacerdotem pro eo, quia dum eſſet fornicarius; &
nihilominus quotidie celebraret, credens quod hoc licite
faciebat; quia credebat quod quando ſe præparabat ad miſ-
ſam, per appoſitionem ſacrarum veſtium ceſſarent ſua pec-
cata: ita quod remaneret mundus donec ſtaret ſic paratus.
Tamen certe iſtud eſt prorſus hæreticum: & Romana eccle-
ſia aliud tenet de remiſſione peccatorum, videlicet quod non
concedatur niſi correcto. vt in regula iur. c. defleat peccator.
ext. e. Ad quam correctionem tria exiguntur, oris confeſſio,
cordis contritio, & operis ſatisfactio. vt de pœniten. diſt. 3.

2. modo.

c. perfecta. & quod ibi no. Secundo modo † dicitur hæreticus 9
is, qui falſam de fide catholica gignit, vel ſequitur opinionem.
vt 24. q. 3. hæreſis. & c. hæreticus. cum c. ſequentibus. Et inter

Differentia inter hæreticum, & credentem. Cap. 7.

Hæreſiarcha.

illos poſſet quo ad nomen differentia aſſignari. Nam† gignens 10
errorem debet proprie appellari hæreticus: ſed ſequens erro-
rem debet appellari credens erroris. vt dicetur infra cap. ex
quibus indiciis, &c. Eſt & alia differentia: quia ille qui gi-
gnit, proprie dicitur hæreſiarcha: ſicut ille qui defendit erro-

3. modo.

Aliter quā Spiritus ſāctus exponēs ſcripturā

rem pertinaciter. vt 24. q. 3. qui aliorum. Tertio modo † dici- 11
tur hæreticus quicunque ſacrā ſcripturā aliter intelligit, quā
Spiritus ſanctus flagitet: & ſic errat in expoſitione ſcripturę ſa

cræ. vt

cræ.vt 24.q.3.hæreſis.& 37. d.relatum.cum ſi. Quarto mo- *4. modo.*
12 do dicitur † hæreticus qui ex contemptu Romanæ eccleſiæ, *Contemnens ec*
vel Summi Pontificis,transgreditur pręcepta Sedis Apoſtoli- *cleſiæ præcep-*
cæ,& ea contemnit ſeruare:& etiã qui deſpicit,& negligit ſer- *ta.*
uare Decretales,quaſi videatur contemnere claues.vt 20.diſt. *5. modo.*
13 de libellis.19.d. nulli. Quinto modo dicitur † hæreticus ille *Peruertens ec-*
qui peruertit eccleſiæ ſacramẽta;vt eſt ſimoniacus qui vendit, *cleſiæ ſacramẽ*
vel emit ſacramenta eccleſię 1.q.1.c.qui per pecuniã. & c. eos *ta vt ſimonia.*
qui per pec.1.q. vlt.patet. Sexto modo dicitur hæreticus om- *6. modo.*
14 nis † qui quocunq; modo ab vnitate catholicæ fidei, & com- *Qualitercunq; diuiſus,vt iudæ*
munione fidelium eſt diuiſus. 3.q.1.quod autem.& 7.q.1.de- *us,gentilis,ſchi*
nique. Et ſecundum hoc largo modo omnis iudæus, gentilis, *ſmaticus.*
15 & ſchiſmaticus eſt hæreticus. Septimo dicitur hęreticus † is *7.modo.*
qui dubitat de fide catholica.vt ext. de hæreticis.c.1.Nam de- *Dubius in fide.*
bemus,vt cenſeamur fideles, firmiter credere, & ſimpliciter
cõfiteri. ext.de Sum.Tri.& fi.c.firmiter.& ext.e.c.fideli,lib.6.
Accedit alia ratio ad probãdum quod dubius in fide infidelis
eſt:nam dubitans,non eſt in fide:& qui non eſt in fide,eſt con-
tra fidem,vt C.de Iudæis l.cælicolarum. Concordat ext.de hæ
reticis c.firmiſſime,& ibi de hoc.Octauo modo dicitur hæreti *8. modo.*
16 cus † qui Rom. eccleſiæ priuilegium ab ipſo Summo Pont.ec
cleſiarum capite conatur auferre. 22.d.c.1. Nono dicitur *9. modo. Reiiciens qua-*
17 hæreticus † qui non recipit, neque credit id, quod prædicant *tuor concilia.*
quatuor ſancta concilia.vt C. de hæreticis.quicunque. Deci- *10. modo.*
18 mo dicitur † hęreticus largo modo omnis qui præciſus eſt ab *Omnis præci-*
eccleſia:& ſecundũ hoc,excommunicatus dicitur hæreticus. *ſus ab eccleſia,*
vt 4.q.1.c.2. De iis variis modis hæreticorum not. 24.q.3.il- *vt excommuni*
li.§. quia.ver.hæreticis.in gloſ. vario modo.& not. Ber.in di- *catus.*
cto c. firmiſſime.not.Goff. in ſum.e.ti.& not.Archid.ext.e.c.
2.in prin. lib.6.Sed comprehendendo ſtricto modo genera- *11. vera con-*
liter omnes qui incidunt in errorem,quaſi ſub vna diffinitio- *cluſio.*
19 ne,poteſt dici,quod † hæreticus eſt ille,qui a recto tramite, & *Diffinitio gene ralis.*
iudicio catholicæ fidei detectus fuerit deuiare.vt C. de hęret. *Diffinitio ſpe-*
l.2. in fi. Vel aliter ſtricto modo,& proprie hæreticus eſt, qui *cialis.*
falſas de fide catholica opiniones gignit,vel ſequitur.vt 24.q.
20 3. hæreticus.vt ſupra dictum fuit. Sed videtur quod † præmiſ *Quæſtio.*
ſa omnia extendãtur etiam ad Iudęos,Paganos,Gentiles, & ſi-
miles:quia ii tales deuiant a ritu catholicæ fidei:& non tenent
id,quod tenet ſancta mater Eccleſia. Et per hoc videtur quod
Inqui-

Inquiſitores poſſint ſe intromittere de ipſis reducendis: cum eorum poteſtas extendatur contra hęreticos:& iſti omnes ſint hęretici, vt patet ex pręmiſſis. Sed tamen dic, quod ſupra dicta & infra dicenda intelliguntur de Chriſtianis baptizatis,& iam alligatis fidei,& poſtea errantibus. Nam alii non baptizati ſunt extra eccleſiam: quæ non intromittit ſe de eorum reductione niſi verbis,& blanditijs,ſeu rectis conſilijs. 45. d. qui ſyncera. & c. licet. Nam alligati fidei catholicæ per baptiſmum, cogendi ſunt ipſam fidem colere,& ſeruare: nõ alligati vero nõ ſunt cogendi. vt ext. de bapt. c. maiores. §. ſunt autem. ver. ſed opponitur. Immo dicit canon, quod ſicut homo libero arbitrio periit; ita libero arbitrio conuertatur. vt 45. di. c. de Iudæis. Et ſecundum hoc debẽt intelligi iura ext. de diuor. c. gaudemus. Ad quod ext. eod. c. cõtra Chriſtianos, li. 6. Et faciet quod dicetur infra, an & ex qua cauſa poſſit procedi cõtra Iudæos. Sectæ † autem illorum, qui [d] ſtricto modo, & proprie dicuntur hęretici, ſunt infinitę,& tot, quot ſunt errores in quos incidũt. Id tamen ſcias, quod incidentes in antiquos errores denominantur varijs vocabulis: & ſuas denominationes quidam aſſumunt a ſuo proprio authore erroris, vt ſunt Neſtoriani, Arriani, Donatiſtæ, Eutychiani, & ſimiles. Quidam alij aſſumunt ſuas denominationes ab ipſa cauſa, ſeu falſa opinione ſui erroris, vt Arabici, Metangiſmonitæ, Acephali, & ſimiles. Qui tamen omnes ſub appellatione hęretici comprehenduntur. vt 24. q. 3. quidam autẽ. vſque in fine quęſtionis. Ex quibus autẽ cauſis quis hęreticus detegatur, ſtatim infra latiſſime diſſeret.

Solutio.

Infra ca. 36.

21 d

Hæreticorum denominationes variæ.

ADDITIO.

a Si ſimpliciter *tenet & ſequitur id quod Sacroſancta Romana Eccleſia docet, &c. Adde ex D. Tho. ſecun. ſecun. q. 5. ar. 3. formale obiectũ fidei, eſſe veritatẽ primã, non quouis modo conceptã ſeu excogitatã, ſed prout manifeſtatur in ſcripturis ſacris, & doctrina eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima. Vnde quicunq; non inhæret ſicut infallibili & diuinæ regulæ, doctrinæ eccleſiæ, quæ procedit ex veritate prima in ſcripturis ſacris manifeſtata: ille non habet habitũ fidei, ſed ea quæ ſunt fidei alio modo tenet, quã per fidẽ. Inhærens autem doctrinæ eccleſiæ veluti infallibili regulæ, credit quicquid eccleſia docet. Et qui pertinaciter vnum diſcredit articulum, paratus nõ eſt, doctrinam eccleſiæ in omnibus ſequi. Quod ſi non pertinaciter*

Doctrinæ eccleſiæ vti infallibili regulæ adhærendum eſt.

diſcre-

diſcredit, iam non eſt hæreticus, ſed errans. Quomodo vero eccleſia ſit regula infallibilis, exponit ibi Card. Caiet. Eſt, inquit, eccleſia regula in proponendo & in explicando credenda, diuinam veritatem reuelatricem modificans quo ad hoc, ſaltem nobis. Et propterea recedens a conditione modificante ipſam diuinam veritatem reuelatricem, quæ eſt formale obiectum fidei, recedit a ratione formali obiecti fidei. Doctrina igitur eccleſiæ vti infallibilis regula ab omnibus retinenda eſt, vt etiam ibi in reſp. ad. 2. arg. habes ex ipſo D. Tho.

b Licet explicando erret. Adde ex doctrina D. Tho. ſecunda ſecun. q. 2. ar. 5. & prima 2. q. 76. ar. 2. quemlibet teneri ad explicite credendum in genere articulos fidei, omnes videlicet & ſingulos eſſe veros; cetera autem ſufficit ſi implicite credantur. Nec opus eſt vt ſinguli indiſtincte articulos fidei explicite cognoſcant, cum ſatis ſit ſi vnuſquiſq; id credat, quod ſufficiens eſt ad dirigendum illum in vltimũ finem. 3. ſen. diſt. 25. q. 2. ar. 1. q. 2. in corpo. & in reſp. ad 3. Quæ vero omnes indiſtincte credere debeamus explicite docet ſecun. ſecun. q. 2. ar. 7. in corp. ſic dicens. Poſt tempus gratiæ reuelatæ, tam maiores quàm minores tenentur habere fidem explicitam de myſterijs Chriſti, præcipue quantum ad ea, quæ communiter in eccleſia ſolemnizantur & publice proponuntur, ſicut articuli incarnationis. Addit inſuper in art. 8. reſpondendo ad 1. neceſſarium quoq; ſemper apud omnes fuiſſe, credere Deum eſſe, ipſumq; habere omnium prouidentiam iuxta illud Apoſtoli: Accedentem ad Deum oportet credere quia eſt, & inquirentibus ſe remunerator ſit, Hebr. 11. Habentes autem officium docendi, vt ſunt Epiſcopi, Presbyteri, præcipue curati, prædicatores, confeſſores, doctores & inquiſitores, qui ad cauſas fidei ſunt deputati, explicite atq; diſtincte tenentur credere totalem articulorum diſtinctionem, vt aperte docet in eodem 3. ſent. d. 25. q. 2. ar. 1. q. 3. in cor. Ex omnibus his dictis propoſitionẽ vnam veluti regulam quandam ſtatuere poſſumus, videlicet: Vnuſquiſq; circa articulos fidei ea explicite credere tenetur, quæ ad officium ſuum pertinent: & quæ abſq; ſua notabili negligentia, arbitrio boni viri, ignorare non poteſt. In hanc D. Tho. ſententiam S. Bonauent. & Ricar. concurrunt in 3. d. 25. & D. Archie. Flor. in 4. par. tit. 8. cap. 3. §. 9. Sum. Tab. ver. credere. §. 3. Sylueſtr. ver. fides. §. 3.

Quid vnuſquiſq; credere teneatur.

Quia vero D. Author dicit quod licet iſte erret explicãdo, dummodo ſimpliciter teneat cum Sancta Romana Eccleſia, excuſabitur: attingendũ aliquid eſt de ſimplicioribus, quos Specul. † in tit. de hæret. veluti hæreticos damnat, ſi in fidei ſubtilitatibus erraſſe noſcuntur. per c. ſchiſma. 24. q. 1. & C. de hæret. l. 2. & de in ius voc. l. venia. Eoſdem & Aluarus inſequitur, vt refert Ang. poſt Io. de Lign. per c. quæro ergo. 6. q. 1. & 16. q. 1. ſi cupis. 22. q. 2. in ipſarũ. Quod breuibus D. Tho. abſoluit ſecun. ſecun. q. 2. ar. 6. in reſp. ad 2. vbi ſic dicit:

An ſimplicioribus, error imputetur.

† Fortaſsis alibi hoc dicit Speculat. nã in loco hic ab aucto re citato nullũ verbũ de hoc.

dicit: Simplices non ſunt examinãdi de ſubtilitatibus fidei, niſi quando habetur ſuſpicio quod ſint ab hæreticis deprauati, qui in his quæ ad ſubtilitatẽ fidei pertinent, ſolent fidem ſimplicium deprauare. Si tamẽ inueniuntur non pertinaciter peruerſæ doctrinæ adhærere, ſi in talibus ex ſimplicitate deficiant, non eis imputatur. & in 3. ſent. d. 25. q. 2. ar. 1. q. 3. ad. 1. ita dicit: Non condemnãtur ſimplices pro hæreticis, quia neſciũt articulos; ſed quia pertinaciter defendunt ea quæ ſunt contraria articulis; quod non facerent, niſi per hæreſim fidem corruptam haberent. Vbi optime obſeruat Card. Caiet. admonens eum qui in patria hæreticorum, Chriſti partes tuetur, vt ex verbis illis D. Tho. ex ſec. ſec. proxime citatis diſcat, quod ſi ſimplices vt mulieres, idiotæ, & ſimiles ab hæreticis ſeducti, in ſubtilitatibus fidei abſq; pertinacia errant, nec culpam, nec pœnas hæreticorum incurrunt. Idẽ tenet Innoc. in c. 1. de ſum. tri. & fide catho. Hoſt. in procem. circa finem. Horũ vero ratio aſſignari poteſt, quia & ſi iſti ab hæreticis ob ſimplicitatem ſeducti, praue opinentur: illa tamẽ opinio non eſt ſua fides, cum ipſi fidem eccleſiæ teneant, eamq́; pro regula habeant, non quatenus a maioribus traditur, quia & ipſi errare poſſunt: ſed quatenus ipſi maiores adhærẽt doctrinæ diuinæ, vt idem D. Tho. aſſerit eadẽ parte. q. 2. a. 6. ad 3. ſubnectẽs, de minoribus a maioribus deceptis, quod ſi maiores a veritate diuina deficiunt, nullum præiudicium fit ſimplicium fidei, qui rectam fidem eos habere credunt, niſi pertinaciter eorum erroribus in particulari adhæreant contra vniuerſalis eccleſiæ fidem, quæ non poteſt deficere, dicẽte Domino: Ego rogaui pro te Petre vt non deficiat fides tua. Hæc quippe indefectibilis veritatis promiſſio eſt, quæ falli non poteſt. Errare poſſunt Epiſcopi & Doctores, nunquã tamẽ Eccleſia, aut Roman. Pont. Petri ſucceſſor & Chriſti Vicarius in fidei doctrina errare poterit. Ex his ſoluũtur adducta per Spec. & Aluarũ, quia illa loquuntur de ſimplicibus pertinaciter adhærentibus prauæ doctrinæ, & omnia ſũt vera: At, ſublata pertinacia, non ſunt inter hæreticos computandi. Vide etiam Direct. 1. par. q. 4. & q. 12. vbi diffuſiſſime quæſtionem tractat, de eo qui aſſerit ſe credere quicquid credit & proteſtatur eccleſia, & tamen aliquem fidei articulum explicite negat.

Hæc omnia plenius intelliges ex traditis per Franciſcũ Pegñam lib. 1. ad not. in Directorium inquiſit. Schol. 20.

Religio Erga Deũ eſt de iure quaſi naturali, &c. Adde ex D. Tho. prima ſecun. q. 94. ar. 2. quod homini ineſt inclinatio ad bonũ, ſecũdũ naturã rationis, quæ eſt ſibi propria, ſicut etiã naturalẽ inclinationẽ habet ad veritatẽ de Deo cognoſcẽdam. Quare ſcite admodũ Boetius in lib. de Philos. conſol. dixit hominũ mẽtibus veri ſummiq́; boni cupiditatẽ inſertã eſſe. Bonũ quippe eſt quod omnia appetũt. Id naturale lumen, ſeu naturalis lex, quæ, vt docet idem D. Tho. pri. ſec q. 93. ar. 3. participatio quædam eſt æternæ legis, nobis oſtendit. Nam in pſal. 4. quæritur. Quis oſtendit nobis bona? cui quæſito reſp. C

Diuinus cultus quomodo ſit de iure naturæ.

ſignatum

ſignatũ eſt ſuper nos lumen vultus tui domine. de quo vide per Archiep. Flor. parte 1. tit. 13. cap. 2. §. 3. & §. 10. Huic ſummo bono, naturalis ratio dictat, vt veluti ſuperiori, adiutori, ac benefactori ſubijciamur, honorẽ cultũq́; illi exhibeamus. Et cũ a ſenſibilibus cognitionẽ omnẽ capiamus, iure ſenſibilibus quibuſdã ſignis, diuinã reuerentiã explicamus. Ex his deducit D. Tho. ſec. ſec. q. 85. ar. 1. in cor. oblationẽ ſacrificij eſſe de iure naturali. Quæ ſi recentiores hæretici conſiderarent, eccleſiaſticas cæremonias & ſanctorum ſacramentorum ritum, externaq́; ſigna iure naturali debita, non ita contemnerent. Quamuis enim Deus intellectualis naturæ exiſtat, nos tamen non puri & nudi intellectus, ſed corporea mole obtecti naſcimur. Et ideo non ſufficit interiorẽ mentis oblationẽ Deo facere, ſed hãc, exteriori ſigno sẽſibili explicare, neceſſe eſt. Nec ad hoc cogimur, quia Deus his egeat, qui cor hominis intuetur, ſed quia natura id a nobis expoſtulat, vt ſignis ſenſibilibus, quæ mẽte agimus, exprimamus. Id Adam antiquosq́; omnes obſeruaſſe credimus per D. Tho. ibidem in reſp. ad 2. & per D. Gregorij teſtimonium eo in loco adductum. Ad hunc inſuper cultum Deo exhibendum, nulla exteriori lege, ſed ſolo interiori inſtinctu patres illi ducebantur, vt ex D. Aug. 19. cont. Fauſtum declaratur. Et producitur a D. Tho. 3. par. q. 60. ar. 5. in reſp. ad 3. qui etiam addit quod eodem naturali inſtinctu determinabatur eis, quibus rebus ſenſibilibus ad cultum vterẽtur. De his vide etiam D. Archiep. 1. par. tit. 5. cap. 2. §. 7.

Adde rurſus authorem non dixiſſe religionem eſſe ſimpliciter de iure naturali, ſed dictum ſuum, conformiter ad iura per ipſum allegata, modificaſſe apponẽdo ly, quaſi. Quo fit vt recte cogitare nemo poſſit, authorẽ ipſum credidiſſe, trinitatis myſterium, quod, ſi ſaluari volumus, explicite omnes credere tenemur, lumine naturali cognoſci vnquam potuiſſe, ac ſi id natura nobis notum exiſtat, quod iure naturali colere, ac venerari compellimur. Ex Apoſtoli etenim doctrina Rom. 1. & D. Tho. eo in loco, & in 1. par. q. 32. ar. 1. & q. 1. ar. 8. aperte didicimus, viſibiles has creaturas ad vnitatẽ, non autẽ ad trinitatem nos conducere, explicitãq́; fidem de hoc abdito trinitatis myſterio, omnes in Chriſto renatos per inuocationem trinitatis adipiſci, iuxta illud Mat. vlt. Euntes docete omnes gẽtes, baptizantes eos in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti, vt per D. Tho. ſec. ſec. q. 2. ar. 8. in corp. Qui in ar. 9. in reſpon. ad 3. arg. declarans a quo ad credendum inducamur, nihil de lumine naturali dicit, ſed nos induci aſſerit, auctoritate diuinæ doctrinæ miraculis confirmatæ, & interiori inſtinctu Dei inuitantis. Suppoſita itaq́; hac trinitatis ceterorumq́; credibilium notitia modo prædicto aſſecuta, naturali etiam iure, vel quaſi, cogimur ad explicite credendum myſteria, per ipſum Deum boni totius authorẽ, rerumq́; omnium principium,

nobis

nobis reuelata. Non enim ignotum, ſed notum Deum habemus. Vide etiam de his Dom. Sot. in lib. ſuo de iuſt. & iure, & ſuper Paulum ad Rom. cap. 1. & de nat. & grat.

Hæreticũ proprie dictũ quot conſtituant. & vide Melchiorẽ Canũ lib. 12. cap. 8. de locis theolo. & Frãciſcũ Pegñam lib. 2. adnot. in Directorium, Schol. 44.

d Qui ſtricto *Modo & proprie dicuntur hæretici, &c. Adde ex Archiep. Flor. par. 2. tit. 12. c. 5. parum ante §. ad conſtituẽdum proprie hæreticũ, quinq; requiri. Primo, quod error ſit in ratione. Secundo, quod error ſit circa fidẽ, aut cõtra veritatẽ determinationis eccleſiæ in his quæ ad fidẽ vel bonos mores attinẽt, & ad vitã æternã cõſequẽdam neceſſaria ſunt. Tertio, quod error in illo inueniatur qui catholicam fidem iam profeſſus eſt: Alioquin non hæreticus, ſed paganus, aut iudæus eſſet. Quarto, quod errãs aliquid de fide Chriſti cõfiteatur, quia ſi fidem prorſus abnegaret, non hæreticum, ſed apoſtatam ſeſe eſſe declararet. Quinto, neceſſe eſt, ut ſuſceptũ errorẽ volũtate pertinaci & obſtinata eligat & ſequatur. Vide etiam D. Tho. ſuper Epiſtolas D. Pauli. 1. Cor. 11. lec. 4. & ad Gal. 1. lec. 2. & ad Tit. 3. lec. 2. Item Hoſt. in ſum. eo. tit. Gof. & Azo. pariter in ſum. eo. tit. Archid. in c. ad apoſtolicæ. §. 2. de ſent. & re iud. lib. 6. Felin. in rub. ext. eo. ti. Car. in rub. & in Clem. 1. eodem tit. Condis. in ſuo tract. de hæreticicis. q. 1. per totam q. & in q. 2. 3. & 4. Lud. Car. in tract. eod. n. 1. 4. & 5. Nic. Arelat. notab. 20. Paul. Ghirl. de hæret. q. 1. n. 6. Iodoc. in pract. cap. 61. n. 55. pag. 166. Boſ. in tract. de eiſdẽ hæret. n. 1. Bonif. Vital. de maleficijs in rub. de crim. hæreſis. num. 1.*

De credentibus hæreticorum, & participantibus cum eis. Cap. 3.

SVMMARIVM.

1 *Credentes, defenſores, receptatores, & fautores hæreticorum, hæreticis proximi ſunt.*
2 *Credentes qui dicantur, & quomodo verbis & factis detegantur.*
3 *Credens detegitur ex actis, ex quibus exprimitur ipſe error.*
4 *Credentes, pari pœna cum hæreticis puniuntur.*
5 *Hæreticus vel credens an ſit, qui ſciẽter hæreticum viſitauit, vel aſſociauit, aut alimoniam præſtitit.*
6 *Hæreticus an ſit, qui prædicationem ſeu dogma hæreticorum ſciẽter audit.*

Directorium inquiſitorũ par. 2. q. 50. & ibidem lib. 2. adnot. Schol. 56.

DICTVM eſt ſupra de hæreticis, †ſed illis proximi ſunt credentes, defenſores, fautores, & receptatores: & ideo de iſtis, & de quolibet ipſorum eſt latiſſime diſſerendum: & primo de credentibus, & poſtea de cęteris ſucceſſiue. Quod autem ſint proximi hæreticis 1

ticis omnes prædicti,probant iura,ext.de hær et. c.excommunicamus. 1.§.credentes . C.eod.tit.Authe. credentes. quæ fuit
a Federici Imperatoris,& habetur in 10.coll. & eſt [a] approbata,
2 ext. eod. tit. c. vt inquiſitionis. in prin.lib. 6. Credentes † igitur dicũtur illi,qui verbis,vel factis oſtendunt ſe credere errori hæreticorum.Et verbis quidem oſtẽdit ſe credere quis,quãdo dicit quod profitetur ſe credere erroribus illorũ : nam per ſua verba,per ſuam aſſertionem indicat ſe credere:quia ex verbis detegitur intentio voluntatis.ff.de ſuppel.leg.l.labeo.§.ſed de his.Et facit quod dicitur,quod propria voluntas in confeſſione monſtratur.de conſe.diſt.4.cum pro paruulis.& c.ſi qua mulier.22.q.2.is autem.de pœnit.diſt.1.in actione. Factis autem detegitur quis eſſe credens hęreticorum,cum hoc facit in quo exprimitur ipſe error, & credulitas erroris : vt puta, quia adorat hæreticos ſcienter, vadit ad prædicationes eorum : vel exhibet reuerentiam ſecundum ſuos mores : vel recipit ab eis conſolationem, immo verius deſolationẽ, vel communionẽ, ſeu manus impoſitionem: vel alia facit, quæ pertinent ad ritũ, ſeu ſectam ſuperſtitioſæ religionis illorum : nam talis dicitur eſſe credens,vt ext.de hæret. c. filij.lib. 6. Non enim refert an quis declaret voluntatem ſuam verbis, an ipſis rebus & factis: vt ff.de legibus.l.de quibus.in fi.20. q.1. quem progenitores. 11.q.3.exiſtimant.Et ex factis præſumitur de affectu, vt C. de dolo.l.dolum.ff.de dol.l.1.in fi.de condition.inſtit.l. quidam in ſuo teſt.in fi.ext.de big.nuper.32.q.5.qui viderit.& c. ſicut enim.Immo plus eſt facto,quàm verbo aliquid facere ad declarandum voluntatem,vt ext.de appel.c.dilecti. il 2. & dicto c. exiſtimant.concordat ext. de conſtit. c. cum acceſſiſſent. & c. cum M.veniãt ext.de regularibus.cap.1. in fi.lib. 6. Et ſignan-
3 ter dixi † quod quis detegitur credens ex factis, ex quibus exprimitur ipſe error : nam ſi in ipſis factis non exprimeretur error ; non cenſeretur propterea credens. Hinc eſt quod quantumcumque quis publice perſiſtat in peccato mortali,puta vſurarum,vel ſimili:non tamen poteſt cóntra eum procedi tanquam contra hæreticum,vel credentem ſe non peccare;niſi alia ſubſint, vt ext.eod.c.accuſatus.§.ſane.lib. 6.& dicetur infra in tit.de exiſtente publice in peccato mortali.Et ſcias quod
4 †prædicti,qui vere cenſentur credẽtes ex verbis,vel factis;cenſentur hæretici:& pari pœna cum hæreticis iudicãtur, vt ext. de hæret.

Credẽtes agnoſcuntur primo, Ex verbis.

Ex factis.

Hæc qualiter ab hæreticis olim fierent. tradit Pegña lib. 2. adnot. in Directorium Schol. 29.

Factis magis, quã verbis voluntas detegitur.

Cap. 35.

de hæret.c.penult.§.fi.& de ver.ſi.ſuper quibuſdam.in prin &
Cap. 18.
dicetur infra de pœnis hæreticorum . Sed circa hoc quæritur

Quæſtio.

Viſitans, & aſſocians hæreticum, vtrum ſit credens, vel hæreticus, vel fautor, &c.

† Pone, aliquis ſcienter viſitauit, vel aſſociauit hæreticum: 5
vel ei præſtitit alimoniam;nunquid ex prædictis cẽſebitur credens,vel hereticus?Dic,quod nõ;niſi talis foret relapſus, vt dicto c.accuſatus. §. ille quoque. tamẽ reputabit̃ alias fautor,vel receptator,vt infra in ſubſequẽtibus apparebit: & per hoc oſtẽdet ſe ſuſpectũ de hæreſi:adeo quod erit̃ ſibi purgatio indicẽda,vt ext.de hæreticis.c.excommunicamus.§.qui autem.& latius infra dicetur.

Solutio.

Quæſtio.

Pergẽs ad prædicationem hæretici, vtrum cenſeatur credens, de quo vide eo quod præter communem opinionem ſcripſit Franciſcus Pegna lib. 2. adnot. in Directorium Schol. 56. §. ſermones eorũ, & ſeq.

Sed pone† quod [a] aliquis vadit ſcienter ad au 6
diendum prædicationem,vel dogma hæreticorum : nunquid a
erit cẽſendus credens?Dic quod ſic,ſi iuerit vltra quam ſemel, cum par crimen,& par culpa ſit,prohibita diſcere, & docere. vt C.de Mathematicis.l. culpa. & ex binario actu videtur crimen trahi ad conſuetudinem. C.de epiſcopali audi. l.nemo. verſ.iis.Ad quod ext.de vita & hon.cler.c.monaſteria . Si vero iuerat tantum ſemel;& poſtea vlterius noluit redire ad audiendum,vel diſcendum;tunc non iudicabitur credens : quia non videtur approbaſſe,quod poſtea euitauit. ext. de præſumpt. c. ex ſtudijs.ff.de ritu nupt.l.pleriq;.& de diuor.l diuortium Et de hoc nota Archid.ext.eod.c.2.lib. 6. Et quod ſupra dicitur, quod per verba detegitur quis credens,vel hæreticus;intellige verum,quando ſcienter,& appenſate ſunt prolata , vt dicetur
Cap. 7.
infra,ex quibus indicijs quis detegatur hæreticus.

ADDITIO.

An hæreticorũ conciones, aut dogmata vel ſemel audire liceat.

a Aliquis *vadit ſcienter ad audiendum prædicationem , vel dogma hæreticorum,&c. Adde quod maximo ac multiplici deſcrimini ille ſe exponit. Primo ob excommunicationis laqueum per c.ſicut apoſtoli. & c.ſequen.11.q.3. Nam cum hæreticis nec orare, nec cibum ſumere,nec palam aut in abſcondito loqui,nec aue illis dicere licet , vt in dictis capitulis expreſſe habetur. Et Ioan.in ep.2.cap.1. Si quis, inquit, venit ad vos,& hanc doctrinam non affert , nolite recipere eum in domum,nec aue ei dixeritis. Qui enim dicit illi aue,communicat operibus eius malignis.Vide modo an audire conciones & dogmata hæreticorum plus minuſue ſit quàm aue illi dicere . Minimũ quippe videtur,dicere aue: & tamen decernit Apoſtolus, aue dicentem,communicare operibus eius. Hinc ſequitur illum etiam in pœnã proportione quadam,incidere. Dignum quippe eſt vt qui culpæ communicat,*

municat, cõmunicet etiam & pœnæ, vt 24.q.1. Achatius. cum duobus cap. ſeq. Inſuper talis non modo non confitetur fidem, prout iuxta D. Pauli doctrinam Rom. 10. tenetur, ſed etiam hæreſim approbare videtur, vt docet in ſimili D. Tho. de audiēte detractorem. ſec. ſec. q. 73. ar. 4. in corp. Hæretici autem ſunt detractores, vt patet, quos nemo audire debet. Factis enim ſicut & verbis fidem proteſtamur & confitemur, vt per Card. Caiet. in ſec. ſec. q. 3. ar. 2. vbi diſputat, an Chriſtiano in partibus infidelium degenti, liceat omittere ſignum a Chriſtianis ſolitum deferri. Et concludit quod vbi eſt conſuetudo ſeu lex de certo ſigno a fidelibus geſtando ad fidei profeſſionem, omittēs dictum ſignū, peccat mortaliter. Ita a ſimili dicere poſſumus in caſu noſtro. Lex iam conſtituta eſt, hæreticos prorſus vitandos eſſe, vt in ſupracitatis capit. ex decreto, & ex 2. Io. 1. & etiā ex Paulo ad Tit. 3. Hæreticum hominē deuita. & 2. ad Tim. 2. Prophana vaniloquia deuita. & ex pluribus alijs locis ſacræ ſcripturæ. Qui itaq; ſciēter ad conciones & dogmata hæreticorum pergit, legis violator exiſtit, & propterea legis pœnam non euadit. Signum etenim diſtinctiuum poſitum eſt, quo catholici ab hæreticis dignoſcuntur. Nam hæretici, hæreticorum conciones; catholici vero, catholicorum prædicationes audiunt, iuxta illud Io. 10. cap. Oues meæ vocē meam audiunt. Quare apparet hæreticorum auditorem fidelitatis ſignum violare. Aliud præterea periculum eum ſubire oportet. Nam fieri poterit vt prima etiam vice, in hæreſim deducatur. Multum, inquit Pau. 2. ad Tim. 2. proficiūt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit. Rurſus occaſionem ſcandali præbet, quia catholici videntes illum ad concionem talem accedere, aut ab ea recedere, ſcandalizantur, & aliqui etiam illius moti exemplo, idem facient. Hæretici vero videntes nouos auditores aduenire, in ſuis erroribus magis ac magis confirmantur, exultantes quod hæreſes diffundantur. Quare vanam, periculoſam ac prorſus damnabilem curioſitatem illorum probare non poſſum, qui in partibus hæreticorum degentes, aut per loca, vbi hæretici concionantur, tranſeuntes, prædicationes eorum audiunt, aut ſuperſtitioſam illorum cœnam, ac impios ritus aſpiciunt, & manifeſto periculo ſeſe exponunt. Tales, Paulum bis exclamantem ad Gal. 1. non audiunt: qui & angelum de cœlo, & etiam ſeipſum & apoſtolos alios excommunicatos pronunciat, ſi nouam, falſamq; doctrinam euulgauerint. Nec ſupradictam Io. Apoſtoli ſententiā timent, nec eiuſdem Ioannis & Polycarpi eius diſcipuli exempla conſiderant, quæ habentur 24. q. 1. c. omnis qui.

Valde periculoſum eſt hæreticorum audire conciones.

Quod autem hic dicit D. author talem nec hæreticum nec credētem iudicādum eſſe, qui tantum ſemel iuerat, &c. confirmatur a Nicol. Arelatano notab. 16. & videtur pietati & æquitati ſatis conſonum. Tu tamen rem perſpicacius examinare poteris, atq; perſpicere, an

re, an ſicuti hæreticorum ſcripta prohibentur quamuis vtilia contineant, vt in c. canones. diſt. 16. ita de concionibus dicendũ ſit. Et an idem ſit iudicium de libro aut ſcriptura hæretica ab aliquo retenta, & de concione ſcienter audita. Et an ſimilia ſint, intereſſe tali cõcioni, & intereſſe tractatui contra Rempublicã ſeu contra Regẽ. Et an ille qui ſemel tantũ interfuit tractatui, & tacuit, nec pro, nec contra aliquid adduxit, prorſus excuſetur, quin pro reo læſæ maieſtatis damnetur. Quod ſi pœnas omnes non euadit, vt dicere videntur Doctores aſſerentes ſolã ſcientiã abſq; aliqua operatione puniri. l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. vt Bart. in l. vtrũ. ff. de parrici. & l. 1. §. occiſorũ. ff. ad Syllan. & Salicet. in d. l. quiſquis. §. ad quod. Io. And. in c. Petrus. de homicid. Spec. tit. de lega. §. iuxta. ver. quid ſi amici. quare impunis ibit iſte, qui interfuit tractatui contra eccleſiã catholicã, & Sum. Pont. qui eſt eius caput viſibile, & cõtra Chriſtũ ipſum, quẽ cæleſtis Pater dedit caput ſuper omnem eccleſiam? Nec valet gloſa dicentium tunc aliquem ex ſola ſcientia teneri, quando crimen tractatum probare poteſt, vt per Ang. in ver. & hai tradito. verſ. quod crimen. nu. 11. vbi ponit limitationem Baldi in quodam ſuo conſilio, & per Boſ. in tract. de crim. læs. ma. num. 48. qui adducit etiam Felin. in c. de cetero. de re iud. & c. quantæ. de ſent. excom. Decium in regula, culpa caret. de reg. iur. & in c. 1. de offic. del. Nam in crimine hæreſis vnuſquiſq; tenetur, etiam ſi probare non poſſit, vt docet D.

Non eſt facile in hanc ſententiam deſcendẽdum, vt tradit Pegña lib. 2. adnotatio. in Directorium Schol. 56.

Author in cap. 5. nu. 3. & tunc præſertim quãdo cõciones ſeu conuentus aut tractatus hæreticorum non fiunt adeo publice, vt omnibus innoteſcant, & habeant rationem notorij, quod probatione non eget. Vt cum in aliquo loco congregãtur ad tractandum de ſuis dogmatibus, ſi aliquis ſcienter ſemel interfuerit, puto quod teneatur, niſi indicauerit. Immo Boſſius in loco præcitato dicit, quod practica ſcientem ſimpliciter punit, & adducit quendam Ciuem Mediol. in fruſta diſſectum ob ſolam ſcientiam, nullo ſecuto effectu. quem etiam vide ibidem, num. 48. de eo qui tantum audiuit, &c. & de coniunctis & conſanguineis, &c. Rurſus perſcrutãdum eſſet, an ſimile ſit accedere ad conciones ſeu colloquia, aut tractatum hæreticorũ, & belli tempore ad hoſtilem exercitum tranſire. Nam quoſdam audiui vltimo ſupplicio peremptos, quia ſemel tantum inter hoſtes non dimicantes, ſed colloquentes viſi fuerunt, ad quos fortaſſe non malo animo acceſſerant. Ego itaq; putarem talem auditorem, ab hæreſis ſuſpicione prorſus immunem non eſſe, vt perſpicue habetur in inſtructione pro officio Inquiſitionis, ex Concilio Tarraconenſi excerpta. Nam ibi declaratur quis nam dicatur ſuſpectus, & deſcribitur ex auditu prædicationis aut lectionis hæreticorum, vel ex genuflexione & oratione cum eis habita, vel ex oſculo eis dato. Et ibi habẽtur hæc verba. Et poteſt dici ſuſpectus ſimpliciter etiam qui ſemel orauit, vel

alterum fecit de prædictis cum eis. Si vero pluries audiuiſſet prædicationem, vel lectionem, vel oraſſet, vel aliquid aliud de prædictis feciſſet cum eis: poſſet dici vehemēter ſuſpectus. Si autem prædicta omnia feciſſet, maxime ſi pluries: poſſet vehementiſſime dici ſuſpectus, vt habetur in Direct. par. 2. Hæc ita exacte vt optarem ob temporis anguſtiam, & librorum penuriam, tractare non potui. Sat ſit ea Doctoribus diſcutienda propoſuiſſe.

De defenſoribus hæreticorum. Cap. 4.

SVMMARIVM.

1 *Defenſores hæreticorum qui nam ſint.*
2 *An pari pœna plectendi ſint, defenſores hæreſis & defenſores hæretici.*
3 *An defendens conſanguinem hæreticum excuſetur.*

1 DEFENSORES † dicuntur duobus modis: vno modo, cum quis publice defendit errorem, & talis dicitur hęreticus manifeſtus, vt ext. de ver. ſig. c. ſuper quibuſdam. Immo non ſolū appellatur hęreticus, ſed hæreſiarcha; quaſi ſit vas erroris, & arca ad conſeruādum errorem, vt 24. q. 3. qui aliorū. Alio modo dicitur defenſor is, qui non defendit errorem, ſed hæreticum; ſeu perſonam errantem, ne veniat ad manus Inquiſitoris, vel iudicis. Quam quidem defenſionem perſonę quis facit multis modis, pręſtando ſcilicet auxilium ad ſuæ perſonæ defenſionem: videlicet tenēdo familiā volentem capere hæreticum: vel impediendo captionem illius per obiectum ſui corporis, vel etiam per coadunationem gentium & viciniæ, vel etiam cum ſolis clamoribus: vel his ſimilia faciendo. Nam per talia dicitur quis defendere perſonā, vt ff. ad Syllan. l. 1. §. excuſantur. & l. cum dominus. eod. tit. Et ſicut primus proprie dicitur defenſor erroris; ita iſte proprie dicitur defenſor hæretici, vt 21. q. 5. ſi quis cuiuslibet. & c. ſi

Directoriū inquiſitorū par. 2. q. 52. & ibi lib. 2. adnot. in Directorium Schol. 58.

2 forte. & quaſi per totum. 27. q. 1. ſi cuſtos. Vnde † inter iſtos eſt differētia quo ad pœnā; quia primus dānatur tāquā hæreticus, vt dicto c. ſuper. Sed iſte alius defenſor hæretici, nō dānaretur pro hęretico, quāuis inſurgat hęreſis ſuſpicio cōtra eum; propter quā eſt ſibi purgatio indicēda, vt de hoc, & alijs ſequētibus, & eorū pœnis infra probabit᷑ manifeſte. Sed quid † ſi ali-

Differūt in pœna defenſores.

3 *Defendens hæ-*

quis

reticũ conſanguineũ qualiter plectendus, & vide lib. 2. adnot. in Directorium Schol. 62. vbi de hoc pleniſſime.

quis defendit cõſanguineũ ſuũ; vt ſic potius videatur facere [a]af- a
fectione ſanguinis, quam contemptu fidei? Nam in dubio prę-
ſumetur hoc feciſſe ſanguinis affectione, propter rationabilem
præſumptionem, vt ff. pro ſocio. l. merito. certe dicunt quidã,
quod nihil ſibi proderit ad vitandum pœnam, vt arg. 27. q. 1.
de filia. & arg. ext. eod. c. in eos. Quod intellige verum, vt nõ
eximatur a tota, ſed a tanta, quia mitius punitur, vt ff. de recepta. l. fi. nam quędam ratione ſanguinis tolerantur, quę non tolerarentur alias, vt dicta l. fi. & ff. de ſuſpect. tu. l. ſi tut. & ibi not.

ADDITIO.

a Affectione *ſanguinis, &c. Adde diſtinguendum eſſe inter ſimplicẽ conſanguineũ, & conſanguineum qui criminis particeps exiſtat. de quo vide Paul. Ghirl. de relaxat. carc. ſub rub. de abſol. innocentis. quæſito. 7. Vide etiam Petrum de Sonc. in quodam conſ. in 1. volumine conſiliorum criminalium conſ. 97. col. penult. nu. 30. & ſequent. Vide etiam infra de receptatoribus, cap. 6. nu. 3. & in additione.*

De fautoribus hæreticorum. Cap. 5.

SVMMARIVM.

1 *Fautores hæreticorum quot modis dicantur.*
2 *Omiſſione & negligentia quis fauet, non puniendo.*
3 *Fauet etiam non indicando hæreticos.*
4 *Quilibet fidelis tenetur ex debito, etiam abſq; iuramento, indicare hæreticos.*
5 *Facto quomodo quis fauet.*
6 *Verbis quis fauet excuſando, conſulendo, deprecando.*

Directorium inquiſit. par. 2. q. 53. & ibidẽ Schol. 59.

1. Negligẽtia, vel omiſſione non puniendo, non indicando. 2. Facto, vel o-

FAVTORES † dicuntur tribus modis. Nam ali- 1
quãdo dicitur quis fauere hæreticis ſola omiſ-
ſione, ſeu negligentia: aliquãdo cooperatione,
& facto: aliquando conſilio ſeu verborum pro-
latione: de quorum ſingulis per ordinem diſſe-
ramus. † Et certe omiſſione, & neglectu di- 2
citur quis fauere hæreticis dupliciter: vno modo in non pu-
niendo: alio modo non indicando. Nam ſi is [a] qui habet po- a
teſtatem puniendi hęreticos, ſcienter hoc negligit; videtur
fauere

fauere eis: & incidit in ſuſpicionem hæreſis, vt in ſe ipſo videatur errare, vt ext. de hæreticis. c. qui alium. de homi. ſicut dignum. §. illi autem. Negligere enim cum poſſit perturbare peruerſos, nihil aliud eſt quàm fauere, vt ff. ad l. aquil. l. ſcientiá. in prin. & de noxal. l. in omnibus. ext. de ſent. excom. quantę. & 2. q. 7. negligere. 83. diſt. error. 23. q. 3. oſtendit. Et dicit lex, quod Rectores ſimili pœna puniuntur; ſi facinora neglexerint vindicare, vt C. de paganis & ſacrif. l. 1. in fi. Nam non caret ſcrupulo ſocietatis iniquæ, qui cum poteſt, manifeſto faciniori deſinit obuiare, vt dicto c. negligere. & dicto c. error. &

peratione.

3. Verborum prolatione.

3 C. de commertiis, & mercato. l. 2. cum ſi. † In indicando vero videtur idem dicendum in eo qui tenetur hæreticum indicare, quia ille qui iurauit indicare hæreticum ad petitionem forte Inquiſitoris, qui quotidie exigit a multis hoc ſacramentum. per c. excommunicamus. 1. §. Addiicimus. ſi ſciens hæreticum non indicat, immo celat; ex hoc poteſt cenſeri fautor: cum ad hoc ex debito teneatur. 11. q. 3. quiſquis. ad hoc facit. 22. q. 5.

Fauere non indicando.

4 qui peierat. & c. hoc videtur. Sed quid † ſi is qui non iurauerat indicare, interrogetur ab Inquiſitore de hæreticis, & ſcienter eos celat, & recuſat eos indicare; nunquid ex hoc cenſebitur fautor? Dic, quod ſic: quia iam illud eſt dictum, quod omnis qui tenetur ex debito indicare, celando ſcienter incidit in ſuſpicionem fautoriæ: & illud conſtat aperte quod quilibet fidelis Chriſtianus, etiam ſine iuramēto, tenetur ex debito indicare hæreticum: cum teneatur indicare in minoribus delinquentem, vt ar. ff. de iur. fiſci. l. ex quibuſdam. §. diuus Hadrianus. de offi. præſi. l. congruet. ad quod ff. de condict. ob turpem cauſam. l. 4. §. vlt. & quod ibi no. veniat. ext. de fur. qui cum fure. & dicto c. qui peierat. cũ ſequēti. 22. q. 5. Et habetur expreſſe in quadam conſtitutione Innoc. Papæ quam edidit in Anania. & incipit: Nouerit vniuerſitas. §. item ſi quis hæreticos. Vbi Papa præcipit indiſtincte omnibus, quod ſub excommunicationis pœna debeant quos ſciuerint hæreticos Inquiſitori, vel Epiſcopo indicare: & ſic reſtat, quod omnes ſcienter recuſantes ipſos indicare, cenſentur ex omiſſione, & negligentia eſſe fautores: cum omnes ex debito teneantur per iura prædicta; & maxime vbi conſtituti coram Inquiſitore, & iurati dicere veritatem, eam ſupprimunt, celando ſcienter hæreticum, & committendo ſic falſum, vt ext. de crim. falſi. cap. 1. §.

Quæſtio.

Solutio.

Simācas cath. inſtit. tit. 19. Ioannes Rojas in ſing. fidei, ſingul. 5. vbi pleniſſime.

Conſtitut. Innoc. Papæ, hāc habes in bullario litterarum apoſto. pro officio S. Inquiſitionis ĩ fine Directorũ pag. 19. & 35.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

Fauere facto. vterq; Facto ſeu † cooperatione dicitur aliquando quis fauere 5
hæreticis, puta ſi eos ſcienter aſſociauit: ipſos viſitauit: ipſos pauit: ſeu alimoniam ipſis præſtitit. Item ille, qui ad euadendum præſtitit eis auxilium, vel fauorem: non dico per obiectũ ſui corporis, vt differat a defenſore: vt puta, quia miniſtrauit ſibi ea, per quę tute fugiat, & euadat, vt Inſti. de oblig. quę ex delicto naſ. §. interdum. in verbo, ope. ff. de furt. l. ſi pignore. §. penul. & l. in furt. §. recte. ad quod ext. eod. de hęret. c. vt inquiſitionis §. prohibemus. & c. accu. §. ſacerdotes. lib. 6. 23.
Fauere verbis. q. 4. eſt iniuſta. Verbis † autem [b] dicitur quis fauere dum ſcien 6
ter excuſat hęreticos publice, vel exceſſum eorum: & dum ip- b
ſis hęreticis ſcienter præſtat conſilium vt euadant. Item dum
Neq; enim licet pro hæreticis intercedere. Federicus Imperator in l. inconſutilem. quam habes in bullario apud Directorium. ſciens ipſos eſſe hæreticos [c] fundit pro eis preces ne puniãtur. c
Nam ex prædictis, & ſimilibus dicitur quis fauere verbis, vel conſilio. Prima duo, ſcilicet de excuſatione, & præſtatione conſilij probantur. 11. q. 3. nolite tim. & c. ita. 2. q. 1. c. ult. & ext. eod. c. accuſatus. §. ſacerdotes. lib. 6. Tertium de effuſione precum probatur art. 14. q. 6. c. 1. ver. illud vero. concordat ext. eod. c. ſi aduerſus. & accedant C. de epiſ. & cleri. l. quicunque. Et merito dixi ſcienter in omnibus ſupradictis; *Scientia in delictis attenditur.* cum in omnibus delictis attendatur ſcientia, & propoſitum, vt ff. ad l. cor. de ſic. l. diuus. & de furtis. qui iniurię. ext. de ſent. excõm. cum voluntate. ignorantia enim facti non debet puniri: quia illa fallit prudẽtiſſimos, vt ff. de iur. & facti igno. l. 2. & ext. de cleri. excom. miniſtrante. c. apoſtolicæ. ad quod ext. de regulis iur. c. ignorantia. lib. 6. & ſuccedat quod dicitur, quod ſcientes, non ignorantes ligat edictũ, vt ff. de decret. ab ord. facien. l. fi. cum ſi.

ADDITIO.

a Si is *qui habet, &c. Adde text. in Clem.* 1. *eod.* §. *verum. vbi in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub interminatione maledictionis æternæ præcipitur Inquiſitoribus & Epiſcopis vt contra hæreticos credẽtes, &c. prompte procedant. Quod ſi id facere omiſerint, aut ſi tale crimen alicui malitioſe & fraudulenter impoſuerint: Epiſcopus aut ſuperior, ſuſpenſionis ab officio per triennium: ceteri vero excommunicationis ſententiam eo ipſo incurrant. A qua non niſi per Rom. Pontificem, præterquã in mortis articulo, & tunc ſatisfactione præmiſſa, abſolui poſſunt. De hoc habes in Direct. in* 3. *par. q.* 24. *& per* Gondis.

Inquiſitorũ pœna, qui negligẽter aut malitioſe procedunt.

*Gondis.q.7.num.*18. *Sum. Tab. excommunicatio* 5.*caſu* 4.§.16. *Syluestr.in ver. hæreſis.*2.§. 11.

b Verbis *autem,&c. Vide Sum.Tab.in ver.excommunicatio* 5.*caſu* 4. §.8.*de fautoribus,vbi author ille allegat conſiliũ D.Tadei Bononien.in quo habetur hæc D.Zãchini doctrina de verbo ad verbũ.*

c Fundit *pro eis preces. Adde exemplificando de aduocatis & procuratoribus qui hæreticorum patrocinium ſuſcipiunt. Nam & ipſi fautores dici poſſunt ſi ſcientes ipſos eſſe hæreticos,ab eorũ fauore nõ deſiſtunt,excuſando eos,de quibus habetur* 11.*q.*3.*c.non ſolum. circa finem,vbi illi damnantur,qui fauore peruerſo quempiam excuſare nituntur. & in c.ita corporis. ab authore citato,damnantur duo illi Epiſcopi, qui Lothariũ Regem,argumẽtis ſuis tegere & ſub quadam iuſtitiæ ſpecie fucatis quibusdã exquiſitis adinuẽtionibus æquitatem obruere ſtuduerunt. Vide Gem.in c.quicunq;.eod.lib.* 6.*Idem intellige de his qui allegationibus & cauillis proceſſum retardare ſtudent.Iſti quidem & fautores hæreticorum,& impeditores officij dici poſſunt. per c. vt inquiſitionis.§.prohibemus.eod.lib.*6.*vbi agitur de his qui directe,vel indirecte fidei negocium impediunt,vt etiã habes,a Direct.par.*2.*q.* 54. *Quando autem & quomodo ſit admittendus aduocatus vide per eundem Direct.* 3.*par. de retardatione proceſſuum. ibi.Secundum quod proregat. vbi non qualiſcunq; aduocatus conceditur,ſed talis qui ſit vir probus,nõ ſuſpectus, & fidei Zelator. Vide Carer. in tract.de hæret. num.* 19.*Aduerte præterea per hoc non excludi preces quas Inquiſitor fundere conſueuit pro hæreticis curiæ ſeculari traditis,quia id ex benignitate & clemẽtia eccleſiæ obſeruatur. per c.nouimus.de ver.ſig. & per Direct.* 3.*par. q.*102.*& de forma tradendi relapſum ſeu impœnitentem brachio ſeculari, vt ibi habes in fine ſententiæ.*

An pro hæreticis intercedere liceat.

Franciſcus Pegña lib. 3. adnot. in Directoriũ Schol. 34. & 38. vbi plene de aduocatis ĩ hac cauſa.

Adde inſuper & bene conſidera dictum Gondis. ead.q. 16.*num.* 3. *videlicet quod & ſi regulariter liceat veniam,ſeu miſericordiam pro reo implorare, vt l. ſi fuerit.ff. de rebus dubi. & l.in metallum. & l. diuus.ff. de pœnis.& Bart. in l. infurti.§. ope.ff. de furtis . in foro tamen conſcientiæ tunc præſertim illicitum eſt,quando de correctione nulla ſpes habetur.Et tunc,inquit,pro hæretico orat,illi proprie fauet. Adducit gloſ.* 23.*q.* 5.*reos.Immo addit, quod etiam vbi de correctione ſpes viuit,non licet generaliter in crimine hæreſis,ſicut nec licet in crimine læſæ maieſtatis humanæ,vt l. quiſquis.C. ad leg. Iul.maieſt.cum longe grauius ſit æternam,quam temporalem lædere maieſtatem.ext. de hæret. c. vergentis.ad quod facit gloſ.* 6.*q.* 1.*ſi quis cum militibus . De fauore autem extra iudicium hæreticis præſtito,vide ibi in fine,adducit glo. in Clem.*1. *de pœnis.& in c.*1. *de off.del.& in c. notum.*2.*q.*1. *& per Innoc.de homic.ſicut dignũ, & Bart.in d.* §. *ope.& per Salyc.in l.non eo minus. C. de accuſa.*

De receptatoribus hæreticorum. Cap. 6.

SVMMARIVM.

1 *Receptatores hæreticorum qui dicantur.*
2 *Semel tantum recipiens hæreticum, receptator dicitur.*
3 *Conſanguineum receptans mitiori pœna mulctandus eſt.*

Turrecrem. in ſum. de eccleſ. lib. 4. par. 2. cap. 21. Simanc. cathol. inſtitu. tit. 15. Pegña lib. 2. adno. in Directorium Schol. 57.

RECEPTATORES [a] dicuntur illi, † qui ſcienter a
1 hæreticos recipiũt in ſuis domibus; & eos occultant: vt ſic illi euadant manus Inquiſitoris. Iſta probantur ff. de recept. l. 1. & l. 2. & ff. de off. præſi. l. congruet. C. de his qui latro. per totum. & maxime in l. 1. vbi dicitur, quod grauius punitur qui receptat ſcienter, & aſſociat fugientem; quàm qui ſolum latitantem occultat. Sed circa hoc querritur, an † is 2

Quæſtio.

qui receptauit tantum ſemel hereticum; propterea cenſeatur receptator: an exigatur quod bis, aut ſepius. Et dicas, quod ſufficit quod ſemel id fecerit, vt ff. de adulterijs. l. mariti. §. queſtum. ad quod vide ext. de pœnis. c. felicis. lib. 6. ſi † tamen re- 3

Solutio.

ceptatus erat conſanguineus [b] receptantis; mitior erit pœna, b
vt dixi ſupra in cap. de defenſoribus, in fi.

Cap. 4.

DE prædictis autem credẽtibus, defenſoribus, fautoribus, & receptatoribus plene not. dominus Hoſti. in ſumma ſua in eod. tit. & maxime in §. qua pena. & plenius adhuc not. D. Archidi. ext. eod. c. 2. lib. 6. in ſuo apparatu. Salua tamen reuerentia D. Archi. illa non fuerunt verba ſua: ſed ea habuit, & tranſumpſit, appropriando ea ſibi, ex quadam cõſultatione tradita olim Inquiſitoribus heretice prauitatis per venerabilem patrem D. Guidonem: qui poſtea fuit Papa, & vocatus Clemens 4. & incipit: Quoniam illis. & exinde d. Archi. commentauit illud c. vbi plene diſſeruit de predictis.

Hæc conſultatio Guidonis nuper reperta fuit ĩ Bibliotheca vaticana, & protinus in lucem dabitur.

ADDITIO.

a Receptatores *dicuntur. Adde diſcrimen inter recipientem & receptatorem, vt habes in Direct. par. 2. q. 51. Nam ſi vocis vim attendimus, receptator ille dicitur qui pluries hæreticos in domo recepit. A receptando enim, quod verbum frequentatiuum eſt, receptator dicitur. Nec obſtat quod Author dicat vnicam receptionem, receptatorem*

Receptatores hæreticorum, qui nã proprie dicantur.

rem

rem conſtituere, quia non de qualitercunq́, recipiente, ſed de recipiente hæreticum quatenus hæreticus eſt, loquitur. Id autem ex eius verbis aperte conſtat, quibus receptatores deſcribit, ex eo videlicet quod ſcienter hæreticos recipiunt, & occultant, vt Inquiſitoris iudicium effugiant. Qui itaq; ſcienter ea intentione hæreticũ ſemel tantum receperit, receptator erit, vt habetur in conſultatione ipſius D. Guidonis hic adducta. Nec hoc ſeuerum videri debet, cum receptatores reorum vbiq; iura cõdemnẽt: vt in iuribus allegatis ab Authore clariſſime patet, quibus annecti etiam poſſunt. C. de Epiſ. & Cler. l. quamquam. ff. de re milita. l. non omnes. § a barbaris. C. vbi cauſæ fiſcales. l. vniuerſi. & de his qui latro, vel aliis crim. l. 3. §. nõ tantum. ff. de ſeruo corrup. & C. ad legem falcid. de plagia. l. ſi quis ſeruum. & C. de agric. & cenſ. l. cum ſatis. § fin. Et de falſa moneta l. 1. ff. de extraord. crim. l. 1. in fi. C. de hæret. l. quicunq;. & doctores in dictis locis. Quæ autem ſint pœnæ receptatorum habes a Lud. Carer. in ſuo tract. de hæret. nu. 162. & ſequent. de quibus tractabimus in proprio loco, videlicet in cap. 17. Tu tamen ſemper obſerua, quod de ſciente vel ſcire debente prædictæ leges intelligũtur, vt ff. de incen. rui. & nau. l. 2. § non tantum. & de pœnis. l. metrodorum. & ibi no. per gloſ. & Bart in l. 1. de recept. vbi dicit gloſa de bannito, quod receptator præſumitur ſciens, ſi in conuicinia notorium erat illum eſſe bannitum. Et idem in ſimili notatur. C. de peri. tut. l. ſi tutor. Item ſi eius bannum publice præſcriptũ erat, vt habetur in l. fi. ff. de decre. ab ordi. fac. & late per Nellum in tract. de bannitis. nu. 20. quæ omnia currunt etiã in cauſa hæreſis, quia grauius eſt diuinam quàm humanã lædere maieſtatem, vt ext. de hæret. c. vergẽtis. & C. eod. l. manichæos. & 23. q. 5. ſi apud. 17. q. 4. ſicut qui eccleſiam. Obſerua inſuper quæ in dicto tract. idem Nellus dicit in eodem quæſito 20. nempe quoſdam intelligere prædicta eſſe vera ſi bannitus erat perſona nota, licet bannum ignoraretur. Si autem erat perſona incognita receptanti, dicebant ipſum receptantem teneri, quia debebat explorare conditionem ſuam, vt l. ſeruos. C. de agri. & cen. Sed quid de hoſpite aut caupone, qui non videtur teneri ad explorandum conditionẽ aduenientium, ſeu declinantium ad ſuum hoſpitium? ff. de fur. adu. nau. l. 1. in fi. Quicquid dicat Bart. ibi a Nello adductus, ego putarẽ ipſum etiam teneri, ſi hæreticus publice damnatus eſt, aut publice citatus ob officio Inquiſitionis, quia cum hoc ſit crimen publicum, quod omnes tangit, & in omnium iniuriam committitur, vt dicta l. manichæos C. de hæret. omnes cauere debent. Secus autem ſi ignoratur quod ſit hæreticus damnatus aut citatus, & requiſitus ab Inquiſitore. Vide etiam Gandinum in tit. de furibus & latro. nu. 14. & Lud. Car. vbi ſupra. & nume. 168.

Locatus in opere iudic. verb. receptatio. n. 6.

Conſanguineus. *Adde Gandi. in dicto loco nu. 13. qui intrepretatur iura*

An conſanguinitas excuſet in hac cauſa. Simanc.catho. inſtitut.ti.15. Pegña lib. 2. adno. i Direct. Schol. 62.vbi plene.

tur iura punientia receptatores, & dicit quod ceſſante dolo malo non dicitur quis receptare, quia ignorantia meretur excuſationem .ff. ſi quis teſta.liber eſſe iuſſus fuerit.l.penult.in fin. ſi vero receptator participat in crimine cum recepto, affectio ſanguinis non excuſabit, & multa iura allegat quæ vide ibi. Et eo modo intelligendi ſunt doctores vt Bonif.Vital.de recept.fur.nu.4.5.6.7. & clarius in proprijs terminis loquitur Paul.Ghirl.eod.tract.q.9.nu.2. & 3. & exponit dictum gloſæ.in §.credentes.in c. excõmunicamus. & in c. accuſatus. §.ſi vero.eod.lib.6.Lud.Car.vbi ſup.nu.167.vbi dicit quod quamuis per glos.in d.§.credentes. & per tex.ſi quis Epiſcopus. cũ ſeq.excludantur etiam conſanguinei, eos tamen excuſari declarat in caſu neceſſitatis famis, per gloſ.in c.accuſatus.§.ille quoq;.in ver.non poſſit.& allegat Panor.in d.c.ſi quis epiſcopus.dicentem potius ſubueniendum eſſe patri & fratri carnali hæretico in caſu neceſſitatis, quàm extraneo catholico. Allegat etiam D.Tho.q.31.ar.3. ſec.ſec. Spec.& alios. Vide Nellum in d.tract.de bannitis.quæſito.21.& 22. & conſidera limitationem Bart.in l.2.de recept.ab illo adductam, qua declarat conſanguineum receptantem non excuſari ſi receptus, ex forma ſtatuti poteſt occidi, quia tunc eſt hoſtis ciuitatis, & ſicut illum perdit ciuitas, ita illum perdunt agnati & cognati. l. poſtliminium.§.filius.ff.de captiuis.& conſidera an id currat etiam in hæretico qui eſt hoſtis totius eccleſiæ.

Ex quibus indiciis extrinſecis detegatur error mentis: vt per hoc hæreticus cenſeatur. Cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Hæretici, & eorum credentes pares ſunt in culpa & in pœna.*
2 *Hæreticus verbis & factis detegitur.*
3 *Sola verborum confeſſio, ſcienter & ex propoſito facta, oſtendit aliquem eſſe hæreticum.*
4 *Libros hæreticos componens, aut prædicationem hæreticorum audiens, ſe hæreticum eſſe indicat*
5 *Error mentis ex factis probatur.*
6 *Hæreticus eſt, etiã ſi nihil dicat, dũmodo in corde errorẽ habeat.*
7 *Librum hæreticalem tenens, de hæreſi vehementer ſuſpectus eſt, & purgatio canonica eſt ſibi indicenda.*
8 *Quid de eo qui ad hæreticos vadit, vt eos inſtruat, & ab errore auertat.*
9 *Hæreticalia ex ioco, ſeu lubrico, aut ira proferens, non eſt veluti hæreticus puniendus.*
10 *Ebrietas an excuſet ebrium proferentem verba hæretica.*

QVIA

1 QVIA † hæreticus, & credens hæreticorum ambulant paribus paſſibus; ſunt in pari culpa; & per hoc veniunt pari pœna plectendi, vt ext.de hæreticis.c.penult. §. fi. ad quod. C. de epiſ. & cleri. l. quamquam.ſatis probabiliter de hæretico poſſunt dici,& in heretico intelligi omnia quæ ſupra dicta ſunt ſerioſius de credente: videlicet quo modo quis detegatur credens erroris, vt propterea detegatur hæreticus.Sed tamen inhęrendo prędictis repetam aliqua circa hęreticum ſpecialiter: ne hęc ſub illa generalitate relicta viderentur forſitan eſſe neglecta,vt.ff.de iniuriis.itē apud.§.hoc

Hoc cap.intelligeſex traditis p Albert.tract. de Agnoſc. Aſſertio.q.30.et Pegñam lib.3. adno.ĩ Direct. Schol. 31. vbi pleniſſime.

2 edictū.accedat ext. de hæret.c.ſi aduerſis.Dic ergo quod† hæreticus detegitur duobus modis,vno ex verbis,alio ex factis.Ex verbis detegitur quis hęreticus, puta quia aperte dicit verba hęretica, ſeu quæ hęreſim ſapiunt manifeſte. Quę autē verba ſint illa,clare oſtenſum eſt ſupra,quot modis ſumatur hęreti-

Hæreticus detegitur bifariã. Conrrad. Brunus lib. 1. de hæret.cap.10.

3 cus. Nam † ex ſola profeſſione verborum hęreticorū,ſeu confeſſione ſcienter,& ex propoſito facta,oſtendit ſe quis errare, & hęreticum eſſe: quia propria voluntas in confeſſione monſtratur:& talis eſt intētio,qualia verba ſonant.Iura ad hoc fuerunt latiſſime allegata ſupra,circa capitulum de credente. Ex

Cap. 2.

Cap. 3.

4 factis † vero detegitur quis hęreticus,vt quia componit libros erroris,ſeu erronea gignentes.Ex hoc enim facto detegitur error ſuæ mētis:& conuincitur ex ſuis codicibus, vt ext.de ſum. tri. c. damnamus.ext. de hæret. c. fraternitatis. Item quia recipit conſolationem: vel vadit ad audiendum prædicationem, vel dogma hæreticorum: vel alia ſimilia facit,per quę detegatur ipſum errare: ſicut multa dicta fuerunt in capitulo illo de credentibus: qui credentes non diſcrepant ab hęreticis in exceſſu criminis,nec in pœna, vt ſuperius eſt probatum . Et in hoc ſolo poſſet inter eos differentia aſſignari : videlicet quod hæreticus gignit errorem:& credens ſequitur illum: quaſi hęreticus errare incipiat a ſe ipſo : & credens adhæreat errori alterius: & ſequatur illum. & ad hoc vide ſupra in c. quot modis ſumatur hęreticus. ver. ſecundo modo. Ex † his igitur factis probatur error mentis,& intentio voluntatis: nam euidētiſſima eſt facti probatio, quæ non poteſt aliqua tergiuerſatione celari, vt 2.q. 1.Deus omnip. §. quando autem. & ibi not. in glo. iudicis non ſedentis. Veniat ext. de accuſat. euidentia.

Factis. Pegña lib. 2. adno.ĩ Direct. Schol.1.§. horum tamen.

Cap. 3.

Supra cap. 2. pag.10. num. 10.

Cum

Cum enim error conſiſtat in animo, & in mente; non poteſt de eo conſtare, niſi per extrinſecos actus, & per exteriora indicia, vt ext.de vſur.in ciuitate.32.diſt.erubeſcát.11.q.3. eorum qui.2.q.4.conſuluiſti.& 41.diſt.in fi.veniat ad ſimil.C.de con dict.inſertis tam leg.quàm fid.l.cum quidá teſt.& ff.de acqui. re.do.l.naturalem.ver.in his.cum ſi.Quamuis enim † quis ni- 6
hil dicat, vel neget, ſed taceat; tamen cenſetur hæreticus quomodocunque appareat eum de fide male ſentire. Nam ex corde,& ex mente iudicatur quis hęreticus, vt ext.de hæreticis. c. 1.24.q.3.hæreſis.& c.hæreticus. & Deus eſt qui ſcrutatur renes,& corda: & qui interrogat cor: & audit in corde: & nihil ignorat, vt 17.q.1. c.qui bona.§.ſignum.14. q. 5.ſi quid.32. q. 5.c.propoſito.c.ad Deum.c.qui viderit.q.8. c. vnico.& de Iudic.c.nouit.Iudex tamen, qui eſt homo, nõ poteſt de corde iudicare niſi per hos actus extrinſecos; vt ſuperius eſt oſtenſum.

Queſtio. An tenens lib. hæreticalem ſit vehementer ſuſpectus. Sed verius eſt habita ratione perſonarũ ſuſpicionis qualitatem eſſe iudicandam vt dixit Pegña lib. 2.adno.in Direct. Schol. 1. §.ſed alter. cũ ſeq.

Sed pone† quod quis non edidit, nec compoſuit librum erro- 7
ris,nec erronea continentem: ſed talem librum ab hæretico compoſitum ſcienter recipit;& eum retinet penes ſe: nunquid per hoc cenſebitur hæreticus, ſiue credens? Dic, quod non: ſed inſurgit vehemens ſuſpicio hæreſis contra eum: quia nullus debet tales libros ſcienter ſuſcipere, vel tenere: immo is ad cuius manus peruenerint; debet [a] eos ſtatim igne comburere; vel a
Inquiſitori, ſeu epiſcopo, hoc eſt eccleſiæ reſignare: vt per ipſos comburantur, vt ext.de ſum.tri.c.damnamus. in prin. & in fi. ext.de hæret.c.fraternitat.veniat C.de epi.audi.l.mathematicos.& C.de hæret.quicunque.in fi.& ar. 5.q.1.c.1. & c. ſi qui. §.ſi quis, alioquin ex hoc facto, ſeu retentione talium librorũ, ſicut ex aliis factis inſurgit vehemens ſuſpicio hæreſis contra aliquem: videlicet ſi cũ hæreticis cõuerſetur: ſi euitet communionem,& conſortium fidelium: ſi nunquam vadit ad diuina officia audienda, vt ext. de hæreticis.c. excommunicamus. lo 1.§.addiicimus.ext.eod.accuſatus.in prin.lib.6.vbi notatur de hoc per Archidi.ſuper verbo, orta. Propter hoc igitur non erit damnandus vt hæreticus; cum non probetur errare per prędicta, vel per ſolam retentionem ipſius libri: ſed propter ſuſpicionem exinde ortam, erit ſibi purgatio indicẽda: in qua ſi defecerit, erit tãquam hæreticus puniẽdus, vt late dicetur infra

Cap. 17.

c.de pœnis defenſorum. Sed pone† quod quis vadit ad hæreti- 8
cos, non vt inſtruatur ab eis; ſed potius vt eis prædicet; & eos

instruat,

b inſtruat,& reducat. Certe licet ſit prohibitum publice b diſputare de fide catholica,vt C.de ſu. tri.& ſi.ca. l. nemo. ad quod c 24.q. 3. cum quibus.tamẽ hoc non c prohibetur:nec propte-d rea cenſebitur d infidelis,vt 1.q.7.conuenientibus.23.q.4.infideles. & 11. q.3.anteceſſor.ad qđ ext.de ſent.excom.reſponſo.Et merito dictum fuit ſupra,ſcienter & ex propoſito,ne aliter ignorantia puniretur:quod fieri non debet; vt probatum fuit ſupra in c.de fautoribus,circa finem. Sed pro declaratio-9 ne huius quęro: † Aliquis non e ex propoſito, nec appenſate, e ſed ex lubrico linguæ,vel per iocum,ſeu per calorem iracundiæ protulit aliquod verbum hæreticum; nunquid propterea tanquam hęreticus eſt damnãdus?Dic quod non,vt ff.ad l.Iul. maie. l. famoſi.§.hoc tamen.C. ſi quis Impera. maledixit.l.1. 22.q.2. quod autem ait. accedat ff. de act. & oblig. l. obligationum ſubſt.in fi. ff. de edili.edicto. l. ſcien. §. dictum. in fi. & ff. de reg. iur. quicquid in calore. Et dicit canon, quod cõſideranda ſunt quæ ex mente,non quæ ex ore procedunt. 24. q. 2.deus quando. ad quod ext. de ſent. excom. cum voluntate. Et ex prædictis liquet aperte,quod ſi talia proferens foret furioſus,vel non ſanæ mentis,quod non puniretur, vt c. filij. lib.6. ad quod ext. de ſucceſs. ab inteſtato.c. fi. §. nos cauſam. Nam ſatis ipſo furore punitur, vt ff. de off. præſi.l. diuus. cũ 10 ſi. Sed pone†quod talia verba hæretica proferens erat ebrius, nunquid punietur pro hæretico? Dixerunt quidam quod ſic: quia videtur quod ante ebrietatem fuerit corruptus: & quod nunc proferat ea,quæ gerebat in corde: vt ſic videatur in priori propoſito perdurare, vt ext. de bap. c. maiores.§.fi. Sed certe bene potuiſſet fidelis poſtea in ebrietate exiſtens,male loqui de fide. Vnde non probat hoc eſſe,quod ab hoc contingit abeſſe:& ideo tu benignius dic quod non:ſicut de furioſo dicitur, & alienato in mente. Nam ebrius dicitur alienatus in mente, vt ext. de vi. & ho. cleri.c. a crapula. Concordat ff. de pœnis l. reſpiciendum. §. delinquunt. & ff. de re mili.l. omne delictum. §. per vinum. Et dicit canon,quod non debemus attendere verba,ſed mentem proferentis.11.q.3. inter verba.Et vere ebrius non eſt ſanæ mentis tunc:& ideo nõ dicitur mereri, nec demereri.15.q. 1 ſane.22.q. 4. vnuſquiſq;.Poterit tamen f aliqualiter f corrigi propter præcedentem culpam vini, & potationis,vt ext. de reli.& vene.ſanct. c. 1.& ibi vide.

Quæſtio. An proferens hæreticalia ex ira vel ioco vt hæreticus habeatur, Simanc. cathol.inſtitu. tit.17. Pegña lib.3. adno.in Direct. Schol. 17.vbi pleniſſime.

Quæſtio. An ebrietas excuſet. adde Simanc. & Pegñam locis proxime ſupra citatis

ADDITIO

ADDITIO.

Libri damnati, Inquiſitoribus tradendi ſunt.

Debet *eos ſtatim igne comburere, & c. Adde tu quod tutius erit libros hæreticos aut quomodolibet ſuſpectos Inquiſitori tradere, vt olim decretũ fuit ſub Sanctis. Paulo 4. Talis nempe librorũ traditio, clarum obedientiæ, & fidei teſtimonium apud Inquiſitorem faciet. Præſumptio quidem contra detentorem inſurgere potuiſſet, ſi liber damnatus apud illum repertus fuiſſet. Quod in ſimili apparet de falſa ſcriptura apud notarium inuẽta, & de falſa moneta, vt C. de falſis. l. ſi falſos. ff. eod. l. Paulus. & de re furata, vt late per Lud. Car. in ſuo tract. de hæret. nu. 125. qui aſſerit crimen hoc probari ſi tales libri penes inquiſitum inueniantur, & multa allegat quæ ibi vide. Et per Gondis. in tract. eod. tit. q. 13. nu. 19. Similem inſuper caſum habemus de falſis menſuris apud quempiam inuentis, vt per Gand. de maleficijs. Rub. de falſis, n. 22. & fol. 7. n. 6. & de inſtrumentis inuẽtis ad cudendum falſam monetam, vt per Boſ. de falſa mon. num. 7. Idem tenent Archid. & Io. And. in c. filij. eod. tit. lib. 6. qui dicunt librum damnatæ lectionis probare retentorem eſſe hæreticum. Vide etiam Boſ. tit. de hæret. nu. 39. & per Rom. ſing. 323. & Marſil. in pract. §. diligenter. nu. 92.* a

Horum tamen ſententiam, intellige prout declarat Ioan. Rojas in ſingul. fidei, ſingul. 124. *Direct. inquiſito. par. 1. q. 10.*

Publice *diſputare. Adde c. cum ex iniuncto. ext. de hæret. & c. excom. lo 1. §. quia vero. & c. ſicut. 2. & 41. diſt. c. ſæpe vitia. Gõdiſ. q. 21. nu. 1. & 2. & per tex. in c. quicunque. §. inhibemus. eo tit. lib. 6. Vide etiam D. Tho. ſec. ſec. q. 10. ar. 7. & Card. Gaiet. ibi. qui declarat quomodo laicis prohibeatur, aut liceat cum hæreticis & infidelibus diſputare.* b

Non *prohibetur. Adde quod immo laicis præcipue prohibetur, nec debet quis ex ſe officium docendi aſſumere, vt in d. cap. cum ex iniuncto. & ſimil. Quomodo enim prædicabunt niſi mittantur? Rom. 10. & d. §. quia vero.* c

Infidelis. *Adde quod quatuor illa capit. adducta, non omnes, ſed Epiſcopos aut presbyteros, vel eos, quibus prædicandi munus comiſſum eſt, tangunt.* d

Non *ex propoſito. Adde quod abſq; pœna tranſire non debet, vt per Lapum & Card. in Clem. vnica. de vſuris. Sed extraordinarie punietur ad arbitrium iudicis, leuius tamen 17. diſt. nec licuit. 24. q. 1. hæc eſt fides. Et augenda eſſet pœna iuxta qualitatem perſonæ, loci, & temporis, vt per Gondis. in tract. de hæret. q. 1. nu. 7. Facit etiam ad hoc quod dicit Gemin. in c. vnico. de ſchiſmaticis. in fi. li. 6.* e

Aliqualiter *corrigi. Adde Bart. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. dicentem quod ebrius delinquens tenetur. & Bald. in l. data opera. C. qui accuſa. in verſ. nunc de tertio. dicentem quod nimia ebrietas delictum extenuat, non autem in totum eximit, vt ſic leuius ob ebrietatem puniatur, ſed omnino tenetur. Si vero fuit parua ebrietas,* f

na ebrietas, non minuitur delictum. Et adducit exemplum de ebrietate, Loth. Gen. 19. & 15. q. 1. c. inebriauerunt. Adde etiam Salyc. in l. 1. C. de Sicar. in fi. Ang. de malef. ver. ſciēter, & doloſe. nu. 17. Petrum a Plaza in 1. lib. epitom. delicto. cap. 30. nu. 2. pag. 530. Vide rurſus Bald. in l. 1. col. 10. nu. 45. C. qui accuſare non poſ. & bene nota, vbi dicit delictum eo modo commiſſum, homicidio grauius eſſe ob nobilitatem atq; præſtantiam obiecti. Nam hæreſis crimen in Deū ipſum directe committitur, qui eſt veritas ſuprema. De hoc habes a D. Tho. ſec. ſec. q. 10. art. 1. vbi declarat infidelitatem grauiſſimum, maximumq́; omnium peccatorum peccatum eſſe. Hæreſis autem infidelilatis ſpecies eſt, vt ibi habes q. 11. ar. 1. Super his vide Card. Gaiet. in vtroq; loco; & eundem D. Tho. in 4. diſt. 13. q. 2. ar. 2. Vide etiam Nic. Arelat. not. 28. & Paul. Ghirl. in tract. eod. in princ. nu. 1. & 2. Nullum autem crimen grauius eſſe hæreſi, patet 32. q. 7. c. quid in omnibus. 24. q. 3. c. quid autem. & 22. q. 2. c. primum eſt. & per Iodocū in ſua practica crim. in c. 61. nu. 1. & nu. 50. & ſequen.

Per quos, & contra quos poſſit procedi ſuper hoc crimine. Cap. 8.

SVMMARIVM.

1 *Crimen hæreſis ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat.*
2 *Poteſtas ſeu iudex ſecularis non ſe intromittat, niſi ab eccleſiaſtico requiſitus in certis caſibus.*
3 *Duo ſunt iudices hæreticorum, Epiſcopus videlicet & Inquiſitor, quorum alter ordinaria contra non exemptos, delegata vero contra exemptos; alter vero ſemper delegata vtitur poteſtate.*
4 *Epiſcopus & Inquiſitor quædam coniunctim & diuiſim; nonnulla vero non niſi coniunctim facere poſſunt.*
5 *Hæreticorum iudices poſſunt procedere contra quoſcunq; etiam alienigenas, religioſos ac alios exemptos.*
6 *An ad iudicem domicilij, vel ad iudicem delicti ſpectet cauſæ hæreſis cognitio.*
7 *Delinquens in pluribus locis, poteſt in ſingulis eorum conueniri.*
8 *Inquiſitor, etiam contra abſentem ſeu fugitiuum procedere poteſt.*
9 *An Inquiſitor poſſit procedere contra Epiſcopum, & Epiſcopus contra Inquiſitorem.*

1 SCIENDVM eſt † quod hoc crimen hæreſeos eſt *Hæreſis, crimē*
a crimen [a] eccleſiaſticum & eius cognitio & puni- *eccleſiaſticum*
tio pertinet ad iudicem eccleſiaſticum ſicut di- *eſt.*
citur de quolibet alio eccleſiaſtico crimine. 6. q. 2. c. 1. q. 3. c. 1. 12. q. 2. nulli liceat. ext. de iudic. c. nouit. & de vſu.

vſu.quoniam.† Et not.ext.de foro compe.c.licet.in glo. iſte eſt 2
ergo.Et per hoc dicitur, quod ſecularis poteſtas, ſiue iudex laicus non [b] intromittit ſe, vel ſuam non exercet iuriſdictionem b
contra hæreticos: ne detrahere videatur iuriſdictioni eccleſię: & ne ponat falcem ſuam in alterius meſſem, per dicta iura. ad quod ext.de elect.venerabilem. & eſt caſus ext. de hæret. c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. lib. 6. Hoc tamen quod dicitur, quod ſecularis poteſtas non ſe intromittat, &c. intellige verũ, præter quam in infraſcriptis caſibus, videlicet, ſi per iudicem eccleſiaſticum fuerit requiſitus: quia tunc ipſe iudex laicus ſe intromittet: & parebit mandatis iudicis eccleſiaſtici. ext. eod. c.vt officium.§.denique.Item ſe poterit intromittere circa impoſitionem legalis pœnæ, poſt ſententiam iudicis eccleſiaſtici, vt ext.de hæret.c.ad abolēdam.§.præſenti.& §.laicus.& in eo. tit.c.penult.§. damnati.Item poterit ſe intromittere circa exequutionem poſt confiſcationem bonorum: quatenus tamen per iudicem eccleſiaſticum fuerit requiſitus, vt ext.eod.vergẽtis.& ext.eod.tit.cum ſecundum leges.lib.6.Reſtat ergo quod omnis iuriſdictio eſt eccleſiaſtici iudicis in crimine memorato.

Quæſtio. Quis nam ſit iudex ĩ hac cauſa, Conrad. Brun.lib.4.de hæret. cap. 1. Simãc. cathol. inſtitu.tit. 25. & tit. 34. Pegña lib. 3. adnot. in Direct. Schol. 71.

Sed † quæro, quis eſt iſte iudex eccleſiaſticus? Dic quod eſt 3
duplex, videlicet, Diœceſanus, hoc eſt Epiſcopus, qui eſt ordinarius iudex in ſua diœceſi: & Inquiſitor alius, qui fuerit ad hoc per Sedem Apoſtolicam deputatus. Et ſic ſunt duo, quorũ vnus, videlicet Inquiſitor, habet iuriſdictionem delegatam in tota prouincia ſibi decreta: alter, videlicet Epiſcopus, habet ordinariam in non exemptos ſuæ diœceſis; & contra exemptos in ſua diœceſi exiſtentes, habet etiam delegatam iuriſdictionẽ a Papa. Iſta probantur ext.de hæret.c.per hoc.& c.vt officium. lib.6.ext.de hæret. c. ad abolendam. in fi. Et iſti † duo iudices 4
poſſunt ſimul ambo, & etiam diuiſim, & ſeparatim procedere contra hæreticos, vt dicto c.per hoc. Quod intellige eſſe verũ citando re, & verbo: vt vocando, & capi [c] faciendo & arreſtan- c
do perſonam, & committendo eam cuſtodiæ, & formando inquiſitionẽ, & faciendo proceſſum, & recipiendo probationes & teſtes, & his ſimilia faciendo. At vero [d] torquere perſonã, & d
duro carceri mancipare; vel [e] diffinitiuam ſentẽtiam proferre, e
non poſſunt diuiſim: immo in his arduis vnus habet communicare proceſſum [f] cum alio: & eius participare conſilium ſu- f
per eo, vt patet in textu in compilatione Clement. ext. de hæret.

hæret.c.1.& concordat ext.eod.c.vt commiſſi.lib.6.Sic etiam, ambo prædicti ſimul facient cuſtodire carceres hæreticales ſeu hæreticorum:& ambo cuſtodes apponent: & claues tenebunt,vt dicto c.1. in Clementinis. Liquet igitur ex prædictis, *Direct.inquiſito. par. 3. q. 25. cum multis ſequent. & q. 42. Simanc. cathol.inſtitu. tit. 2.*
5 quod† iſti duo iudices poſſunt procedere ſuper hoc crimine contra quaſcunque perſonas non ſolum exiſtentes de ſua diœceſi,vel prouincia;ſed etiam contra alienigenas,& forenſes delinquētes ibidem;ſicut dicitur in alijs criminibus, vt ff.de offi. præſi.l.3.& 3.q.6.c.1.et 6.q.3.c.placuit.11.q.1.c.placuit. ext. de raptor.cap.1.& clare patet C.vbi de crimine agi oportet. l. 1.& auth.qua in prouincia. quantumcunque illi eſſent etiam exēpti, vt ſunt fratres,& religioſi: cum iſte reatus omnē exemptionem,& dignitatem excludat,vt C.vbi ſenator vel clar.l.1. in fi.Ita probatur ext.de hęret.c.vt offi.§.denique.& c.vt commiſſi.ver.&.contra.lib.6.immo ipſi religioſi ſunt grauius puniendi,vt eod.c.accuſatus.§.fin.lib.6. Sed circa hoc quæritur. *Quæſtio.*
6 Pone quod † aliquis ſciens quod Epiſcopus, vel Inquiſitor intendit procedere de hæreſi contra eum, ratione domicilii, recedit de loco: & ſe abſentat: & alibi ſuam eligit manſionem: an ille Epiſcopus, vel inquiſitor poterit ammodo procedere contra eum de hæreſi? Dic,quod ſi ille erat iam citatus;nō dicitur mutare forum iſtius,cum iam ſit præuentus, vt ff. de iuriſdict.omn. iudi. l. cum quædam puella.& ext.de foro compet.propoſuiſti.Si vero non erat citatione præuentus; tunc nō procedetur contra eum per illum Epiſcopum, vel Inquiſitorē ratione domicilij:& ſic procedetur per illum,vel alium,in cuius prouincia,vel diœceſi deliquit,ratione ipſius delicti: vt dicta auth.qua ī prouincia.& locus erit remiſſioni:quia omnino remittetur ad ſuum iudicem coercēdus,vt in auth. vt nulli iudicum.§.ſi quis vero comprehenſorum.& 3.q.6.§.1. Et ita tenuit,& determinauit dominus Clemens Papa quartus in quadam eius conſultatione,quæ incipit, Quoniā illis.§.quam autem.de qua fuit habita mentio ſupra.Sed ſalua reuerentia tanti Domini,iudex delicti non remitteret ad iudicem domicilii: ſed ipſe puniret,per dictam l.3.ff.de offi.præſi. cum ſim.ſuperius allegatam.Nam potius e contrario, videlicet ad iudicem delicti eſt fienda remiſſio, vt ff. de accuſationibus.l. ſi cui. §. fin. & dicto §. ſi quis vero. Et quod dicitur quod iudex delicti imponit pœnam, intellige verum de pœna tempo-

An contra mutantem domicilium, procedi poſſit.

Aduerte tamē quod quando hoc determinauit non erat papa,ſed cardinalis & vocabatur Guido Fulcodius.

rali: nam ſpiritualis videlicet pœnitentia, quæ imponitur conſitenti, imponi debet per proprium ſacerdotem, vt ext. de pœnit. c. omnis. & nota 16. q. 1. c. 1. glo. vniuerſaliter. & in ver. ſepeliat. & ibi vide. De hac autem remiſſione fienda plene not. Innoc. & Hoſti. de rapt. c. 1. & D. Ioan. An. in compil. Clemen. ext. de re iudi. c. paſtoralis. in gl. ſed nunquid. Sed pone † quod 7
aliquis deliquit in pluribus locis. Dic, quod in omnibus poterit conueniri, & etiam puniri: illa tamen pœna, quæ eſſet iterabilis, vt ſunt pœnæ pœnitentiales; & alię ſuper bonis, de quibus pœnis infra dicetur. Ita determinauit idem D. Clemens in conſultatione prædicta: & ibi dicit quod ſecus vbi pœna non eſſet iterabilis, prout patet, dicit ipſe, lippis & tonſoribus: & ſuper hoc aliquid non allegat. Sed quãuis illa conſultatio omnimode ſit ſeruanda; tamen bonum eſt eam iuris allegationibus adiuuare. Vnde poteſt dici; quod vbi quis in tantum exceſſit in diuerſis locis, quod pro ſuo crimine veniat pœna hæretici puniendus; poteſt in quolibet locorum ipſorum de hoc crimine conueniri: quia ſortitur forum in quolibet illorum; vt ſupra dictum eſt. Sed punitus in vno, nõ punietur in alio: quia pœna hæretici eſt talis, quæ non poteſt iterari: prout plene dicetur infra, in c. de pœnis hæreticorum. Et hoc caſu eſt intelligenda glo. quæ eſt ff. de furt. l. vulgaris. & incipit. immo videtur. vbi dicitur, quod quantuncunque quis pluribus vicibus committat adulterium cum vxore alterius; tamẽ non punitur niſi ſemel. Nam hoc contingit: quia pro adulterio imponitur pœna mortis, quæ non poteſt iterari. At vbi quis taliter circa hæreſim ſæpius, & in diuerſis locis exceſſiſſet; quod non eſſet tanquam hæreticus puniendus; ſed aliter veniret pœnis pœnitentialibus coercendus; tunc in quolibet prædictorum locorũ etiam puniretur: cum hoc caſu pœna valeat iterari, vt patet infra de pœnis defenſorum, &c. Nam in talibus iterata delicta, iterationem pœnæ cumulant, & inducunt, vt ff. de pœnis. l. relegati. in fi. & de iure patro. l. 1. & vnum delictum non minuit pœnam alterius, vt ff. de priuatis del. l. numquam plura. & de reg. iur. l. nunquam. maxime cum ponamus quod iſte exceſſit in pluribus locis: & ſic ſeparatim, & ex interuallo. Vnde nõ inſurgunt plurima crimina ex eodem facto, immo ex diuerſis, quia ſæpius commiſit hoc: & ex quolibet ipſorum factorum commiſſione, nouus reſultat effectus: videlicet quia nouam committit

Hæc remiſſio ĩ cauſa hæreſis an & quando locum habeat plene tradit F. P. lib. 3. ad not. in Direct. Schol 45.

Cap. 17. 18. 19. & 20.

Cap. 18.

Cap. 17.

committit offenſam in contumeliam creatoris,& in omnium iniuriam.per l.Manichęos.C.de hæret. Et ideo non eſt mirũ, ſi pro qualibet iniuria venit puniẽdus: quia idem eſſet in quolibet alio exceſſu leuiori, vt ff.de iniur.l.prętor edixit.§.ſi mihi plures. ff.ad l. Aquil.l.illud.§. fi. accedat C. de Epiſcopali audi.l.nemo.§.his ergo.cum ſi.accedat ext.de iudic. c. cum non ab homine.Et ſi dicatur,quomodo ſemel punitus, vel abſolutus de crimine amplius inquiretur ſuper eo, cũ de delicto eiuſdem hominis non ſit ſæpius quærendum, vt ff.de naut. cau. ſtab. l. licet. in fi. ext. de accuſat. c. de his criminibus. & dicit canon,quod diuina prouidentia non patitur crimina ſemel dimiſſa deuenire amplius in vltionem,vt de pœnit.diſt.4.diuina. *Dubitatio. An ſemel punitus poſſit iterũ puniri.*

Dico quod hæc non obſtant, quia illa ſunt intelligenda eo caſu quo crimen eſt per omnia idem;quod nõ eſt in caſu propoſitæ quæſtionis,cum quæratur de crimine quod reſultat ex pluribus factis,& exceſſibus ſeparatim, & in diuerſis locis, ac ex interuallo commiſſis: prout ſupra latiſſime eſt oſtenſum. Immo plus eſt dicendum,quod ſi iſte poſt impoſitam ſibi pœnitentiam iteret delictum: poſtea in alio aggrauatur eius conditio,adeo quod cenſeri poteſt relapſus; cum quo nulla miſericordia eſt habenda: vt dicetur plene infra de hęreticis,& creden.redeunt. *Reſpon.* *Cap. 16.*

8 Sed pone,†aliquis poſt commiſſum crimẽ ſe abſentat,vel aufugit de loco in quo deliquit, antequam incipiat cõueniri ratione delicti;vt ſic differat ab eo quod fuit dictum ſupra,eod.ver.ſed circa: nunquid Inquiſitor poterit procedere contra hunc abſentem? Videtur quod non, ff.de pœnis.l.abſentem. *Quæſtio. Quid de fugiẽte ante quam conueniatur.*

Sed dic quod ſic: & erit ſpeciale in hoc crimine, vt ext. de dolo,& contu.c.veritatis.Et quomodo procedi debeat contra talem abſentem, ſtatim plene dicetur infra in ca. de modo procedendi.ibi vide. *Solutio.* *Cap. 9.*

Sed pone † quod Inquiſitor vult procedere contra Epiſcopum, vel Epiſcopus contra Inquiſitorem ſuper hoc crimine: nunquid poterit? Et quãquam quidam dicant,quod B Epiſcopus poteſt procedere contra Inquiſitorem; cum hæc poteſtas, & iuriſdictio ſit ſibi tributa contra exemptos,& poſitos in quacũque dignitate, vt ſupra eſt probatum: tamen Inquiſitor non poterit procedere contra Epiſcopum: quia ob honorem, & reuerentiam epiſcopalis dignitatis, cauſas hæreſis contra Epiſcopos ſibi Sedes Apoſtolica reſeruauit. Sed poſſunt, & debent Inquiſitores Sedi Apoſtolicæ *Quæſtio. An Inquiſitor poſſit procedere contra Epiſcopum,& e cõtra.* *Vide plene de hoc in additionibus.*

nunciare hoc contra Epiſcopos. Caſus eſt de hoc ext. de hæreticis. c. Inquiſitores. lib. 6. Et circa hanc opinionẽ quęritur, an Inquiſitor poſſit ſaltẽ cognoſcere; vt ſic mittat negotiũ inſtructum ad Papã. De hoc vide per Io. Mo. & not. in dicto c. Inquiſitores. in fi. Si vero crimen hęreſis obiiciatur Summo Põtifici viuenti, vel mortuo; quis de hoc cognoſcat, vide de hoc plura per Archidi. ext. de hæreticis. c. in fidei. lib. 6. & patet 40. diſt. ſi Papa. ad quod concordat 21. diſt. nunc autem.

Queſtio.

ADDITIO.

a Crimen *eccleſiaſticum, &c. Adde Hoſtien. crimina eccleſiaſtica verſibus complectentem, quorum primus eſt. Hæreticus, ſimon, ſceuus periurus, adulter. Vide etiam late per Lud. Carer. in ſæpedicto tract. num. 61. 62. & ſeq. qui multa ex Doctorum bibliotheca, & ex iuribus educit. Et Boſ. de foro comp. num. 160. & Doct. in d. §. prohibemus. c. vt inquiſitionis. lib. 6. Vbi a laicis cognitio & iudicium prorſus aufertur in his verbis: ne ipſi de hoc crimine, cum mere ſit eccleſiaſticum, quoquomodo cognoſcant vel iudicent. Quod ſi in aliquo contrafecerint, excommunicationis mucrone mox percutiuntur, vt ibi. §. fin. & in bulla Iulij 3. contra impedientes Inquiſitores in ſuo inquiſitionis officio. An autem iudex ſecularis poſſit ſe de proceſſu intromittere, vel ſaltem eum videre & legere, antequam hæreticum ab Inquiſitore damnatum comburat, vide per Carer. ibi. num. 63. & ne credas in hoc legiſtarum ſententiæ, qui teſte Imol. in c. 1. de offic. ord. communiter tenent cum Bart. in l. diuus. ff. de cuſt. reo. nempe iudicem laicum non debere eccleſiaſtici ſententiam executioni mandare, niſi prius proceſſum videat. Perſpicuum quidem eſt, hoc eſſe directe contra textum in d. c. vt inquiſitionis. vbi dicitur per eccleſiaſticum condemnatos ſtatim recipiant, indilate animaduerſione debita puniendos. Vbi gloſ. in ver. indilate. dicit notandum inde eſſe, quod ſententia lata ſuper crimine, ſtatim, dilatione poſtpoſita, mandãda eſt executioni. Et probatur 2. q. 1. c. ſicut. de pœn. di. 1. c. Adam. Quare Panor. in c. 1. de offi. ord. in glo. publicum. & de ſta. mona. in c. ea quæ. in hoc Bart. damnat. Tu itaq; tene cum Canoniſtis, & ne recedas ab iſto textu, cuius ſenſus adeo clarus eſt, vt cõfundi aut obnubilari nunquam poſſit. Non enim indilate punit qui antea vult proceſsũ videre & examinare. Ita tenẽt Bal. in authen. clericus. C. de epiſ. & cler. Ang. in l. diuus. & in l. 1. C. de exhib. re. Salyce. in l. ea quidem. C. qui accuſare non po. Anchar. in c. at ſi clerici. de iudi. vbi etiam Decius in 1. glo. concluſ. 2. reſpondet cũ ipſo Ancharano, quod iura in contrarium adducta non loquuntur de cri-*

Alfonſus Caſtrus lib. 1. de iuſt. hæreti. punit. cap. 23. Albertinus tract. de Agnoſ. aſſert. q. 25. num. 43. Pegña lib. 3. adnot. in Direct. Schol. 99.

de crimine mere eccleſiaſtico. Alex.inſuper in l.magiſtratibus.ff.de iuri.om.iud. & Iaſon eodem loco, & plerią, alii Doctores illuſtres ſtant contra Bart.vt Barb.in c.1.de offi.ord. & Felin. in c.ad abolendam.ext.eod.in fine.Oldra.in cõſ.89.Et Gemin.in d.c. vt inquiſitionis.in princ. vbi dicit, quod iudex ſecularis exequitur ſententiam a iudice eccleſiaſtico latam, abſq; eo quod de eiuſdem ſententiæ iuribus cognoſcat.

Sed quid ſi laicus, in ſua opinione perſiſtens, inhærendo doctrinæ Bartoli, diceret ſe nolle hæreticum damnatũ punire, niſi videat & examinet proceſſum? Dic quod Inquiſitor poterit illum compellere, per glo.in c.1.de offic.ord.in ver.præiudicandũ.quæ etiam allegat c. adminiſtratores.23.q.5.Facit etiam ad hoc glo.in c.fin.de maledicis.in verbo, contra eum.& allegat c.cum ad verũ.diſt.96. Habes idẽ in glo.fin.c.authoritatem. 15.q.6.& 23.q.4.ſi quos.& q.5.relegentes.& q.8.vt pridem.& 2.q.1.c.ſicut ſine iudicio.vbi glo. dicit quod executio ſententiæ non debet aliqua excuſatione differri, aut retardari, etiam ſi executor ſcit illam eſſe iniuſtam: pro quo habemus expreſſum & clarum textum in c.paſtoralis, de offic.del.§.quia vero.vbi ſtatuitur, vt ordinarius, delegati ſententiam exequatur, etiã ſi ſciat illam eſſe iniuſtam. Quod gloſ.declarat, locum præcipue habere in executore mero, vt in caſu noſtro. Vide Panor. ibi, qui dicit: Delegatũ poſſe mandare ordinario vt exequatur ſententiam ſuam: & eum cui nuda executio mãdatur, cognitionem aſſumere non poſſe ſuper ſententiæ iuribus. Vide quoque gloſ. in cap. ſignificaſti. eod. in ver. non vult.

Quomodo autem Inquiſitor compellet laicum iudicem, vide extrauag. Vrbani 4.& Clem.4.quæ incipit, Præcunctis. in §.cæterum. vbi Inquiſitoribus præcipitur, vt contra illum tanquam contra fautorem hæreticorum intrepide procedant. Dicit enim: Cæterum ſi forte, quod non credimus, aliqui cuiuſcunq; cõditionis, huic negotio vobis commiſſo, ſe opponere, ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt non poſſit procedi libere in eodem: immo niſi inquiſiti ſeu requiſiti id fouerint, & iuxta officium & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſe: contra eos tanquam hæreticos, fautores, & defenſores ſecundum ſanctiones canonicas, freti eadem auctoritate, intrepide procedatis Et infra. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam compeſcendo, &c. Extat etiam cõſtitutio Innocen.4.quæ incipit, Cum ſicut accepimus. vbi decernitur, quod Inquiſitores per cenſuram eccleſiaſticam compellere poſſunt ſeculi poteſtates ad ea obſeruanda, quæ ipſi Inquiſitores duxerint facienda. Item idem Innoc. in alia extrauag. quæ incipit, Ad extirp. de med. populi Chriſtiani zizania, ita dicit. Teneatur inſuper poteſtas vel rector quilibet, cum bono & ſecuro comitatu omnes hæreticos, quocunq; nomine cenſeantur, Diœceſano

Alexander 4. per extrauag. incip. Ad Audientiam. conceſsit Inquiſitoribus, vt poſſint compellere iudices ſeculares per excommunicationem & priuationẽ ab officijs, & interdictum in terras, vt ſentẽtias a ſe latas executioni mãdent. hanc habes in Bullario apud Directo. pag.136.

& c. ſeu hæreticorum Inquiſitoribus præſentare. Damnatos vero de hæreſi per Diœceſanum vel eius vicarium, ſeu per Inquiſitorē prædictos, poteſtas vel rector vel eius nuncius ſpecialis, eos ſibi relictos recipiat, ſtatim vel infra quinq; dies ad minus, circa, eos conſtitutiones contra tales editas, ſeruaturus. Et in princ. conſtitutionis dat poteſtatem Inquiſitoribus procedendi contra contrafacientes per excommunicationem in perſonas, & interdictum in terras, appellatione remota, &c. Extant inſuper conſtitutiones imperiales Federici in quibus præcipitur poteſtatibus ſecularibus, & c. vt eccleſiaſticis in hæreticorum cauſis pareant, vt in illa quæ habetur in lib. 2. de ſtatutis, & conſuetud. feudorum. §. ſtatuimus. & in alia quæ incipit, Commiſſi nobis. §. 1. vbi dicit: Statuimus itaq; ſancientes, vt hæretici quocunq; nomine cenſeantur, vbicunq; damnati fuerint ab eccleſia, & ſeculari iudicio aſſignati, animaduerſione debita puniantur. Et infra: Ad hæc notū fieri volumus, fratres Prædicatores ſeu de ordine Prædicatorum pro fidei negotio in partibus imperij noſtri contra hæreticos deputatos, ceteroſq; & c. ſub noſtri imperij ſpeciali defenſione receptos, & quos apud omnes, ſub ope & recommendatione fidelium imperij eſſe volumus inoffenſos, & c. & in §. ſeq. iubet vt præfatis Inquiſitoribus obediant. Idem in conſtitutione. Inconſutilem, ibi. Et per officiales noſtros & c. & ibi; a viris eccleſiaſticis & prælatis examinari, & c. Et in cōſtit. Patarenorum. §. ſtatuimus. ver. ſi vero dominus. Et hæc facient pro dicendis in Cap. 18. circa hæreticum traditum per Inquiſitorem brachio ſeculari. Vide etiam Direct. par. 2. q. 54. & in par. 3. q. 35. & 36. & Gondiſ. tract. eod. q. 19. nu. 6. & conſidera limitationes illas. & Boſ. de for. comp. num. 161. & 162. & de denuntiatione. nu. 11. vbi damnat opinionem Bartoli in crimine mere eccleſiaſtico, prout eſt crimen hæreſis: quamuis dicat poſſe ſuſtineri in mixtis. & de hæret. nu. 10.

Sed vt rem ipſam melius exploremus, ponamus quod Laicus dicat, ſe ſcire, damnatum de hæreſi innocentem eſſe: quid faciet? Tu dic, aut hoc ſcit per probationes legitimas, puta per teſtium examinationem: aut per aliquid aliud ſibi priuate cognitum. Si primo modo: illæ probationes corā illo factæ, nullius valoris exiſtunt, quia ſunt factæ coram iudice incompetente, cum ipſe non poſſit de hoc crimine directe vel indirecte cognoſcere, vt per ſuperius dicta ex c. vt inquiſitionis. §. prohibemus. & per alia iam producta. Si ſecundo modo, dicitur quod hoc non obſtat, quia non iuxta cognita ſibi vti priuatæ perſonæ, ſed ſecundum allegata & probata, & ſecundum leges, & iura, vti publica perſona procedere debet, vt 3. q. 7. c. iudicet. & habetur a D. Tho. ſec. ſec. q. 67. ar. 2. Vlterius dicitur, quod aut vult procedere, vt iudex, aut vt merus executor: ſi vt iudex, quamuis ſit in-

competens

competens, vt iam diximus, debet iudicare ſecundum iura. At iura & doctores vbiq; clamant, quod de hæreſi per eccleſiaſticos iudices damnatum puniat, ergo debet eum punire. Si autem ſe merum & ſimplicem executorem agnoſcit; quare parere recuſat? Nam ſi acta corā tam ſancto Tribunali cribrare & rurſus examinare vult, executoris limites excedit, quod nō licet. Et hoc bene perſpecto, pereunt limitationes Gōdiſſalui in tract. eod. q. 19. nu. 6. & 7. & 8. Cōſtat enim quod merus executor nihil de his cogitare debet. Salua quippe ſua cōſciētia eſt, vt per D. Tho. loco citato, & Card. Caiet. ibidē, & Alex. de Hales in 3. par. q. 40. membro 6. ar. 2. & Richar. q. 26. ar. 3. & Petrum de Tarantaſia qui fuit Papa Innoc. 5. & Petrum de Palud. & Sylueſtr. in verbo, iudex. 2. §. 5. & demum per Theologos omnes, vt referunt Domin. Soto de iuſti. & iure lib. 5. q. 4. ar. 2. pag. 326. & Card. Caiet. ſuper d. ar. 2. q. 67. ſec. ſec. Vide Boſ. de homic. nu. 95. & ſeq. vſq; ad nu. 102.

Deberet inſuper poteſtas ſecularis ſemper credere, talem ſententiam iuſtiſſimam eſſe, quæ a iudicibus pijs ſummo conſilio ex optimis religioſis & ſacerdotibus electis, emanat. Qui, inquam, pœnarum fræno, & Chriſtiani zeli calcaribus, per viam iuſtitiæ incedentes, nil niſi iuſtum decernunt. §. verum. Clem. 1. eod. tit. in examinatione teſtium tantam diligentiam adhibent. c. vt officium. §. verum. cum §. ſeq. peritos vt illis aſſiſtant, & in ferendis ſententijs conſilium præbeant opportunum, aduocāt. §. aduocandi. c. vt commiſſi. & c. fin. §. iubemus. eod. tit. lib. 6. de quorum carceribus, clauibus, cuſtodibus, notarijs, ceteriſq; miniſtris tam accurate iura diſponūt. ea. Clem. 1. §. ſane quia. & §. ſeq. & c. vt inquiſitionis. in princ. qui nec ad torturam, nec ad duri carceris pœnam, nec ad ſententiam diffinitiuam diuiſim vnquam procedunt. ibidem §. duro tamen. qui deniq; maturo, ac ſæpius repetito conſilio, cuncta faciunt. His alijsq; multis adducta rationibus, prouida mater Eccleſia appellationis viam damnatis de hæreſi præcluſit, vt in d. c. vt inquiſitionis. circa mediū. Et doctores cōmuniter tenent, quod a diffinitiua in cauſa hæreſis appellari non poteſt, vt per Gondis. q. 18. nu. 1. & in crimine læſæ maieſt. vt per Ang. de malef. claus. præſente dicto. ver. & nota. nu. 15. & per Folleriū in pract. par. 2. ſecundæ rub. quod cōmiſ. crim. læſ. maieſt. nu. 107. & per Iodoc. in ſua pract. c. 15. nu. 26. qui dicit quod in Flādria in criminalibus nō admittitur appellatio. Accedit Ghirl. de relax. carcer. quæſito 2. nu. 3. dicēs tūc appellationi locū non eſſe, quādo plene per teſtes reus cōuictus aut ſpōte cōfeſſus eſt. Nec aliter ad ſentētiā diffinitiuā in officio Inquiſitionis proceditur, niſi plene probato crimine, per probationes luce meridiana clariores. Quare nō eſt opus, vt ſeculares Poteſtates & iudices de hoc negotio ſint adeo ſoliciti, cum ſint meri executores, vt iam oſtenſum eſt.

b Laicus *non intromittit ſe, &c. Adde quod Inquiſitor poſſet prohibere, ne iudex ſecularis procederet contra aliquem occaſione proceſſuum, aut delationū officij Inquiſitionis, aut vigore cuiuſuis alterius acti ſeu actitati coram illo, pro quo habemus ſimile de quocunque iudice eccleſiaſtico, ext. de ord. cognit. c. tuam. & Panorm. ibi in princ. & Corſet. in ſuo repertorio, in ver. inhibitoria 2. Nec poteſt ſe intromittere ſub colore Zeli fidei, aut iuſtitiæ, aut ſub aliquo prætextu, vt in Bulla Iulij 3. contra impedientes Inquiſitores, &c.*

c Capiēdo *& arreſtādo, &c. Adde quod capere, eſt aliquē manibus tenere: arreſtare vero eſt, alicui, ne de certo loco exeat, abſq; manuū iniectione, interdicere. Idq; fit mandato aut præcepto aliquo pœnali, aut aliter. De hoc habemus c. vt famæ. de ſent. excom. & c. nuper. & per Io. de Im. in Clem. 1. eo. & Card. Zab. ibidē. in ver. ꝓpter quod.*

d Torquere *&c. Adde quod alter alterū expectare tenetur per octo dierum ſpacium, poſt requiſitionem factam, vt in ipſa Clem. 1. §. duro. Qui terminus currere incipit a tēpore ſeu a die requiſitionis, vt per Card. Zab. ibi. & elicitur ex textu, in verbis illis; poſtquam ſe requiſierint. Facit ad hoc gloſ. in c. 1. de except. lib. 6. in ver. octo dierum. & in ver. computato. & in Clem. 1. de decimis. Et ſufficit ſemel requirere etiam abſq; explicatione termini, qui ipſo iure ſtatim currit, vt ibi dicit gloſſa. pro quo vide Card. in eodem loco. q. 18. & 20. vbi dicit quod ſufficit ſi hæc requiſitio per nuncium aut per epiſtolam fiat. Quod ſi infra dictum terminum alter alterius copiam vel per litteras conſenſum aut conſilium habere non potuit; ſolus ille procedat, qui requiſiuit & expectauit. Ita dicit ibi Card. cum Io. de Imo. Tunc enim vniuerſa huius officij poteſtas, in Inquiſitore conſolidatur, vt dicit Panor. in c. cum cauſa. de offic. del. Idē fiat per eundem Card. & Imol. ſi alter eſt in partibus remotis a loco vbi proceditur, vt per gloſ. in ſimili de ſepult. c. fin. in verbo, cōmode. Ratione, inquit, incōmoditatis id permittitur qđ aliàs nō permitteretur. Adducit alienationem rerum eccleſiæ, quæ cauſa incommoditatis fit. Ille vero dicitur eſſe in remotis, qui adeo diſtat, vt vnā aut duas dietas excedat, per gloſſam in c. cum nullis. §. epiſcopo autem. in ver. remotis. de temp. ordin. & de reſcriptis. c. nonnulli, & ſtatutum. lib. 6. additq; putare iudici arbitrariū eſſe, decernere quis locus dicatur remotus. Si autem nec epiſcopi, nec eius vicarij copia haberi poteſt; capitulum requirendum non eſt, ſede non vacante, vt per Io. de Imol. in d. Clement. Et ſi aliter fieri non poterit, ſufficit requiſitionem iſtā facere ad domum epiſcopi, aut eius vicarij, vt dicere videtur gloſſa. in Clem. vnica. de foro comp. §. volumus. in ver. diœceſanis cum ſuis concordātijs. Si autem conueniunt ambo quoad locū, ſed diſcrepant, quia vnus vult inquiſitum torqueri, alter vero non vult; dic cum Zabar. vbi ſup. quod ſi id ex iuris ignorantia procedit, peritos conſulant:*

Inquiſitor abſq; Epiſcopo quādoq; torquere poteſt.

conſulant: ſi vero ex diuerſitate proceſſuum, ab illis ſeiunctim contra eundem formatorum, contingit; examinent numerum & qualitatem teſtium, per c. in noſtra præſentia. ext. de teſtibus. Vide Lud. Car. in eod. tract. num. 77. & 78. & 86. Boſ. de hæret. num. 12. Direct. 3. par. q. 47. Archiep. Flor. 3. par. tit. 18. cap. 2. §. 1. ibi. item in Clem. Tab. in ver. inquiſitor. §. 5.

c Diffinitiuam, &c. *Adde quod conſulto D. Author non de qualicunq; ſententia, ſed de diffinitiua textũ illũ in Clem. 1. intelligendum eſſe putauit; quod etiam ex ipſa verborum vi ſatis aperte comprobari poteſt; vt patet conſideranti verba illa, contra eos. Sentẽtia enim tunc eſt contra eos, quando hæreticos pertinaces, aut relapſos ſeu aliter impœnitentes, illos eſſe declarat, ac ita declaratos, brachio ſeculari relinquit. At cum ab hæreſi redeuntes, hæretica prauitate abiurata, abſoluuntur, non pronunciatur ſententia contra eos, ſed pro eis, quia reconciliantur eccleſiæ, & abſoluuntur ab excommunicatione. Facit ad hoc etiam quia redeuntes non dicuntur hæretici, nec in ſententia pronunciantur hæretici. Id inſinuare gloſſa videtur ibidem in uer. contra eos. vbi decernit alterum ſine altero abſoluere poſſe, quia abſolutoria hic non prohibetur, ideo ius antiquum remanet. Facit ad hoc c. ſtatutum. de elect. lib. 6. & quod notatur 12. diſt. c. præceptis. & 3. q. 6. accuſatus. Eiuſdem ſententiæ fuit Direct. 3. par. q. 48. vbi quærit, an alter poſſit ſine altero ad ſententiam diffinitiuam procedere, quando ferenda eſt pro delato, & non contra: & reſpondet affirmatiue per ea quæ ſupra diximus, & allegat Io. And. & Paulum in d. Clement. 1. Idem affirmat D. Ant. de Pendaliis in ſolemni conſ. ſpeciali incip. Quamuis vbi agitur. uerſ. dubitatur modo, quod conſilium huic tractatui annectere decreuimus. Ibi enim multa ex utroq; iure allegat, probando quod abiuratio poteſt coram ſolo Inquiſitore fieri: & quod ipſe ſolus poteſt abiuratum abſoluere, & pœnitentiam ei imponere. Huic conſilio ſuſcripſerunt Illuſtres Iuriſcõſulti DD. Barthol. de Prato Parmen. Carolus Ruinus Regien. Bernardus Pinus Bononien. Ludouicus Gozadinus Bononien. Franciſcus de Gaſtaldis Genuen. & Anibal de Cazanemicis Bononien. q̃d propriis etiam ſigillis munierunt. Ita tenendum eſſe puto quouſq; aliter per Sed. Ap. declaratum fuerit. An autẽ alter ſine altero, etiã diffinitiue ſententiare poſſit, quando ad eundem locum aut nolunt, aut non poſſunt inuicem conuenire, patet iam ex ſupra dictis in ver. torquere, quod ſic, elapſis uidelicet his octo diebus poſt requiſitionẽ. Poteſt tamen in hoc caſu alter alteri uices ſuas committere, vt habetur in d. Clem. & in Direct. in 3. par. q. 48. Tu tamen aduerte, vt talis commiſſio ſemper fiat coram notario & teſtibus, & extẽdatur in proceſſu, vt ſi opus fuerit, cuilibet oſtendi poſſit. In caſu vero diſcordiæ ſeruetur c. per hoc. eod. tit. lib. 6. vt in Direct. 3. par. q. 50. Vide Archiep.*

Inquiſitor abſq; Epiſcopo, & contra ſententiam abſolutoriam an pronũciare poſſit. Et quãuis hæc Camilli opinio de ſtricta iuris ratione verior ſit, at tutior eſt oppoſita ſentẽtia & vſu receptior, vt bene docuit Simancas in adnot. in Zanchim Cap. 1. & Pegña li. 3. adnot. in Dire. Schol. 108.

Archiep.3.par.tit.18.cap.2.§.1.ibi,item in Clem. & in §.3. circa ſententias,&c.Tab.in ver.Inquiſitor.§.11.in fine.

f Proceſſum, &c. *Adde c.per hoc.eod.tit.lib.6.§.verum.& Direct. ead.3.par.q.51.& 52.vbi per extrauag.Benedicti 11.ad Inquiſitores hæreticæ prauitatis declaratur conſtitutio c. per hoc . quo ad illos terminos diuiſim & coniunctim; & an in principio, vel in medio, vel in fine cauſa, hæc proceſſuū cōmunicatio facienda ſit. De primo tunc, dicit, Epiſcopum & Inquiſitorem diuiſim procedere, quando eodem tempore, ſuper eodē facto vterque ſeparatim procedit, ita quod fiant duo proceſſus; & non quando Epiſcopus tantū, vel Inquiſitor tantum procedit, & tunc ſenſus clarus eſt ex verbis in vtroq; loco poſitis. Nam dicitur quod per Epiſcopos & Inquiſitores ſuper eodē facto, communiter vel diuiſim inquiri valeat: & ſi diuiſim, tunc teneantur proceſſus communicare. Nota itaq; verba illa, de eodem facto. & proceſſus, in plurali, & nō proceſſum, & verum huius rei ſenſum percipies. De ſecūdo vero decernit, proceſſuum communicationem, quando ſeiunctim, prædicto modo procedunt, in fine tantum faciendam eſſe, cum nil amplius ſupereſt niſi ſententiæ promulgatio. Vnus demum caſus excipitur, vt cum alter commode procedere non poteſt, niſi viſis alterius actis. Et tunc ſemel tantum, dicit in toto negotio proceſſuum copiam tradendam eſſe, ne fraudi locus aperiatur. Si quæris an ante torturam ſint communicandi proceſſus, ſiue diuiſim, modo expoſito, procedant, ſiue per vnum tantum procedatur: puto affirmatiue reſpondendum eſſe, quia ſi ſententia interlocutoria ſuper tormētis adhibendis, per vtrumq; ſimul pronuntianda eſt, vt in d.Clem.1.§.duro.æquum eſt vt ab vtriſq; indicia illa videantur, propter quæ inquiſitus torquendus eſt. Plura quidē præmeditanda ſunt in ipſa tortura incipiēda, vt late per Gand.de quæſtionibus. nu. 1.2.3.4.& 5.& Boniſ.Vital in rubr.quæ indicia debeāt præcedere, nu.1.Bald in tract.de quæſtionibus & torm.nu. 1. Ang. de maleſ. clauſ.quod fama publ.præced. ver.nunc videamus.nu.93. & Aug. ibi in additione, & etiam in ver. ſecundo quæro. num. 64. Hippol. Marſ.§. conſtante.num.2.& nu.27. & in §.nunc videndum.nu. 2.& alibi: & Franc.Caſo.in tract.de tormentis.c.7. & ſeq. & per omnes practicos criminaliſtas. Neceſſe itaq; eſt, vt proceſſus ab his videantur, quorū ſententia, tormentis reus ſubyciendus eſt.*

Proceſſuum cō municatio.

Quæ autē præmeditanda ſint in hac cauſa priuſquam ad torturam perueniatur, copioſe tradit Directoriū par. 3. in 3.modo finiendi proceſſū, et latiſſime ibidem lib.3. adno. Schol. 53. & 118.

Epiſcopus *contra Inquiſitorem procedere poteſt, &c. Adde tu quod hoc non videtur adeo in iure perſpicuum, quin ex iuribus & ex illuſtrium Doctorū ſententia, oppoſitum magis aſſerendū eſſe putemus. Siue enim vtriuſq; perſonam, aut officium, ſiue iuriſdictionē & authoritatem conſpiciamus, Inquiſitorem Epiſcopo præferendum, aut coæquandum, vel ſaltem nullo modo ſubyciendum eſſe videbimus. Nam Inquiſitor Summi Pont.delegatus eſt.c.per hoc.& c.ne aliqui., de hæret.* g

de hæret.li.6.vt etiam per authorem ſupra patuit.num. 3. & officij practica expreſſe docet,Scribẽs enim Inquiſitor pro officij negotijs ita dicere ſolet.Tali N.ſalutẽ,& noſtris,immo verius apoſtolicis obedire mãdatis,vt dicit Abbas in d.c.ſane.2. de offi.deleg. Epiſcopus autẽ eſt ordinarius, ext.de offi.iud.ord. c.paſtoralis. & ad eum ſpectat ordinaria poteſtate ſubditorum exceſſus ex officio corrigere, ac mores reformare.c.irrefragabili.de offic. ord. Nec eſt delegatus niſi quando procedit contra exemptos,quia tunc non ordinaria,ſed delegata fungitur poteſtate,vt ext. eo. c.ad abolendã.§. fin. & gloſ. ibi.nõ cognoſcũt Epiſcopi iure ordinario,& Abbas ibidẽ,& Io.An. c. per hoc. not.pri.& ſeq. Carerius in tract.de hæret. nu.67. Delegatus vero gerit vices delegantis.d.c. ſane.il 2.de offi.deleg.& c. ſignificaſti. & ibi not. gloſ.& Abbas. Et non modo gerit vices,ſed etiam tenet locum Summi Pontificis delegantis,vt patet ex c. ſi quis Epiſcopus.2.q.6.& 93.diſt.c.fin.& 94.diſt.c.1. Nec opus eſt, vt vtriuſq; ordinem ſpectemus,nempe illius Epiſcopatum,& iſtius presbyterium,& ob eam cauſam dicamus nullo modo Inquiſitorem qui ſimplex ſacerdos eſt,Epiſcopo præferendum eſſe,quia in dicto c. ſin. 93. diſt. admittitur ſubdiaconus ad ſedendum ante presbyterũ,quãdo proprij Patriarchæ,aut metropolitani locum habet,et 94.diſt.c.1. & 2.idem habetur. Nec obſtat c.non oportet.95.diſt.cum ſequentibus,quia non de presbyteris vt delegatis a Summo Pont.ibi agitur, ſed de presbyteris ſimplicibus.Stat enim quod presbyter vt presbyter,non debeat ante ingreſſum epiſcopi ingredi, nec in tribunalibus ſedere,& tamen presbyter vt delegatus a Summo Pont.ante Epiſcopum ingredi atq; ſedere valeat.Nam ex alterius perſona quis conſequitur,quod nõ habet ex ſua,vt not.gloſ. in d.c. fin.93.diſt.ver.tũc. Quod ſi iuriſdictionem vtriuſq; contemplemur,Inquiſitoris iuriſdictionem tum canones tum etiam Doctores magis extollunt, eamq; maiorẽ,nobiliorem,& fortiorem prædicant, iuxta c.quæ cõtra.diſt. 8.& 11.q.3. qui reſiſtit.& Geminia.ĩ dicto c.per hoc.poſt Io.And. Panorm. in c. ſuper quæſtionum.de offic.del.§. ſi vero. ver. vltimo not. Qui ex his etiam deducit,quod ſi cõtigerit ab epiſcopo & Inquiſitore ſimul procedentibus appellare, non ad metropolitanũ epiſcopi, ſed potius ad ipſum Summum Pont. appellandum erit. Accedit Felin. in c. excõmunicamus. lo 1.eod.in 4.columna. ibi ; nota ex fine. Item Lud.Car. in ſuo copioſo tract. de hæret. num.71.diſerte dicit, quod citantibus ambobus,nempe Inquiſitore & ordinario, Inquiſitor præponendus eſt,ex quo delegatus eſt,quem ibi vide cum ſuis allegationibus. Addit Archid.quod citatus corã ordinario , ſi poſtea per Inquiſitorem citetur,deſerto iudicio ordinarij,venire debet corã Inquiſitore.ff.de re iud.contra pupillũ.& per antedicta capitula,quæ contra.& qui reſiſtit.Idẽ ſentire videtur Lap. in allegationibus ſuis alleg.33.

In hac quæſtione,num Epiſcopus poſſit procedere contra inquiſitorẽ,aut vice verſa,modeſtiſſime loquendũ eſt , ob Epiſcopalis dignitatis reuerentiam,& Inquiſitoris magnificũ officiũ, de qua videto tradita per Pegñam lib.3.ad not. in Direct. Schol. 93. & 95.

alleg.33.cum dicit Inquiſitorem ſeu delegatum, maiorem eſſe quolibet ordinario, per c. ſupra adductum, ſane.il 2.de offic. deleg. & addit quod etiam ſi cederet in manibus alicuius inferioris, non valeret ceſſio per decr. admonet. & c. quod in dubijs. de renunciat. Nec a delegationis officio ſe ad libitum modeſtiæ cauſa, aut alia vrbana ratione exonerare poteſt. de offic. del. c. prudentiam. §. addycimus. Iuriſdictionis inſuper vim & efficaciam ex eo quoq; dignoſcere poſſumus, quod excommunicati ab Inquiſitore, non poſſunt ab ordinario abſolui abſq; mandato Summi Pont. præterquam in mortis articulo, vt per optimum textum probatur in c. paſtoralis. §. præterea. de offic. ord. & gloſ. ibi. Facit ad hoc quod dicit Felin. in d. c. excommunicamus. lo 1. de hæret. col. 3. ibi; excommunicatione notatis. Quod etiam habetur ex priuilegio Alexandri 4. quod incipit, Ad extirpandum vulpeculas. Dat. Laterani, 7. Kal. Februarij Pont. ſui anno tertio, quo cauetur ne excommunicatus ab Inquiſitore poſſit ab aliquo abſolui, nec etiam a quocunq; delegato: niſi de indulto huiuſmodi plenam & expreſſam habuerit in litteris ſuæ delegationis mentionem. Valet ad hoc ratio per Gratianum adducta 26. q. 6. in principio quæſtionis, vbi probat quod excommunicatus ab epiſcopo, eo inconſulto, ab alio reconciliari non poteſt, niſi per eius metropolitanum, vel per Summum Pont. quia Epiſcopi non accipiunt poteſtatem reconciliandi a presbyteris, ſed e contra: ita a ſimili in caſu noſtro, quia Inquiſitores non accipiunt poteſtatem reconciliandi ab Epiſcopis, ſed a Summo omnium epiſcoporum & orbis totius Epiſcopo, vt per gloſ. c. fin. de pœnis. in fin. in ver. priuata. Demum per extrauag. Io. 22. cum Matthæus. eo tit. videtur quod Epiſcopus non poſſit contra Inquiſitorẽ procedere, cum ibi Summus Pont. præcipiat vniuerſis & ſingulis tã ordinarijs quàm delegatis iudicibus, & Inquiſitoribus prauitatis eiuſdem, & alijs vniuerſis & ſingulis quacunq; authoritate fungantur, ne contra apoſtolicæ ſedis officiales, quauis occaſione vel cauſa, abſq; ſpeciali eiuſdem ſedis licentia per litteras concedenda, plenam facientes de tenore præſentium mentionem, procedere quoquomodo præſumant, aut in eos & ipſorũ aliquẽ, excõmunicationis vel ſuſpenſionis, ſeu quaſuis alias ſententias promulgare. Et irritum ac inane decernit quicquid contra præſentem inhibitionem fuerit attemptatum. Inquiſitorem autem eſſe ſedis apoſtolicæ officialem, nemo eſt qui recte negare poſſit. Huc quoq; tendit quod Lapus, Abbas & Gemin. dicunt in c. inquiſitores. eod. lib 6. videlicet Epiſcopum non poſſe contra Inquiſitorem procedere, durante officio. Quod per regulam Baldi comprobari poteſt. ff. de rerum diui. l. fi. videlicet: Si ex duobus eiuſdẽ caſtri dominis alter delinquit, ab altero puniri non poterit, quia non habet in eum iuriſdictionem. Nam par in parem nullum habet imperium. c. innotuit. de electione.

Inquiſitor eſt, officialis Papæ

Et idem

Et idem Gem. in c. fin. aſſerit Epiſcopũ non poſſe excõmunicare Inquiſitorem, nec e contra; quia poteſtas data eſt procedendi cõtra tertium, non contra ſe. ff. de procur. l. qui duos. Idem tenent Io. Mo. & Io. An. Facit etiam ad hoc quia Epiſcopus nõ poteſt ſine inquiſitore, nec e contra tradere aliquẽ duro carceri, nec tormentis exponere, nec ad ſententiam procedere, vt Clem. 1. §. duro tamen. eod. tit. & c. per hoc. eod. lib. 6. At quomodo conſenſum præbebit Inquiſitor contra ſe ipſum? Nec obſtat quod in iure id expreſſum non inueniatur, quia nulla fuit vnquam neceſſitas ea exprimendi, quæ ex delegati facultate atq; præſtantia, perſpicua quadam illatione dependent. Quod ſi hoc tibi videtur obſtare, conſidera quod nec etiã in iure expreſſum habetur, Epiſcopum poſſe contra Inquiſitorem procedere, immo habetur inhibitio ne procedere poſſit, vt in d. extrauag. cum Matthæus. Contemplare inſuper dicti c. Inquiſitores. verba eod. lib. 6. & videbis neminem perſpicacis ingenij quidpiam contra Inquiſitores inde haurire poſſe. Nam in principio nominantur Inquiſitores non ſimpliciter, ſed ab apoſt. ſede deputati. Deinde ab his remouetur, quod ex ipſius delegationis natura, illis conuenire videbatur, nempe contra Epiſcopos procedere. Iam in c. vt officium. eod. tit. & lib. ſupponitur facultas generalis procedendi indiſtincte contra quoſcunq;, quæ niſi per d. c. Inquiſitores. correcta ſeu reſtricta fuiſſet, adhuc fortaſſe vigeret, ſi ratio vlt. loco ſuperius pro inquiſitore adducta ex Clem. 1. pro Epiſcopo quoq; non militaret. Nec valent adducta per Gondiſ. vbi ſupra, eadem q. num. 17. ibi. ſed hoc non obſtãte ego crederem, &c. quia dato quod per hoc delictum perdatur iuriſdictio, vt ipſe dicit, id tamen non ſequitur abſq; ſententia ſuper hoc pronunciata. Quamuis enim quædam ſint pœnæ, quæ ipſo iure, ex certis delictis contrahuntur, neceſſe nihilominus eſt ſententiam iudicis audire, nõ ad diſponẽdum de pœna, quæ iam determinata eſt a iure: ſed ad declarandum delictum legitime probatum eſſe, ex quo mox ipſa pœna concomitanter emanat atq; procedit. Quæ omnia aperte traduntur in c. cum ſecundum leges. eod. tit. lib. 6. vbi bona hæreticorum ipſo iure confiſcata eſſe decernuntur, & tamẽ in fine cap. prohibetur executio ante ſententiam iudicis eccleſiaſtici, ſuper eodem crimine hæreſis. De quibus infra tractabimus & præſertim in c. 18. & 25. Et ob eã cauſam Doctores dicere cõſueuerunt, ſententiã cõtra hæreticos latã iam eſſe a iure, Inquiſitoremq; tantũmodo pronũciare ſuper crimine, videlicet talem in hæreſim pertinaciter incidiſſe, vereq; hæreticũ eſſe, vt per Archidiac. c. excom. eod. tit. & Gem. in c. vt cõmiſſi. c. vt inquiſitionis. & c. fin. eod. lib. 6. Quibus bene perſpectis, omnia ruunt, quæ Gondiſſaluus conſtruere nitebatur. Nec iura per ipſum allegata, quidpiam contra hanc noſtrã veritatem probant, quia per ſupracitatam extrauag. cum Matthæus. correcta ac reſtricta fuerunt.

Gondiſſalui ratio diluitur.

Si quid ergo habebit alter contra alterum, ad ſedem Apoſtolicam, quæ horum iudicium ſibi reſeruauit, congruo modo deferendum puto. Vide ſi placet Nicolaum Eymer. in Directorio Inquiſit. part vlt. q. 4. 5. & 6. & in proprijs terminis in q. 30. & Vincentium Giac. Lug. in diſputatione ſpeciali edita ſuper comparatione Inquiſitoris & ordinarij. Hæc plus æquo forte prolixius non ideo adnotaui, vt Inquiſitores, qui vt plurimum in Italia ſunt viri religioſi, ita ſupra Epiſcopos extollantur, vt qui humilitatem profitentur, primos accubitus, & inſigniores cathedras exquirant, ſed potius vt Ordinarij ſeipſos & alios clarius agnoſcant. Profiteor quidem me ſemper præcedentiam Epiſcopo dediſſe, cum ipſe perſonaliter in ſacri officij negotijs mecum adeſſe voluit: quod eius vicario aut ſubſtituto minime præſtare placuit. Epiſcopali etenim dignitati in propria præſertim diœceſi, plurimum tribuendum eſſe puto, nec omnia quæ licent, ſemper & vbiq; expedire videntur. Si vero per latiſſimum iuriſtarum pelagus adhuc vagari cupis, vt ampliorẽ allegationũ copiam, in delegati fauorem adinuenias, vide Docto. in c. in litteris. & c. ex litteris. in gloſ. in ver. & inanem. in fi. capituli. de offic. del. gloſ. in cap. cum voluntate. de ſenten. excom. in verſ. ratione officij. ff. de offic. eius cui mand. eſt iurisdictio, & de legatis. l. filius. gloſ. in c. cum olim. 2. in verſ. delegantí. de offic. deleg. & 2. q. 7. cap. accuſatio. 24. q. 1. cap. 1. & de pœnis. c. felicis. lib. 6. 21. diſt. c. in nouo. & gloſ. ibi in verſ. pari. & ff. de leg. 3. l. 1. §. hi quibus, & præcipue vide Bar. in l. 1. ff. de tut. & cur. datis ab his, & c. qui ſuper hoc diſputat.

De modo procedendi ſuper crimine hæreſis, tam contra comparentem, quam contra contumacẽ. Cap. 9.

SVMMARIVM.

1 *In crimine hæreſis procedendum eſt ſecundum iura, & iuxta conſuetudinem ſacri officij Inquiſitionis.*
Proceſſus, quomodo formandus. ibidem.
2 *Delatus citandus eſt, & crimine plene probato, in abſentia condemnari poteſt.*
3 *Contumax, cuius crimen plene probatum non erat, vehementer ſuſpectus efficitur.*
4 *Abſente contumace, poterit eius fideiuſſoribus indici pœna pecuniaria, ipſo vero comparente, cautionem ad Inquiſitoris arbitrium præſtabit, alioquin carcerabitur.*
5 *Sponte confitenti, purgatio eſt indicenda,*
6 *Quid ſi reus negat omnia in inquiſitione contenta.*
7 *Ob dictũ vnius teſtis bonæ opinionis & famæ, poteſt quis torqueri.*

MODVS

Simãcas cath. inſtit. tit. 44.

a MODVS autem [a] procedendi contra hæreticos, credentes, fautores, defenſores, receptatores, & alios de hæreſi ſuſpectos, videtur multum arbitrarius: quia circa prædicta, & alia quæ pertinent ad negotium Inquiſitoris; poteſt, & debet procedi ſimpliciter, & de plano, abſque aduocatorum, & iudiciorum ſtrepitu, & figura. ext. de hæreticis. c. ſi aduerſus. ext. eod. c. fin. in princ. lib. 6. Verum

Redactio ĩ ſcriptis cum notario & duobus teſtibus.

1 † de iure, & conſuetudine, & ex more officij Inquiſitor ante
b omnia faciet in ſcriptis [b] redigi delationem, ſeu notificationem ſibi factam, & depoſitionem teſtium contra quemcunque de hoc crimine: & redigentur in ſcriptis per notarium, ſiue per publicam perſonam, in præſentia ſaltem duarum religioſarum, & diſcretarum perſonarum, vt probatur ext. de

Citatio.

2 hæreticis. c. vt officium. §. verum quia. lib. 6. Deinde † poſtea faciet delatum, vel notificatum, tamquam ſuſpectum, citari coram ſe: & tunc aut iſte citatus comparebit coram eo, aut erit contumax. Si non venerit, & fuerit contumax; tunc dic, aut quod crimen eſt plene probatum contra eum; aut nõ eſt plene probatum. Si erat plene probatum, tunc Inquiſitor poterit illum quantumcunque abſentem condemnare contra legem, abſentem. ff. de pœnis. & erit ſpeciale in hoc crimine, vt ext. de dolo, & contu. c. veritatis. 86. d. c. tanta. & notat dominus Archid. ext. eod. c. vt commiſſi. lib. 6. in gloſ. qualiter procedi. Et inſuper faciet conſcribi, & annotari eius bona: cum hoc caſu veniant confiſcanda, vt dicetur infra c. de confiſcatione bonorum. ad quod C. & ff. de requi. reis.

Condemnatur abſens contumax, plene probato crimine.

Bona notãtur. Cap. 25.

Crimine nõ plene probato, eſt vehementer ſuſpectus, ſi exprimitur in citatione cauſa fidei.

3 Si vero crimen † non erat plene probatum; tunc ex ſua contumacia ſaltem inſurgit ſtatim vehemens ſuſpicio contra eum: ſi modo in citatione erat expreſſum, quod veniret ad reſpondẽdũ de fide: vel ſe ad excuſandũ ſuper inquiſitione hæreſis formata contra eum. Et ſic cum de eius contumacia conſtiterit; poterit excommunicari, etiã nõ facta alia admonitione, nec alia contumacia expectata. In qua excommunicatione ſi ſteterit per annũ animo indurato, tunc illa vehemẽs ſuſpicio tranſit in uiolentã præſumptionẽ: & propter illam violentã ſuſpicionem, ſeu præſumptionem tanquam hęreticus poterit condẽnari. Iſte eſt caſus ext. de hęret. c. cũ cõtumacia. lib. 6. Et vide quod notat D. Archid. eod. tit. c. accuſatus. in princ. Similiter

Conſtito de cõtumacia, poteſt ſine admonitione excommunicari.

Quomodo trãſit in violentã.

ſuper

ſuper verbo,vehemẽs.& ſuper verbo,orta.ad quod concordat ext.de pœnis.graue.de hęreticis.c.excõmuni.§.1.& ext.de prę-ſump.c.litteras. Veniat C. de hæreticis.authen.Gazaros.& authen.credétes.quę ſunt approbatæ,vt eod.c.vt Inquiſitionis.in prin.li.6.Et † ſi talis abſens dederat fideiuſſores;poterit eis indici pœna pecuniaria,vt ff.de custo.re. l. ſi quis reũ.Si vero citatus venerit;præſtabit cautionem de parendo mãdatis ad arbitriũ inquirentis:& ſi nõ cauerit;poterit carcerari,vt infra.c.ſequenti,in princ.& interrogabitur ſuper inquiſitione formata de veritate dicẽda:& tunc aut cõfitebitur;aut negabit. Si † ſpõte confiteatur;& ſuũ deteſtetur errorẽ;& petat miſericordiam, recipietur per Inquiſitorem,vel Epiſcopum, indicta tamen ſibi purgatione condigna ad arbitrium inquirentis, vt ext. de hæreticis.c.ad abolendam.ext. de purgatione cano. inter ſolicitudines.In qua purgatione ſi defecerit,tanquã hæreticus punietur,vt dicto c.inter ſolicitudines.in fi.& ext.de pręſumpt.c. litteras.Et hoc caſu,quando confitetur; Inquiſitor [c] poterit ab eo petere ſi habet conſocios eiuſdem criminis,& quos. per id quod habetur ext. de hæret. cap. excommunicamus. §. adiicimus.& C.de malef.& mathe.l.fi.licet in aliis criminibus talis interrogatio non debeat fieri,vt C.de accuſ. l. fi. in fin. & quantum ad alios,iſtius aſſertio non habetur pro plena probatione: ſed facit indicium, vt ext.de confeſſ.c.1.Inquiſitor tamẽ caute perſpiciat quando recipit eum ad miſericordiam, quod ille vere redeat,& non ficte, vt ext.de hæreticis. c. vt officium. §.ſi vero.lib.6.Ad quod 45.di.ſunt nanque.& c.diſciplina. de pœ.di.2.c.1.cum ſim. Si † vero non confiteatur; immo negat aperte ſe illa,de quibus inquiritur, dixiſſe, vel feciſſe; & petat copiam inquiſitionis,& teſtium,& dictorum teſtium, propter quos Inquiſitor motus eſt ad inquirendum; certe copia [d] erit ſibi dãda,ſicut dari debet in alijs criminibus,in quibus imminet minus periculum inquiſitis,vt ext.de accuſat.c.qualiter & quando.§.debet.cum ſuis concordantiis. Si tamen inquirens viderit,quod ex tali datione copiæ,poſſet propter perſonas forte teſtium periculum imminere;(quod totum relinquitur diſcretioni,& conſcientiæ inquirentis) tunc non dabit copiam, vt ext.de hæreticis.c.fi.lib.6.ſed dicet Inquiſitor illi quod debeat ſibi dare in ſcriptis nomina illorũ, quos habet ſuſpectos, & cauſas ſuſpicionis, puta inimicitiæ, vel cõſpirationis, & ſimiles:

Margin notes: 4, 5, c, 6, d

Sed an et quãdo cautio ĩ hoc crimine locum habeat, vide Directoriũ 3. par. q.90. & ibi Schol.139.

Simãcas catho. inſtit. tit. 56. num. 13. & ſeq.

miles: per quas teſtes in hoc crimine repellũtur. de quibus di-
cetur infra, qui teſtes admittuntur, &c. Et ſi inquiſitor inuene-
rit quod iſte dat pro ſuſpectis illos, qui promouerunt inquiſi-
tionem, vel qui probant crimen; & etiam inuenerit quod iſte
probet illas cauſas legitimas ſuſpicionis: detractum intelli-
get fidei ipſorum teſtium; & aliis probationibus non exiſtenti-
bus, abſoluet ipſum inquiſitum: alioquin procedet, & condem
nabit ex dictis illorum: & ita ſeruat generalis conſuetudo offi-
7 cii Inquiſitionis in hoc puncto. Sed pone † quod facta eſt ali-
qua probatio cõtra inquiſitum, non tamẽ plena, puta per vnũ
teſtem bonæ opinionis, & famæ; & ipſe interrogatus omnino
e negat in Inquiſitione contempta: nũquid poterit torqueri,[e] &
cogi ad confitendum, ſicut fit in aliis criminibus? vt ff. de quæ-
ſtionibus. l. 1. poſt prin. l. de minore. §. tormenta. & C. de quæ-
ſti. l. milites. §. oportet. Dic quod torqueri poterit per Inquiſi-
torem, vel Epiſcopum. Et hoc caſu intelligam ext. eod. c. 1. poſt
prin. in compilatione Clem. & concordat 2. q. 1. in primis. 35.
diſt. ante. ext. de reg. iur. c. cum in contẽplatione. Nam ſemper
durius, & attrocius agitur cum illo, qui conuictus per teſtes
confiteri recuſat, vt C. de malef. & math. l. Et ſi excepta. Si vero
confitetur ſe dixiſſe; ſed eſt pertinax in errore; tunc dic vt infra
in c. 18. de pœnis hæreticorum. & in c. 16. de hæreticis, ſeu cre
dentibus, & redeuntibus, &c.

Cap. 13. Adde Directorium. 3. par. nu. 119. & late ibidẽ Schol. 36. & 37.

Quæſtio.

Solutio. Torqueri poteſt reus ob dictum vnius teſtis bonæ opinionis. Pegña lib. 3. in Directoriũ Schol. 118. vbi latiſſime de hac materia.

ADDITIO.

a Modus proceden̄. &c. *Adde quod triplici via procedi poteſt, vi-
delicet per accuſationẽ, inquiſitionẽ & denunciationẽ. De prima ha
betur in c. accuſatus. & in c. fin. in §. iubemus. in ver. accuſatoribus.
& in §. ceſſante. in ver. accuſatorũ. et in §. ceterũ. in ver. accuſato-
rum. de hæret. in 6. & in gloſ. in c. in fidei fauorẽ. §. 1. in ver. inqui-
ſitionis. eo. li. 6. Idẽ & in crim. læſæ maieſt. obſeruatur, vt in extra-
uag. ad reprimendũ. ibi. poſſit procedi per accuſationẽ, & notatur in
conſti. inconſutilem. per Matthæũ, & habetur tex. l. apoſtatarũ. C. de
apoſtatis, et de paganis. l. nemo. Quod etiã explicatur in Direct. par.
3. poſt formas litterarũ admonitionis ad hæret. reuelãdos. ver. inter-
rogetur talis qui moratur, & c. ibi. cũ ſint tres modi procedẽdi, vt ha-
betur ext. de accuſat. c. qualiter & quãdo. il 2. & Sum. Tab. in ver.
inquiſitor. §. 11. Syluest. in ver. hæreſis. 2. §. 8. & late per Careriũ
in d. tract. nu. 105. & Gondiſ. q. 10. nu. 1 Boſ. eod. tract. nu. 7. Franc.
Caſon. in ſing. q. crim. c. 1. & per alios de hoc ſcribentes.*

Quot modis in crimine hæreſis procedi poteſt.

Admonet nihilominus ibi Direct. ne Inquiſitor hanc accuſationis

Accuſatio eſt

 viam

admittēda eſt in cauſa hæreſis. Sed hæreticos quilibet debet denuntiare vel ſi oportuerit accuſare. Simancas catho. inſtit. tit. 4. Ioannes Rojas in ſingular. fidei ſing. 5. Alfonſus Caſtrus li. 2. de iuſta hæret. punit cap. 25.

viam ita paſſim & indiſtincte admittat, ſed accuſare volentem de accuſationis natura & accuſatoris periculo bene prius inſtruat. Eſt enim modus iſte procedendi litigijs & periculis vndiq; plenus, & in cauſis fidei parum conſuetus. Idē habetur per Sum. Tab. loco citato. Quomodo autem inchoanda & proſequenda ſit accuſatio, vide ibi in ipſo Directo. & Tab. & in pract. Papien. de forma accuſationis. nu. 1. & in additione, nu. 6. Et per Ang. de malefic. in glo. & ad querelam Titii. ver. & quia hic. nu. 3. & ſeq. & in ver. ſecundo requiritur. nu. 5. Gand. in rub. quid ſit accuſatio. nu. 1. & ſeq. Bonifac. Vital. in ea. rub. nu. 1. & ſeq. & ſpecialiter nu. 6. & 7. Marſil. in §. diligenter. nu. 207. & 208. & Foller. in pract. in par. 2. ſecūdæ. in ver. audiantur exceptiones, & c. nu. 3. & per D. Tho. ſec. ſec. q. 68. ar. 2. 3. & 4. & per Card. Caiet. ibi. & per Archiep. 3. par. tit. 9. c. 8. per totum. Item & per Lancilot. Conrad. in ſuo prætorio. de offic. præt. in cauſ. criminal. in tit. de accuſatione. nu. 1. 2. 3. & ſeq. & Iodoc. in ſua practica. c. 5. per totum.

Inquiſitionis via communiter in his delictis obſeruatur.

De inquiſitione autem habemus in c. in fidei fauorem. §. 1. in verbo, inquiſitionis. iuncta gloſſa. & in c. vt officium inquiſitionis. & in c. inquiſitores. & in c. vt inquiſitionis negotium. & in c. fin. eod. tit. lib. 6. Rurſus in c. ne aliqui. in c. præſidentes. & c. per hoc. eod. lib. 6. Item in Clem. 1. & 2. eod. tit. In his etenim locis inquiſitionis, & inquiſitoris voces frequentiſſime leguntur. Idem traditur in d. conſtitutione, Inconſutilem. §. ſtatuimus. ibi. nemine etiam deferente inueſtigari volumus huiuſmodi ſcelerum patratores, &c. & etiam ibi. per officiales inquiri, &c. Hic autem modus in hoc ſacro officio communiter obſeruatur, vbi abſq; accuſatore aut denūciatore, fama tantūmodo præcedente, ex officio proceditur, vt late habetur in Direct. loco ſupracitato, ibi; tertius modus procedendi, &c. & in Sum. Tab. in ver. inquiſitor. §. 27. & per Gondiſ. eadem q. 10. Lud. Car. eod. tract. num. 102. Boſ. eod. num. 6. & ob eam fortaſſe rationem ſacrum hoc officium, officium dicitur inquiſitionis, & iudices ipſi ab Apoſtolica Sede deputati, Inquiſitores hæreticorum appellantur.

Inquiſitio autē in cauſa hæreſis quotuplex ſit, & qualiter & quando locū habeat, tradit Simancas catho. inſtit. ti. 44. num. 7. & ſeq. & Pegña lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 16.

Formam vero inquiſitionis vide in ipſo Direct. loco præcitato, & in Sum. Tab. vbi ſupra, & per Archiep. 3. par. tit. 9. cap. 7. §. 1. in pract. Papien. in fine. & per Ang. de maleſ. in princ. & per totam illam gloſ. hæc eſt quædam inquiſitio. Vital. in rub. de inquiſitionibus & earum formis. per totum. Foller. in ſec. ſec. in rubr. dentur cap. quod ſuffoc. vxorem. num. 2. & per Boſ. de inquiſitione. nu. 74. De inquiſitione inſuper generali & ſpeciali, vide per dictos Doctores qui diffuſiſſime de varijs inquiſitionum conditionibus, cauſis, effectibus & defectibus tractant. Vide inſuper Doct. in l. congruet. ff. de offic. præſi. & in l. ſi vacantia C. de bon. vac. & quæ ibi Ang. obſeruat. & l. 1. §. ſi præſes. ff. de magiſtra. conueni. & ff. ad Syllan.

l. 1. §.

l.1. §.quoniam.& Spec.in tit. de inquiſitione, & Hoſtien. eod. tit. & d.Lancil.Conrad. vbi ſup. de inquiſitione.pag. 245. Vide etiam Lucernam Inquis.in ver.inquiſitio.& Repertoriū Inquiſit.eod.ver. & tract.D.Bonincontri.ibi.nunc autem de ſolemnitate inquiſitionis num. 33.& Caſonum in dicto tract. ſing. c. 8.

De tertia,nēpe de denunciatione,habes ibidem in Direct. & in Sum.Tabie.vbi traditur forma inchoandi proceſſum fidei per viam denunciationis.& etiam per D.Archiep.eadem 3. par.tit.9.cap.9. & Gondis.eod.tract.q. 10.nu. 6.

Denunciationis modus admittitur,de quo Simancas catho. inſtit.tit.19.et Ioannes Rojas ſing.fidei 5.

Verum quia iura ciuilia, ſpeciales quoſdam miniſtros,ad denunciandum maleficia deputant,vt per Bart.ff.de cuſtod.& exhib.reo. l. diuus qui, in principio ſui officij iurare tenentur, vt per Ang. in l. ſi vacantia C. de bon. vacan.in princ. & Ang.Aret. de maleſ. in gloſ. necnon ad denunc. ver.nunc quæro. num. 3.& ver. & aduertas num. 5. Marſil.in prac.§.princ. nu. 19.& ſeq.Foller.in pract. par.ſec.ſec. in gloſ. audiantur except.propon.per eos,nu. 65. Gand. in rubr. quomodo de maleſ.cognoſcitur per denunc.num.4. Tital.de denūciatio.& notificationibus.num.10.& per alios Criminaliſtas: videamus an idem in officio ſanctiſs. Inquiſitionis obſeruetur. Et vtiq; dicendum eſt idem paſſim ab Inquiſitoribus obſeruari. Nam & ipſi miniſtros iuratos habent, vt in Clem.1.de hæret.& in Clem. 2.§.fin.quibus ipſi Inquiſitores armorum portationem concedere poſſunt,vt in eod.§.fin.& per Carer.in d.tract.nu.90.& in Direct.3. par.q.56.qui hanc armatorum conceſſionem extendit,ne dum ad hæreticorum capturam,ſed ad eiuſdem Inquiſitoris defenſionem.

Inquiſitores armatam familiā tenere poſſunt.

Habent etiam Cruceſignatos,qui,voto in illorū manibus emiſſo, fidem catholicā etiā cū rerum & vitæ diſcrimine tueri promittūt. Quorum confraternitatem Summi Pont.quàm plurimis gratijs,indulgentijs atq; fauoribus illuſtrauerunt. Et illam præſertim indulgentiam conſequuntur,de qua dicitur ext.de hæret.c.excommunicamus.lo 1.§. catholici vero. Qui etiam ad voti executionē compelli poſſunt.per c.quod ſuper his.ext.de fide inſtr. in fin. Habent inſuper fideles illos quos per parochias deputant, & ad indicandum hæreticos iurare compellunt,vt in eod.c.excommunicamus.§.addijcimus. & per Gondiſ. in d.tract.q.8.num.2. Habent vlterius fideles omnes,quibus ſub pœna excom. latæ ſent.præcipere conſueuerūt,vt quos agnoſcunt hæreticos aut ſuſpectos,vel aliter diffamatos,necnon fautores,receptatores,& credētes,ſiue libros hæreticos aut dānatos legentes aut retinentes,infra certū terminū poſtquā id nouerint, apud ſacrū officiū denunciare ſtudeant, vt in practica officij habetur per Direct.par.3.vbi ponitur duplex forma litterarū admonitionis ad hæreticos reuelādos:& confirmatur ab Authore in c.11.nu.2. His omnibus addendū eſt quod iure canonico,omnes nō modo denūciare

Cruceſignati, Inquiſitorū miniſtri ſunt.

Omnes,denunciare tenentur

hæreticos. Adde Alſonſum, Simancam, & Rojam præcitatis locis.

Exceptionis via. Sed hæc vox potius cōpetit. de qua Simācas cath. inſtit. tit. 17.

Notorij via.

Repertoriū inquiſito. Locatus & Lucerna verbo, notoriū. copioſe Salicetus in l. ea quidem. C. de accuſatio.

De Inquiſitoris diligentia pro denuncian tiū, &c. memoria retinenda.

poſſunt, ſed etiam tenentur, vt probat D. Author infra in d.c.11. Et iſte modus ordinarie obſeruatur in hoc ſacro officio. Nam denunciatores zelo fidei accenſi, & pœnæ excommunicationis timore cōpulſi, pro exoneratione conſcientiæ, vt iudicis mandato obediant, deponūt, non accuſant, nec onus probandi aſſumunt: & Inquiſitor non ad partis inſtātiā, ſed ex officio procedit, vt habetur ab Autho. infra c.11.

Addi inſuper poteſt quarta via, videlicet exceptionis, quā gloſſa proponere ſeu inſinuare videtur in d.c. in fidei fauorē. eod. lib. 6. in ver. inquiſitionis. vt obſeruat Carerius in d. tract. nu. 104. Quam viam ius canonicum non abhorret, ſed admittit, vt patet ext. in tit. de exceptionibus. At quoniā exceptionum varia ſunt genera, vt per gloſſam. c. exceptionē. in ver. dilatorijs. eod. & ad eam iudicij partē, quæ rei ſeu inquiſiti defenſionē tāgit, potius pertinere videtur, quàm vt viā ad incipiendū iudiciū aut proceſſum aperiat, vt omnes practici criminaliſtæ fatentur, quos ſingillatim nō adduco, ne nimiū volumen excreſcat, nunc ſobrie pertranſeundū eſſe putaui quouſq; perueniamus ad c.13. vbi tractatur de teſtibus, & de eorū exceptionibus.

Quintā viā addit Gondiſ. in eod. tract. q.10. nu. 1. quam ipſe quarto loco enumerat, & vocatur via notorij, de qua tractat D. Author in c.12. in princ. Hæc autē via multis præcedētibus paratur, vt per Gand. in rubr. quomodo de malef. cogno. quando crimen eſt notoriū. num. 1. Nam notorij criminis cognitionem hæc præcedūt, videlicet, fama, infamia, præſumptiones, & indicia, quæ omnia bonus index cōſiderare debet, prout egregie ibi tractatur a Gād. in d. rub. & ſeq. Quotuplex autē ſit notoriū præſumptionis, iuris, facti trāſeuntis, interpellati, permanētis, et per quot teſtes probetur, vide late per ipſum Gand. in ipſa propria rubrica, quomodo de mal. cog. quando crimen eſt notoriū. Specul. in tit. de not. criminibus. Boſ. in tit. quomodo proced. in crim. not. per tot. Lancil. Conrad. de notorijs criminibus. Foller. in par. 2. ſec. in rub. itē quod eſt notorie delinquēs per totū, et alios practicos. Et hæc ſufficiant donec ad locum proprium perueniamus.

Omnia faciet in ſcriptis redigi, &c. *Adde vt per Folleriū in practica. in rubr. capiat informationē. nu. 4. & per Direct. par. 3. poſt publicationē factā, de reuelādis & detegēdis hæreticis: qui dicit, quod aduenietibus, infra ſtatutū tēpus, pluribus denunciatoribus, ſi Inquiſitor nō poteſt illorū denūciationes iudicialiter audire, habeat librū in quo per diœceſes deſcribat denūciantiū nomina, artes, habitationē, & denunciationes ipſas, et nomina teſtiū qui poſſunt ea de re interrogari, ut habita opportunitate poſſit eos omnes iuridice poſtea examinare cū notario & teſtibus, prout hic docet D. Author, ex c. vt officiū. eo. li. 6. & vt habes in eod. Direct. in eod. loco, ibi, incipiat proceſſum, & ſcribat notarius per modū qui ſequitur: In nomine domini amen, &c. & in q.63. eiuſdem 3. partis. Et quoniam de notario, & proceſſu* b

proceſſu nunc loquendi datur occaſio: adde quod non tantum iudex debet curare vt notarius dicta teſtium, ſeu reorum reſponſiones ſcribat: ſed etiam vt diligenter explicet & extendat in proceſſu accidentia teſtificantis aut denunciantis, vel inquiſiti: vt ſi faciei color mutatus eſt, ſi trepidat, ſi balbutiendo loquitur, ſi frequenter excreando aut expuendo, interrogationẽ diuertere conatur, ſi vox tremula redditur, aut quid ſimile patitur, vt docet Brunus in ſuo tract. de indicijs & tort. par. 1. q. 3. ver. alia quadam. num. 30. vbi allegat Bart. in l. de minore. §. & plurium. ff. de quæſtion. & addit quod vbi alia deſunt indicia, poterit prudens iudex ex his indicia ſufficientia ſumere ad torturam. Ita dicit Bal. in tract. de quæſt. & torm. cap. 1. nu. 11. Et admonet vt iudex ſit cautus, & faciat omnia illa dicta varia & diuerſa cum omnibus circunſtantijs in actis extendi: ne poſſit argui quod inquiſitum abſq; indicijs torqueri fecit.

Accidentia in proceſſu extendenda.

Practicam hanc plurimum extollit Ang. de malef. in gloſ. quod fama pub. præced. verſ. nono quæro. nu. 105. & dicit quod plerumq; ita practicando magnum ſibi honorem comparauit. Confirmat Foller. in prima 2. in rub. & ſi comparent ante contu. examinentur. nu. 5. allegat Pariſium in c. quoniam cõtra. ext. de probationibus. nu. 159. & Abbatẽ ibidẽ, & Bal. in l. preſbyteri. C. de Epiſ. & cle. & Marſil. in ſua pract. §. diligenter. nu. 74. qui hoc idem confirmat per Bar. in l. fin. in fi. ff. de quæſtion. & Lud. Rom. in conſil. 8. incipien. viſo facto, &c. circa princ. & Alex. in conſil. 2. incipien. viſo proceſſu. in 7. vol. & in cõſil. 127. incipien. viſo proceſſu. & in cõſil. 244. incipien. in cauſa appellationis, &c. Idem cõfirmatur a Gondiſ. in tract. eod. q. 13. nu. 6. Hanc doctrinã optimã eſſe puto. Nam & ego quãdoq; in huius ſacri officij miniſterio, ea vtens, ad veritatis cognitionẽ perueni, & vidi tot mirabilia; vt veriſſimũ eſſe cognouerim, pene impoſſibile eſſe, crimẽ nõ prodere vultu. Addit M. Ant. Blãcus in tract. de indicijs. quod etiã phyſionomia conſpicienda eſt, quia mala, præſumptionẽ de mala natura inducit, & multa allegat, quæ ibi vide in ru. ex proceſſu & teſtibus indicia. in ver. phyſionomia. nu. 406. Idẽ dicit Frãc. Caſon. in tract. de eo. c. 6. qui adducit Pari. de Put. aſſerẽtẽ ſe ex phyſionomia bis iudicaſſe. Vide etiã c. 5. 7. & 8. vbi docet indicia etiã ſumẽda eſſe a ꝓgenie, natione, nomine, pallore & ſimilibus.

Phyſionomia tamen indicium valde fallax et incertũ eſt: ideoque parum aut nihil ei tribuendum eſt, vt ijdẽ admonent.

Adde inſuper, quod quamuis notarij omnes in ſua creatione iurent de fidelitate in officio illo ſeruanda, vt in c. ad audientiam. ext. de præſcriptionibus. & per Hoſtien. & Io. And. in nouella ſuper c. ſicut te. ne cler. vel mon. tamen, ob huius rei magnitudinem, rurſus ad ſancta dei Euangelia corporaliter a ſe facta iurare debent, quod officium ſuum fideliter exercebunt, vt in Clem. 1. §. porro. ver. notarij quoq;. eod. tit. & in gloſ. ibi in ver. iurabunt. & Syluest. in ver. hæreſ. 2. §. 5. Cõmune vero eſſe & regulare vt officiales omnes

Notarij inquiſitionis denuo iurant. Ioãnes Rojas ſingula. 141. Arelatanus tract. de hæret. notabili 37.

iurent, patet etiam per iura ciuilia, vt in authen. vt iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. ſi vero aliquibus in prouincijs. & in §. ſi igitur. & in §. oportebit igitur. collatio. 2. & in authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his. de quibus late per Boerium in Deciſ. aureis, q. 149. nu. 9. & per Pari. de Put. in tract. de ſyndic. in ver. iuramētum officialis. nu. 1. et per totum vide ibi. Quare maiorem opus eſt vt diligentiam officiales ipſi adhibeant, ne prece, aut pretio, vel quouis alio humano affectu, quidpiam reuelent: quia non tantum ob violatum iuramentū puniri, ſed etiam veluti falſi criminis auctores damnari poſſent. Ita in ſimili declarat Bonifac. Vital. in rubr. de falſis. nu 20. de notario illo qui ante publicationem parti aduerſæ dicta teſtium legere permittit. adducens ff. de falſis. l. 1. §. ſi is qui. ff. de pœnis. l. ſi quis aliquid. §. inſtrumentum. & §. ſeq. ff. de iudic. l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de extraord. crim. l. ſaccularij. §. 1. cum ſim. Idem affirmat Gandin. in rub. de falſarijs. nu. 15. per ipſamet iura, & per alia multa ibi allegata quæ videre poteris.

Officiales omnes, ea ſub ſecreto ſeruare tenentur, quæ ad ſuū officiū pertinent. Si mancas catho. inſtit. tit. 41. nu. 31.

Qui Gand. hoc etiam ad procuratorem & aduocatum extendit, & ad quemcunq́ reuelantem ſecreta, ſiue ſint inſtrumēta, aut iura, ſiue aliquid aliud, dummodo ſub ſecreto ea tenere debeat. Idem dicit de reuelante ſecreta conſilia ſuæ ciuitatis, & de eo qui ſui Poteſtatis aut Præſidis vel alterius, cuius officio obſequitur, priuata cōſilia detegit. Idem dicit de iudice reuelante ſententiam, quam laturus erat, dicitq; quod manifeſtare ſecreta, ſpecies quædā proditionis eſt: & quod Paduæ notarius quidam qui manifeſtauerat dicta teſtium, condemnatus fuit de falſo, & ita conſuluit D. Iacobus de La. vnà cum peritis omnibus. Caueant igitur Notarij, Procuratores, Aduocati, Fiſcales, Conſiliari, ac ceteri Officiales Inquiſitionis, ne officij ſecreta reuelantes, in hanc aut atrociorem incidant pœnam. Neceſſe quippe eſt, id in ſacri negotij damnum, & reorum fomentum aut fauorem fieri, quare non inepte fortaſſe dicerem, tales reuelantes in aliquam fautoriæ ſuſpicionem incidere, aut de officij impedimento notari poſſe; omnibus tamen circumſtantijs conſideratis ac bene peſpectis. Ita Canones puniunt ſacerdotes impedientes officium, inſtruendo citatos de veritate celanda, vel falſitate dicenda, eo quod id in fauorem hæreticæ prauitatis factum fuiſſe proculdubio creditur, vt in c. accuſatus. §. ſacerdotes. eod. lib. 6. quod Direct. extendit ad quoſcunq́; vt ibi videre poteris par. 2. q. 56. in caſu 3. & 4.

Reuelare ſecreta Sancti officij graue ſcelus eſt, & reuelantes, aut officio priuari, aut alia pœna coerceri debent pro criminis qualitate. Siman. præcitato loco.

Adde rurſus quod religioſis, qui in ſeculo tabellionatus officium exercuerunt, poſſunt in fidei negotijs Inquiſitores vti c. vt officiū. §. ad conſcribendas. Immo ipſi Inquiſitores & Cōmiſſarij ex priuilegio Pij 4. quod incip. Paſtoralis officij cura. Dat. Romæ apud S. Petrū anno 1561. Sexto Kal. Septemb. Pont. ſui anno 2. poſſunt, apoſtolica autoritate, pro ſui officij quibuſcumq́; negotijs, vnū vel plures etiā clericos

Hanc bullam habes in bullario litterarum

ricos ſeculares, vel quorumuis ordinũ regulares in notarios eligere, aſſumere, atq́; creare. Ex quibus verbis aperte conſtat, quod ſi Inquiſitor religioſum aliquem ad ſcribendum acta officij applicaret, ob id ille non diceretur notarius. Perſpicuum quippe eſt quod iubere alicui vt ſcribat, non eſt illum creare notarium. apoſto. apud Directorium pag. 104.

Debet itaq; Inquiſitor hoc priuilegio caute & prudenter vti, non autem abuti. Idq; faciet ſi notarium cum debita ſolẽnitate, iuxta ordinariam formam creabit, coram alio notario & teſtibus, exigendo a creando iuramentũ, illiq́; tradendo atramentarium cum calamo, & dicendo; Eſto notarius & fidelis: de quibus omnibus notarius, qui huic creationi interfuit, publicum conficiat inſtrumentũ. Alioquin ſcripturæ, atteſtationes, confeſſiones, abiurationes, ſententiæ, & reliqua accepta per notarium abſq́; iſta ſolemnitate factum, erunt prorſus inualida, aut ſaltem non erunt iuridica, & legitima, veluti facta a non exiſtente notario. Nam in electione officialiũ ſeruanda eſt conſuetudo, vt bene probat Paris de Put. in ſuo tract. de ſyndicatu. in ver. in officijs. per totum, & præcipue nu. 5. & addit, quod ſeruanda eſt forma antiquitus inſtituta. num. 6. & quod electio aliter facta, annullari poterit, nu. 7. & omnia ibi probat per iura et Doctores, vt videre poteris. Quibus adde dictum Abbatis in c. ſi diligenti. ext. de foro compet. quod ſcilicet non poteſt renuntiari iuri, quod in actibus hominum certam formam ſtatuit, & exemplificat de teſtamẽto, vt fiat cum certo numero teſtium, & idem in c. tuis. de teſtibus, quẽ ibi Felin. ſequitur. dicitq; quod ſolemnitas formalis & ſubſtantialis quæ concernit fauorem publicum, non poteſt a partibus remitti, per d. c. ſi diligenti. & per l. ius publicum. ff. de pactis. & per Doctores ibi. & late per Boerium in ſuis aureis deciſion. deciſ. 1. num. 47. & ſeq. pag. 7. qui etiã nu. 40. per iura & Doctores probat, quod vbi ſolẽnitas datur pro forma, etiã ſi eſſet leuis, tunc eius omiſſio vitiat actum. adducit Bal. in l. iuriſiurandi. C. de teſt. & in l. 1. ff. de liber. & poſthum. Felin. in c. quoniam frequenter. vt lite non conte. col. 3. & 4. & in c. cum dilecta. de reſcri. col. 15. in ver. amplia decimo, &c. Quamuis enim Papa facultatẽ illam Inquiſitoribus dederit, nouam tamen formã creandi notarios nõ aſſignauit, vt exẽpli gratia, quod per ſimplicẽ applicationẽ ad ſcribendũ, crearentur, aut per quidpiã ſimile. Quod cum ex priuilegio prædicto vel ex aliquo alio quod ego viderim, deduci nõ poſſit: ab antiqua cõſuetudine, & cõſueta forma recedẽdũ nõ eſt. Vide de his apud Sũmiſtas in ver. priuilegiũ. & in ver. tabellio. & D. Archiep. in 3. par. tit. 6. c. 3. §. 1. & 2. & Doctores ſcribẽtes ſuper Authẽt. de tabellionibus. & vt protocolla dimit. in char. Vide etiã Direct. 3. par. vbi tract. de tertio proceſſu. ibi; verũ cũ ĩ examinatione teſtiũ, &c. in ver. tertia perſona eſt ſcriptor, etc.

Inquiſitores cũ creant ſibi notarios quid ob ſeruare debeant. adde Siman. catho. inſtit. tit. 41. num. 8.

Si quæris, an Inquiſitor tot pſonas adhibere debeat ĩ examinatione

De perſonis in examinatione inquiſiti adhibendis.

Adde Pegñam lib. 3. adnot. in Directorium Schol. 22. tradentem quãdo hoc maxime obſeruari conueniat.

delati ſeu inquiſiti, quot per textum in d. c. vt officium. adhibentur in examinatione teſtium: putarem reſpondendum eſſe affirmatiue. Quamuis enim in illo textu de examinatione teſtium mentio tantummodo fiat, cauſa tamen ibi adducta, currit non modo in teſtibus, ſed etiam in reo. Nam dicit, quia in tam graui crimine, cum multa oportet cautela procedere, &c. Conſtat autem quod in examinatione reorum, eadem, & forte maiori cum cautela procedendum eſt, vt fraudis ſuſpicio prorſus auferatur, & veritas ſemel coram notario & teſtibus confeſſa, non ita faciliter reuocari, aut negari, ſeu palliari vel obnubilari poſſit. Ita dicit Direct. ead. 3. par. vbi ſup. de mediando proceſſu. vbi docet quomodo accuſatus interrogandus ſit. & clarius per eum infra, de tertio proceſſu tractando, vbi dicit quod quinq; perſonæ intereſſe debent examini teſtium & delatorum. Et addit in fine poſt explicationem quartæ & quintæ perſonæ, quod non putat ſufficere non deuiare a mente ſtatuti prædicti c. vt officiũ. de hæret. lib. 6. vt fraus committenda totaliter repellatur; quod fieri aſſerit propter plurium perſonarum præſentiam; ſed neceſſarium quoq; eſſe, vt veritas ab hæreticis & delatis nude, clare & omnimode habeatur: quod fieri atteſtatur, cum modus circumſpectus & cautelosus in examinatione hæreticorum, & delatorum ab Inquiſitoribus obſeruatur. Hoc idem confirmat in eadem 3. par. in q. 63. & ita in ſacro Inquiſitionis officio vbiq; proceditur.

Quid regulares prælati in crimine hæreſis contra ſubditos procedendo ſeruare debeant.

Demum ex his omnibus colligere poſſumus, quod cum iura, formam & modum procedendi in hoc crimine nobis præſcripſerint; nõ debent nec poſſunt regulares Prælati contra ſubditos ſuos aliter in cauſis fidei procedere, quàm per explicatam ac traditam formam, vt expreſſe habetur ex d. c. vt officium. in princ. in ver. iuxta canonicas ſanctiones. & in §. ſi vero. in ver. iuxta formam eccleſiæ. & ex multis alijs iuribus, quæ bene inſpicieñti aperte patent. Qui itaq; ex aliquo indulto facultatem habent, regulares ſibi ſubditos in hæreſi deprehenſos abſoluere aut punire, ſeu contra illos inquirere, cum notario & teſtibus depoſitiones recipiant, inquiſitionem forment, ad abiurationem redeuntes recipiant, ſententiam pronunciẽt, ac deniq; iuridice vniuerſa faciant, & ad. §. verũ. nullo modo recedãt. Quod ſi notarium commode habere non poſſunt, adhibeant duos viros idoneos loco notarij, qui ſe ſubſcribant, vt in eodem §. verum. in fin. & de probationibus. c. quoniam. Nec valet, ſi dicant ex ſuo regulari inſtituto, ad ſeruandum apices iuris minime teneri; quia hæc non ad apices, ſed ad iuris ſubſtantiã & eſſentiam pertinent. Non enim ita craſſe regula illa de apicibus dilanianda eſt, & quibuſuis exceſſibus & criminibus applicanda, vt pleriq;, cum conſcientiæ onere, ſeruandum eſſe putant, ſed in leuioribus tãtum omitti poſſunt apices: ſecus autem cum de grauioribus agitur. Ita docet D. Archiep. vir

doctrina

doctrina, & ſanctitate conſpicuus, in 3. par. tit. 9. cap. 7. §. 8. poſt medium. verſ. item notandum quod in priuilegijs religioſorum dicitur, &c. Nam ibi declarat quod per verba illa priuilegij, poſtpoſitis rimulis & apicibus iuris, & per alia ſimilia, non eximuntur a iure communi ad quod omnes catholici tenentur. ext. de conſti. c. 1. & adducit exemplum de forma electionis. additq́; quod qui iniuſte clericũ detinet, excommunicatus eſt. de ſent. excom. c. nuper. Faciũt ad hoc iam dicta ſupra in ver. debet itaq́; Inquiſitor. Videant igitur Prælati regulares, & conſcientiæ ſuæ conſulant. Idem confirmat Sum. Syl-ueſt. in ver. Inquiſitio 2. §. 11. Vide etiam Sum. Tab. in ver. inquiſitio. §. 2. & eundem D. Archiep. per totum illum. §. 8. & §. 7. & comperies quod debitæ exceptiones, & defenſiones nõ ſunt negãdæ religioſis, & quod vbi ius deficit, aut de correctione talis criminis non loquitur, conſuetudo loci, in modo puniendi crimina, ſequenda eſt: nec debet prælatus nouam conſuetudinem introducere, noua pœnarum genera imponendo, vt per Par. de Put. in tract. de ſynd. cap. an iudex qui debeat imponere delinquenti pœnam ducentorum aur. nu. 1. Facit etiã quod dicit Boniſ. Vital. in proœmio ſui tract. maleſ. nu. 4. Recurre demum ad Clem. ſæpe. de ver. ſing. & ad ibi notata per gloſ. & Doctores, quæ etiam faciunt optime ad propoſitum. et vide Fely. in c. qualiter & quando. 2. ext. de accu. nu. 21. & in c. cum olim. num. 4.

Nec etiam valet ſi dicant, prædictum procedendi modum in hoc hæreſis crimine, Inquiſitores tãtum arctare, ſeq́; ordinarios eſſe, qui ſpecialibus his conſtitutionibus & ordinationibus minime ſubijciuntur: quia per c. per hoc. eod. lib. 6. §. fin. non modo Inquiſitores, ſed etiam epiſcopi, qui ordinarij ſunt, ad ſeruandum antedictam procedendi formam, obligantur. Verba autem textus ita dicunt: Siue autem ordinaria, ſiue delegata Epiſcopi poteſtate procedant, illum in procedendo modum obſeruent, quem Inquiſitores poſſunt & debent, per iura communia, vel per ſpeciales conceſſiones ſeu ordinationes Sedis Apoſtolicæ, obſeruare. Quid clarius dici poteſt? Vide de his D. Archiep. 3. par. tit. 18. c. 2. §. 1. poſt princ. Sylueſtr. in ver. hære-ſis. 2. §. 8. ibi. quintum, quando autem diuiſ. & alios.

c Inquiſitor pot. ab eo pet. ſi ha. conſocios, &c. *Adde quod etiam in criminibus de quibus non debet reus de ſocijs interrogari, dictum conſocij facit aliqualem præſumptionem, non ſufficientem tamen ad torturam ſecundum Cyn. & Doctores in l. fin. C. de accuſa. ſed ad inquirendum, vt per adducta per Boſ. de iudicijs & conſid. ante torturam. num. 182. & de Inquiſitione, num. 41. & ſeq. In caſibus vero in quibus poteſt quis de ſocijs interrogari, talis confeſſio facit indicium ad torturam. Ita tenet Petrus de Bellapertica, in dicta. l. fin. quem ibi Cyn. & Ang. referunt. Idem tenet Azo in brocardicis.*

In hoc delicto reus de ſocijs interrogãdus eſt.

Pro

Pro quibus eſt textus iuncta gloſſa vltima in c. quoniam. de teſtibus. & ibi Decius nu. 10. Hæreſis autem crimen, vnum de his eſt, in quo reus de ſocijs interrogari poteſt, vt patet in c. litteras. de præſumptionibus. & in c. in fidei fauorẽ. de hæret. lib. 6. & C. de maleſ. & math. l. fin. Bald. in conſi. 79. regula iuris. uol. 3. Quod etiam ex huius ſacri officij ſtylo comprobatur. c. accuſ. §. licet. eod. lib. 6. Nam inquiſitus ad iudicis mandatum, iurat de veritate tam de ſe, quàm de alijs dicenda. Qui vero ſint caſus in quibus reus de ſocijs interrogatur, vide per Gand. de maleſ. in rubr. de quæſtion. nu. 16. Ang. de maleſ. in gloſ. quod fama pub. præced. ver. quæro an particeps crimi. nu. 31. & per Guid. de Suzaria, de indicijs & tort. ver. ſed quid de quæſtione occurrenti. nu. 51. Specula. in tit. de accuſa. §. 1. verſ. item repellitur qui fuit ſocius, &c. & in tit. de teſte. §. 1. ver. item quod eſt ſocius criminis. Salice. in l. quoniam liberi. C. de teſtibus. & l. ſi magnum. C. qui accuſare non poſſunt. Gloſ. in d. l. fin. C. de accuſa. Franc. Brun. de indicijs & tort. in 3. q. primæ par. verſ. quæro an mendacium faciat indicium ad torturam. nu. 19. Boerium in ſuis deciſion. aur. in 2. par. in deciſ. q. 319. nu. 2. pag. 791. Boſ. de indicijs & conſid. ante torturam. a nu. 143. vſq; ad nu. 153. Et ne dubites crimen hæreſis vnum de his eſſe, in quibus de ſocijs reus interrogari poteſt, cum ex ſupradictis Doctoribus, immo ex iuribus aperte conſtet.

Et certiſſimũ eſt reos huius criminis, et poſſe et debere de ſocijs interrogari, quia vergit hæc impietas in magnam reipub. perniciem. Siman. catho. inſtit. tit. 44. nu. 27. & ſeq.

Sed vnum animaduerte, quod fere omnes in hac materia obſeruant, ſcilicet dictum ſocij criminis non facere indicium ad torturã, niſi aliqua indicia præceſſerint, vel aliquibus adminiculis fulciatur. Ita obſeruat Guido de Suz. in tract. de indicijs & tort. dicto verſ. ſed quid. nu. 50. & ſeq. Augu. de Arim. in addit. ad Ang. in loco ſupracitato, vbi adducit Doctores, quos ego inueni ita dicere prout ipſe citat. Idem confirmat Lud. Bolog. in addition. ad Guid. num. 52. qui multa allegat. Boſſius in eod. tit. nu. 149. & adducit Salic. in d. l. fin. C. de accuſa. dicitq; illud dictum quotidie practicari, Doctoresq; illud ſequi, vt patet per Hip. de Marſ. in l. 1. §. diuus Anton. ff. de quæſtion. & in ſingulari ſuo 209. Idem tenet Tho. Gram. in conſ. 38. incip. formata Inquiſitione. nu. 1. 2. & ſeq. Frãciſ. Caſon. in tract. de tormẽtis. c. 17. nu. 1. Id autẽ aperte quoq; explicari videtur in textu eiuſdem c. in fidei fauorẽ. §. præſertim. & ſeq. ibi; ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, aut perſonarũ, tam deponentium quàm eorum contra quos deponitur, qualitate ac alijs circunſtantijs, ſic teſtificantes, falſa nõ dicere præſumãtur. Ex his conſideret iudex prudens, quot in hac materia de ſocijs criminis diligenter ſint proſpicienda. De quibus etiam habes a d. Salic. & Bruno vbi ſupra.

Socij dictũ, quomodo indicium ſit ad torturã, & licet vnus ſocius indicium non faciat, duo tamen faciunt. Pegña lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 118. circa finem. §. an autem.

Addunt inſuper Doctores quod ſocio criminis abſq; tortura non creditur, & quare, vide per Boſ. vbi ſup. de indicijs & conſi. an. tor. num. 151. & per Gondis. in tract. de hæret. q. 13. num. 15. Collige itaq;

Sed verius videtur Socio criminis ſine tor-

itaq́; ex dictis diuerſorum Doctorum, quod ſocij dictum, indicium ad torturam non facit, niſi infraſcriptis circunſtãtijs munitum exiſtat. Primo quod aliqua præcedant indicia vel præſumptiones, vt dictum eſt. Secundo quod id abſq; tortura non fiat. Tertio quod confeſſus interrogetur in caſu, in quo de iure poſſit interrogari. Quarto, ſuppoſitis præuijs indicijs, vt in primo requiſito, requiritur, quod interrogetur in ſpecie contra aliquem & non in genere. Si vero non præcedunt indicia aut præſumptiones, interrogatio fiat de ſocijs non in ſpecie, ſed in genere, quia ex doctrina gloſ. Cyn. & Bart. illa interrogatio eſſet potius ſuggeſtio quàm exquiſitio veritatis. Ita refert Brunus in d. ver. ad ſecundum. num. 25. qui damnat interrogationẽ in ſpecie factam, vbi non præcedunt indicia. Et demum concludit, quod ſi quis de iure non interrogandus, aliquem nominauerit, contra quẽ nulla extant indicia, talis nominatio, non ad torturam, ſed ad inquirendum, indicium facit: additq́; ita intelligendum eſſe dictũ Oldra. relatum a Bal. in l. & ſi certus. in princ. ad Syllan. vbi etiam per Ang. Domi. de S. Gem. Capra. & Spec. quos ibi adducit.

mentis credendum, & indiciũ facere maius aut minus pro perſonarũ & criminum qualitate. Simã. catho. inſtit. tit. 64. nu. 38. idem in ad not. ad Zanch. cap. 2.

d Copia erit ſibi danda, &c. *Adde quod Criminaliſtæ omnes hanc D. Authoris cõcluſionem admittunt, eamq́; pluribus allegationibus muniunt: vt videre potes apud Bald. in tract. de quæſtion. & torm. cap. 2. num. 6. & ſeq. Quem ſequitur Gand. in tract. malefic. in rubr. de quæſtion. & tor. verſ. ſed quid erit de quæſtione, quæ de facto, & c. nu. 23. & ſeq. Ang. de malef. in gloſ. quod fama pub. præc. verſ. item aduertas. num. 37. & ſeq. Boniſ. Vital. in tract. eod. in rubr. quæ indicia debeant præcedere tort. nu. 10. & ſeq. Guid. de Suzar. de indicijs & tort. verſ. ſed quid de quæſtione de facto occurrenti, nu. 62. & ſeq. Lud. Bolog. ibidem in addition. Brun. in tract. de eod. in q. 5. partis 2. num. 13. Marſil. in pract. §. nunc videndum. in princ. & infra. Foller. in pract. in par. 3. partis 3. num. 51. ibi; ſeptimo requiritur. Lãcil. Cõnra. de offic. præt. in criminal. in rubr. de negatione crim. & torm. num. 5. & ſeq. et Boſ. in tit. de indicijs & conſid. ante tort. ibi; quarto quæro, an indiciorum copia. num. 74. & Melch. Facinus in conſ. incip. magnifice & generoſe miles. quod eſt 78. in pri. vol. conſiliorũ criminal. num. 46. ver. expedito itaq; quarto dubio. Obſerua tamen, quod præmiſſa concluſio, diuerſis limitationibus atq; fallẽtijs exornatur, vt ex varijs Doctorũ ſententijs colligere potui: quibus admiſſis, copia indiciorũ nõ erit dãda ante tort.*

An indiciorum copia ante torturam ſit danda, adde Simancam catho. inſtit. tit. 65. n. 16. & humanius eſt dandã eſſe ne reis, via tuendi ſuam innocentiã præcludatur. Pegña lib. 3. in Directo. Schol. 118. in fine.

Et primo id eueniet, ſi inquiſitus erit malæ famæ, malæq́; vitæ, & olim ſic habitus fuit. Ita limitat Gand. in d. tract. in rubr. quomodo de malef. cognoſ. per inquiſit. ver. ſed quæro. nu. 18. & Guid. de Suz. in d. tract. quẽ refert & ſequitur Auguſ. Arim. in addition. ad Ang. Aret. in gloſ. quod fama pub. præc. in verſ. item aduertas. nu. 38. in ver. ex mero officio. Hippol. in l. 1. ff. de aleatoribus. quem refert & ſequitur

Hoc videtur valde iniquũ Simãcæ in adno. ad Zãchi. c. 3. cui ſubſcribendũ ẽ. addit ĩ c. ſeq. multa quæ

videri debent, ne quis ĩ his opinionibus decipiatur.

ſequitur Boſ. in tit. de indicijs & conſid. ante tort. num. 76.

Copia non petita, an ſit danda. adde Iuliũ Clarũ ĩ pract. crimi. §. fin. q. 49. verſ. ſed nunquid. & in ea q. explicat late, que ad totam hanc auctoris tractationẽ attinent.

Item copia dari non debet, ſi reus ipſe non petit. Ita limitat Brun. 2
in d. tract. q. 5. partis 2. verſ. item ad aliud debet aduertere iudex num. 51. Bonifac. Vital. in rubr. quæ indicia debeant præced. tort. num. 10. Boſ. in tit. de confeſſis. num. 16. & in d. tit. de indicijs, &c. num. 79. Foller. in pract. in 2. par. 2. in rub. fiat publicatio proceſſus, nu. 1. Melch. Facinus in d. conſ. 78. num. 46. & 47. Quæ limitatio tunc locum habere videtur, cum reus adeo ſagax & prudens agnoſcitur, vt iudex dubitare non debeat quin ipſe ſciret indiciorum copiam, cum termino ad ſe defendendum, petere: ſecus autẽ ſi reus idiota aut ſimplex aut ignarus eſt. Ita diſtinguit Marſil. in pract. in §. nunc videndum. poſt longam diſputationem ad vtramq; partem a nu. 1. vſq; ad 20. Poſt quem vide Mar. Ant. Blan. in d. tract. de indicijs. verſ. quarto præmitto. num. 31. vbi tenet, iudicem indiſtincte non teneri ad dandum d. copiam, quia aut reus ſponte in carceribus ſe conſtituit, & tunc debuit ante aduocatos conſulere, & res ſuas componere, vt per text. in l. 2. C. de exhi. reis. ibi, adhibita aduocatione. Quod ſi non egit, ſibi eſt imputandum: aut capitur, & vi in carceribus conijcitur, & tunc ex officio iudex copiam dare non debet. per gloſ. in cap. fin. de hæret. lib. 6. in ver. iudicijs. quæ dicit proceſſum non vitiari ſi copia, parte tacente, non traditur, & allegat c. 1. & 2. de accuſ. eod. lib. 6. Adducit idem Blancus pro iſta opinione Cæpol. in conſ. 66. verſ. nec poteſt. & Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. lib. 10. col. 14. & 35. Demum ipſe Blan. conſulit quod reis ignaris, & ruſticis aut ſimplicibus & huiuſmodi, debet iudex aſſignare aduocatos, & ſic officium ſuum præſtabit etiã non petentibus. Et hoc modo conciliari videntur varia Doctorum dicta. Eandem limitationem ponit Franciſ. de Placen. in conſ. quod eſt 84. inter conſilia crimin. in 1. vol. num. 6.

Deſẽſionis qualitas explicanda eſt.

Rurſus, cum reus indiciorum copiam ſimpliciter petit, nec dicit 3
qualem defenſionem facere intendat, ſed tantum probare velle indicia illa non vera ſed falſa eſſe. Ita limitat Alex. in conſ. 66. incip. ſi præced. indicijs. in 1. vol. in 1. & 2. col. Cuius dictum refert & ſequitur D. Lud. Bolog. in addition. ad Guid. de Suz. vbi ſup. nu. 65. vbi dicit quod ad hoc vt defenſio concedatur, torturaq; differatur, talem opus eſt allegare defenſionem; qua probata, a tortura prorſus abſtinẽdum ſit: quod in propoſito caſu minime fieri poſſe declarat, vbi teſtes affirmantes indicia non eſſe vera, nõ releuarent, quia ſuper mera negatiua deponerẽt. Idem tenuiſſe videtur Paul. de Eleaz. in c. grauis. ext. de depoſi. Confirmat M. Ant. Blan. in d. tract. de indiciis. eod. verſ. nu. 26. & Boſ. in tit. de indicijs & conſid. ante tort. nu. 80. qui refert Alexandri dictum in conſ. 65. in 1. vol. de quodam Petro Cauſidico, cui indiciorum copia optime negata fuit, quia nunquam explicabat

cabat

cabat qualem defenſionẽ haberet, nec quomodo ſe defendere vellet.
ſed ſimpliciter dicebat, indicia illa non eſſe vera, ſed falſa.

4 Vlterius, ſi ex forma ſtatuti per inquiſitionẽ proceditur. Ita limitat
5 Ang. Aret. in dicta gloſ. nu. 37. Qui etiã aliã limitationẽ addit ibi-
dem. nu. 38. ſi iudex ad Inquiſitionẽ procedit ad denunciã Syndici,
vel cuiuſpiã alterius officialis, & adducit Ang. in d. l. ſi vacantia.
Idem habes apud Marſil. in pract. §. cõſtante. nu. 20. vbi multa alle
6 gat, quæ vide ſi vis. Præterea ſi de teſtiũ ſubornatione timetur, copia Subornationis
non eſt dãda. Ita limitat Alex. in conſ. 41. in 2. vol. & Barb. in cõſ. timor.
35. incipien. ſcribitur apud eccleſ. & adducitur in adnotation. in
opere malefic. Ang. Aret. in d. gloſſa. et verſ. in ver. ex mero officio.

7 Amplius, ſi timetur ne teſtibus aduerſi aliquid cõtingat, ob inquiſi Teſtium pericu
ti aut eius attinentium potentiam. Ita limitant in c. qualiter & quã- lum.
do. §. debet. de accuſa. Hoſt. Aret. Io. de Ana. & Imo. quos refert
& ſequitur M. Ant. Blan. in d. tract. & verſ. nu. 27. Alex. in d.
conſ. 41. & Barb. in eod. conſ. 35. vt in d. adnot. in Ang. de malef.
Et ea de cauſa, addit Blãcus nu. 28. practicã obſeruare conſueuiſſe,
vt ob reorum potentiam, nomina confuſa dentur, & a teſtium dictis
ſeparata, ne, quid ab vnoquoq; ipſorũ teſtium dictũ ſit, agnoſcatur.
Hæc tamen practica non videtur ſufficienter ſaluare, vt teſtes omne
periculum effugiãt: quare in crimine hæreſis non modo per text. in c.
fin. de hæret. in 6. ſed ex alijs extrauag. & ex conſtitutionibus ſpecia-
libus huius Sancti officij, & ex continuo vſu iamdiu approbato, pra-
cticari ſolet, vt nullo modo teſtiũ nomina publicentur. Cõpertũ quip-
pe eſt, varia pericula ſẽper teſtibus huiuſmodi imminere; quia nõ ſo-
lũ diuites & nobiles, ſed etiã pauperrimi & ignobiliſſimi plerũq; po-
tentiores ſunt ad nocendũ. Nullus enim adeo ignobilis & pauper eſt,
quin ſocios ad patrandũ facinora inueniat, vt clara et euidentiſſima
experientia plurimos Inquiſitores edocuit. Quare ſeruanda erit pra
ctica ab Authore hic tradita, quæ multũ differt ab ea, quæ a Direct.
reprobatur in 3. par. de prorogãtibus fidei proceſſum. in verſ. ſecun
dum quod prorogat, &c. eſt defenſionum conceſſio, & c. ibi, tertius
modus eſt, &c. quia delatus non impræmeditatus reſpondet, quia in
ſcriptis exhibet nomina ſuorũ inimicorũ & cauſas inimicitiæ, &c.
Nam inquiſitor petens talia ſibi in ſcriptis a delato dari, congruum
temporis ſpatium illi aſſignare poterit, infra quod, omnes inimicos
in memoriam reducere, & eos deſcribere valeat. Vnde non poterit
delatus conqueri, quod impræmeditatus reſponderit.

8 Item ſi notorium crimen eſt. Ita limitat Paris de Put. in tract. de Notorium cri-
ſyndic. in ver. condemnatio. verſ. an poteſtas qui miſit ad ſuppliciũ. men.
num. 4. qui adducit l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re milit. dicitq; nullã de-
fenſionem contra notorium cadere poſſe. Allegat Bal. in l. prouincia-
rum. C. de ferijs. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iur. quod & parum

infra

infra confirmat, nempe, nu. 6. Idem habetur in Lucer. Inquiſitorum. in ver. tradere copiam. §. vnico. Et per Lancil. Conra. de offic. præt. in criminalibus. in tit. de notorijs criminibus. nu. 1. qui adducit Specul. in eodem tit. Et per Boſ. in tit. quomodo proced. in crim. notorio. nu. 12. qui etiam diſtinguit de notorio apud vniuerſum populum, & de notorio apud aliquos, & de notorio adeo patente, vt eius negatio ridicula ſit, & de eo cuius negatio non eſt ridicula, vt ſi nõ omni populo aut viciniæ pateret, ſed per aliquos tantũ teſtes probaretur. In primo tantum dicit copiam dandam non eſſe, in ſecundo vero debet dari. Vide rurſus eundẽ Boſ. in d. tit. de indicijs & c. nu. 76. & adde Foller. in pract. in 3. par. 3. partis. in rubr. & ſi confitebuntur. nu. 51. qui allegat Afflictũ in conſtit. ſi damna clandeſt. not. 9. & eundem Foller. in 2. par. 2. in rubr. item quod eſt notorius delinquens. num. 8. & in rubr. detur copia capitulorum inquiſ. nu. 4.

An iudex ex officio procedens copiam tradere teneatur.

Nono ſi proceditur ex mero officio. Ita limitat Angel. Aret. vbi ſup. nu. 38. & in gloſ. mero officio arb. &c. qui præter Ang. in d. l. ſi vacantia. in ver. de quinto vero articulo. & in ver. item fallit vbi iudex, &c. adducit Ant. de Bu. in c. qualiter & quando. in 3. col. Idem confirmat Lucer. in d. ver. tradere copiam. & Marſil. in d. §. conſtante. nu. 20. & Iodoc. Dam. in ſua pract. c. 8. de Inquiſitionibus. nu. 21. Quia tamen circa huius rei examinationem, non modo varias, verum etiam contrarias video illuſtrium Doctorum ſententias, dum aliqui dicunt indiciorum copiam tunc dandam non eſſe, cum ex mero officio proceditur; aliqui vero quod immo tunc etiã tradi debet, aperiẽda eſt æquiuocatio, quæ nonnullos in ſuperficie rem ipſam ſpeculantes, decipere poſſet. Tu itaq; obſerua, quod, vt ex diuerſis Doctorum dictis accepi, in duplici genere conſtituuntur indicia. Nam quædã omnem inquiſitionem præcedunt, & ſunt ipſius inquiſitionis origo, vtpote quæ ipſum iudicem ad inquirendum mouent, ſeu de patrato facinore qualitercunq; inſtruunt, & iſta, appellantur informationes quæ pro curia recipiuntur, ex quibus ipſi iudici de diffamatione conſtat. Et de his puto Doctores intellexiſſe, cum dixerũt iudicem ex mero officio, & non ad inſtantiam alicuius, procedẽtem, non teneri ad tradendum copiam indiciorum. Ita egregie declarat Auguſt. Arim. in addition. ad Ang. in gloſ. hæc eſt quædã inquiſitio. ſuper ver. quarto principaliter. nu. 57. & in gloſ. quod fama publ. præc. d. verſ. item aduertas. in verſ. ex mero officio. nu. 38. qui allegat Gand. in opere ſuo maleficiorum, in rubr. quomodo cognoſcitur de malef. per inquiſ. dicentem quod vbi iudex procedit ex officio ſuo ad inquiſitionem, nullo eum promouente, tunc negante reo, ſe de illo crimine infamatum eſſe, debet iudex de fama, & infamia quærere: qua reperta, incipiat procedere ad inquirendum de maleficio iuxta c. 1. de offic. ord. Quod ſi reus neget ſe eo de crimine infamatum eſſe, 9

Quoniã ſi reo=

eſſe, iudex non tenetur de infamia ipſa fidem illi facere; ſed ſufficit quod ipſemet iudex reum infamatum eſſe ſciat. Si itaq; reus in hoc caſu petit copiam, iudex non tenetur illam dare, dummodo ex mero officio, & non ad alicuius inſtantiam procedat. Si vero aliquo inſtigante procedit, tenetur reo petenti copiã, etiã de ipſa infamia dare. Idem confirmat Brun. in dicto ſuo tract. in q. 2. partis 1. verſ. quaero an teſtis examinatus ante formatum proceſſum, &c. nu. 9. vbi duplicem examinationem teſtium tangit, & dicit reo neganti inquiſitionem, copiam quidem dandam eſſe, illorum videlicet indiciorũ, quae ex dictis teſtium, poſt negatam inquiſitionem examinatorũ, ſumuntur. Illa vero, quae pro curiae informatione antea iudex inuenit, reo manifeſtari non debent. Allegat Ang. de Peru. qui fuit magnus practicus, in l. fin. ff. de quaeſtion. dicitq; idem ibi tenuiſſe Barto. aſſerentem quod cum dixit indiciorum copiam parti petenti dandam eſſe, id intelligendum eſt de indicijs legitime habitis, et congruo tempore, hoc eſt, poſt ſpecialem inquiſitionem & excuſationem inquiſiti receptis, & multa allegat quae tu ibi vide. Hanc eandem doctrinam approbat Boſſius in tit. de inquiſitione. nu. 70. & 71. Addunt inſuper dicti Gand. Auguſt. & Boſ. vbi ſupra, quod ſi inquiſitus a tali grauamine appellaret, teneretur iudex ſuperiori de ipſis indicijs aut de infamia illa fidem facere.

rum negationibus facile daretur locus, & ſemper negarent, & difficulter ad finẽ litis deueniretur. l. inter ſtipulantem. §. 1. ff. de verb. obligat.

Haec probari videntur per Panorm. in c. qualiter & quando. 2. de accuſationibus. nu. 17. vbi differentias ponit inter proceſſum ex mero iudicis officio formandum, & eum qui alio impetrante & promouente inquiſitionem, formatur. Et in 2. differentia hoc eſſe diſcrimen affirmat, quod iudex ex officio procedens probationes ſuper fama recipere non tenetur, cum ſatis ſit, ſi ipſi iudici cõſtet, vt ſuperius annotauimus: ſecus autem ſi ad cuiuſpiam inſtantiam procedit. Nota rurſus ex eodem Panor. ibidem, in 4. differentia, quod quãdo proceditur ex officio non fit litis conteſtatio, quia non eſt cum quo fieri poſſit, cum ibi nullus aduerſarius exiſtat: ſed fit quaſi cõteſtatio inter infamiam, quae tenet accuſatoris locum, & inquiſiti reſponſionem. Nota vlterius quod in crimine haereſis quando proceditur ex mero officio, formari poteſt inquiſitio, nulla praecedente infamia, vt in ſimili habemus in c. ad noſtram. ext. de iureiur. vbi Ant. de But. id praeſertim verum eſſe dicit, cum iudex ex mero & puro officio procedit, & agitur de peccatorum correctione, vel imminet periculũ animarum, & allegat. c. 2. & penul. de ſupl. negli. praela. & c. fin. de cleri. peregri. quam limitationem adducit & extollit Auguſt. de Arim. in addit. ad Ang. in gloſ. haec eſt quaedam inquiſitio. in d. verſ. quarto principaliter. nu. 57. In cauſa vero haereſis agi de correctione peccatorũ, & maximũ animarũ imminere periculum, nemo ambigere recte poteſt. Hoc autem ſpeciale eſſe in hoc crimine dicit idẽ Auguſt. ibi.

Per inquiſitionem ex officio procedens, non recipit teſtes ſuper fama: imo etiã abſq; infamia, de haereſi inquirere poteſt.

ibi.nu.58.& adducit Card.& textum in c.excommunicamus.§.ad dijcimus.de quibus vide late per Carer.in ſuo tra.eo.nu.110.& ſeq.

Ex his omnibus colligere poſſumus quid in hoc ſacro officio ſeruãdum ſit circa indiciorũ copiam reo ante torturam tradendã. Quãuis enim Inquiſitor ex mero ſuo officio fere ſemper procedat, non tamen ob id auferri poteſt deſenſio, quæ de iure naturæ eſt, vt iura omnia, & Doctores aperte fatentur. Quare opinionem Lucernæ in ver.tortura.§.fin.non adeo veram exiſtimarem, vt in ſacri officij practica omnino ſeruanda eſſet, cum oppoſitam ſententiam vniuerſi ſuſtineant. Nec Panormitani doctrina ibi ex c.ad petitionem.adducta.ext.de accuſationibus.not.1.nu.2.illi fauere videtur ſi recte inſpiciatur. Immo cõtrariũ inde elicitur. Admittit quippe quod ex probationib. in generali inquiſitione receptis, cũ inquiſitio cõtra certũ collegiũ, ſeu certũ perſonarũ genus formata eſt, poteſt ad pœnæ impoſitionẽ procedi, abſq; eo quod probationes illæ denuo ſpecialiter recipiantur: ſed ſubdit quod ille nominatim citãdus eſt ad opponendũ, ſi quid opponere vult. Neſcio autem quomodo opponere inquiſitus valeat, ſi inquiſitionis copia illi non detur. Si quid igitur ex iſta Panormitani doctrina, & ex c.per inquiſitionẽ.ext.de electione.ibidẽ citato, quidpiã pro ſacri huius Officij practica ſumendũ eſt, illud mihi tantũ modo haberi poſſe videtur, quod poteſt ex probationibus in inquiſitione generali receptis, abſq; noua repetitione, quis de hæreſi dãnari: quia contra certum genus perſonarum proceditur, hoc eſt contra illos qui in fide errauerunt, & ſic, vt ibi Panorm. ſubdit, inquiſitio illa generalis contra quemlibet in ſingulari formata videtur: quod Gõdiſſaluo non placet, vt habetur in d.ſuo tract.q.10.nu.5. qui tamen Panormitano non modo præferendus, verum nec coæquandus eſt.

Ex probationibus in generali inquiſitione receptis, quis dãnari poteſt.

Hoc quoque diſplicet Simancæ in adno. ad Zanchinũ.c.7. & plane hæc Camilli ſententia tuta nõ eſt.

Addo decimo, indiciorũ copiã dandam non eſſe cum reus varius vel vacillans, aut trepidãs inuenitur. Idq; ſic mihi perſuadeo. Nam varietas aut vacillatio vel trepidatio, deficientibus alijs externis indicijs, adeo iudicem mouere poſſunt, vt ad torturam ex quolibet eorũ deueniat, per doctrinã Bartoli in l. de minore.§.plurimũ.& Bal.in tract.de quæſtionibus & torm.c.1.nu.11.vt etiam ſupra notauimus pag.61.& 62. Quã doctrinam refert & ſequitur Paris de Put. de Synd.in ver.viſo.de indicijs indubitatis.nu.1.& per totum.Guid.de Suz.de indicijs et tort.ver.quæ et qualia.nu.33.Frãc.Brun.in tract. de eo.in q.3.primæ par.nu.30.Hippol.de Marſ.in §.diligenter.nu. 74.& ante illum Ang.Aret.in opere maleſ.in gloſ.quod fama pub. ver.9.quæro.Marc.Ant.Blãc.de indicijs, in gloſ.poſt homicid.indicia, in ver.cõfeſſio facta per reum.nu.220.& in gloſ.ex verbis, indidicia, in princ.nu.259.& Ioſ.de examinibus reorũ.nu.3.& de reſponſionibus a reo facien.nu.4.Hippol.Riminald.in conſ.incip.formata fuit inquiſitio.quod eſt 106.in vol.1.conſil.criminal.nu.15. 10

Vacillanti, ſeu varianti, an ſit danda copia, cũ ex ſola variatione torqueri poſſit.

Hoc etiam caute accipias, nec enim quæuis variatio ad torturam ſufficit, niſi ea concurrant quæ tradit Pegña lib.3.adnot. in Dire.Schol.118.§.prima regula eſt. & ſeq.

Qui

Qui Doctores hæc omnia locum habere dicunt in teſte & in reo, vt ex eorum dictis manifeſte cõuincitur, & præcipue ex Par. de Put. in loco citato.num.4.& 6.qui adducit Luc.de Pen.in l.quoties.C.de digni.lib. 12. contra oppoſitam ſentemtiam Andr. de Iſer. in conſt. reg. ſi damna cland. & arguit ipſe Lucas, quod ſi teſtis torquetur, cuius dictum non valet, vt in authen.de teſt.§. ſi vero. & l.ex libero.ff. de quæſt.fortius torqueri debet principalis, cuius dictum contra ſe valet per l. de ætate. in princ. ff. de interrog. act. ſubl. Varietas quippe in principali cadit.c.ſuper his.de pœn. & hæc iniquitas appellatur.l. ſi quis iuſiurandũ.C.de rebus cred.vt ibi notat gloſſa. Hanc eandem doctrinam approbat Direct.par.3.q. 61. in prima regula, vbi dicit; Si delatus de hæreſi reperitur in ſuis confeſſionibus vacillans, ac varius, negans tamẽ id de quo principaliter inquiritur, quæſtionandus eſt, vt patet in his quæ notantur per Doctores in c.cum in contemplatione.de reg. iur. & de pœnis c. ſuper his. & 5. q. 5.c. illi qui. Ex his, inquit, præſumitur quod veritatem quam nouit celare velit, & quia id commode facere non poteſt, vacillat ac variat ad interrogatoria iudicis reſpondendo. Idem clarius dicit in eadem 3. par. in eo loco vbi agit de tertio modo proceſſum fidei terminandi. & caſum fingit, vt ſi delatus nec propria confeſſione, nec facti euidentia, nec teſtium legitima probatione deprehenſus eſt, nec extãt indicia ad talem ſuſpicionem, vt hæreſim abiurare debeat: ſed eſt in ſuis confeſſionibus varius, vel aliàs ſunt indicia ad tormenta, &c. talem dicit torquẽdũ eſſe. Et ne dubitares an cũ variatione aut vacillatione requirerẽtur alia indicia ſufficiẽtia ad torturã, quamuis ex ipſa loquendi ſerie ſatis conſtet, quia nõ copulauit indicia cum vacillatione, ſed disiunxit, dicendo, vel aliàs ſunt indicia, &c. in ipſa declaratione formæ ſententiæ interlocutoriæ pronunciãdæ ſuper tortura dicit. Si quæſtionãdus reperitur varius, & inſimul ſunt indicia alia ad quæſtiones ſufficientia, ponatur vtrumq́ in ſententia. Si autẽ hæc duo non concurrunt, ſed vnum tantũ, vt pote varietas ſine alijs indicijs, vel alia indicia ſine varietate, ponetur in ſentẽtia vt inuenitur. Hæc eadẽ de verbo ad verbũ habes in Sum. Tab.in ver.inquiſitor. §.14.et cõfirmãtur a Gõdiſ.in tract.de hæret.q.13.nu.6.iã ſup.pag. 53.citato. His addo Felyn.in c.quoniã cõtra.ext.de probat. nu. 49. eandẽ doctrinã confirmantẽ per Innoc.in eodem c.quoniam contra. & per Bal. ibidem. & in l. de minore.§. tormenta.ff. de quæſtio. & in l.4.& Imo.in d. c.quoniam. & D. Anton. & eundem Imo. in c. conſtitutus.de fideiuſ. Specul.in tit. de teſte. §. nunc tractandum.in verſ. conſiderare etiam debet. & per alios quos ibi vide.

Obſeruandum inſuper eſt ex prædictis Doctoribus, præcipueq́ ex Felyn.ibidem, quod iudex omnino debet diligẽter & diſtincte facere per notariũ in actis extẽdi, qua conſtantia aut trepidatione interro- Vacillatio trepidatio, et vultus accidentia.

E *gatus*

cur in actis notanda ſint.

gatus reſponderit, & quæ ſigna in facie oſtenderit, an pallorem, an lachrymas, an riſum, an ſudorem, an tremorem, &c. quia in caſu appellationis iudex ſuperior, qui non in facie, ſed in ſcriptis tantummodo teſtes & reos contemplatur, non poterit hæc agnoſcere niſi per primum iudicem deſcripta & extenſa fuerint. Et dicit quod ſecũdus non præſumet vacillationẽ, quia ſciebat ipſam in actis exprimendã eſſe per d. c. conſtitutus. & per gloſ. ibi. in verſ. fides. Quod bene nota tu qui es Vicarius aut Commiſſarius Inquiſitoris, aut aliter ad acta huius Sancti officij deputatus, debes enim agere, vt Inquiſitor tuus agnoſcere poſſit, quanta fides examinatorum dictis adhibẽda ſit; quod potiſſimum ex aſpectu dignoſcitur. Aliam rationem adducit Felyn. ibi, cur hæc extẽdenda ſint, videlicet, ne in ſyndicatu iudex ipſe arguatur quod abſq; indicijs reum torqueri fecerit, vt in d. c. quoniam. not. Innoc. quem Imo. Bart. Bal. & D. Ant. ſequuntur. Et addit Felyn. quod etiã ceſſante timore ſyndicatus, neceſſe adhuc eſt vt iudex eandem cautelam adhibeat propter honorem ipſius iudicis, quem plurimũ exiſtimare et reputare debet, vt in c. nolo. 12. q. 1. cum his quæ Cal. allegat in repet. c. noſtra. de cohab. cleric.

Quomodo vacillatio ſcribenda ſit.

Hæc in officio Sanctæ Inqui. diligenter obſeruanda eſſe puto, ſiue ipſe Inquiſitor, ſiue eius Vicarius aut ſubſtitutus examinet, vt periti, quorum conſilio vtimur, iuxta c. vt commiſſi. §. aduocandi. & c. fin. §. iubemus. eod. lib. 6. & Ordinarius, cum quo proceſſus communicandus eſt, vt ſupra c. 8. pag. 49. declarauimus; ea cognoſcere poſſint. Idem & Ordinarius obſeruare debet, vt Inquiſitor ex proceſſu ſibi communicato, ea ipſa percipiat. Iterum obſeruat ibidem Felyn. dictam vacillationem deſcribendam eſſe præſente teſte vacillante, quando eum ob id iudex punire intendit, iuxta c. ſuper his. ext. de pœnis. & l. nullum. C. de teſt. nec obſtare dicit c. cum dilectus. in fin. de ord. cog. quia fallit in hoc caſu vbi teſtis nõ ab alijs, ſed ex proprio defectu conuincitur: ſecus ſi ipſum punire non intendit, & adducit Innoc. Abbat. Spec. & D. Ant. Addit vlterius bonum eſſe quod notarius vacillationem, trepidationem, pallorem, &c. videat, & ſcribat, ſe talia, iubente iudice, ſcripſiſſe, & addat, & ita mihi quoq; videbatur. Tunc enim dicit ſcripturam efficaciorem fieri. & adducit Hoſt. & alios, vltra Innoc.

Quæ ex rei perſona prodeunt, ſolus iudex cõſiderat.

Quibus ita diſpoſitis et explicatis adde, quod an ex tali variatione, titubatione, vacillatione, trepidatione, ſudore, &c. delatus ipſe torqueri debeat vel ne, ex iudicis arbitrio pendet. Quod infra probatur in hoc cap. 9. in additione, ſuper ver. nunquid poterit torqueri. & c. ad litterã. ead. pag. 68. ideo vide ibi. Et adde hæc præcipue ex arbitrio iudicis pendere, vt per Bal. in l. presbyteri. C. de epiſ. & cler. quẽ refert & ſequitur Aug. de Arim. in addition. ad Ang. in d. gloſ. quod fama pub. nu. 105. & per Panor. in c. quãto. de præſũptionibus.

Idq;

Idq́; eo probari poteſt, quia non ab extra veniunt, ſed ex propria perſona ipſius delati, & in conſpectu iudicis fiunt, ideo a nullo melius quàm ab ipſomet iudice conſiderari & perpendi poterunt. Facit ad hoc quod de teſte infra ſtatim dicemus, cui ea de cauſa copia ante torturam non eſt danda, iuxta Bart. doctrinam infra mox allegandam, quia potius iudex ipſe quàm aduocati, qui non interfuerũt examini, debet ea a ſeipſo conſiderare. De quibus vide Brun. in d. tract. in q. 4. par. 2. nu. 15. & Boſ. de indicijs, &c. nu. 81. qui per iura & doctores cõcludunt, talẽ diſputationẽ ſuper ſimilibus indicijs nõ aduocatis, ſed ipſi iudici commiſſam eſſe. Quæ autem iudex ex ſe examinare poteſt, ceteris committere ſeu aliter dare nõ tenetur. Sat quippe erit ſi Inquiſitor cum ſuis timoratis conſiliarijs, fidei Zelatoribus ea conferat, & aduocatorum moleſtias effugiat.

Vnum adhuc pro completa huius vacillationis trepidationis, &c. inſtructione, obſeruare non pigeat: quod & ſi Doctores antea producti, ex Bart. doctrina conſtanter affirment, abſq; alijs indicijs, ex his tantummodo quæ coram iudice delatus ipſe, loquendo trepide vel varie fecit, indicia ad torturam accipi poſſe, non tamen putandum eſt, quod ob id omnia alia indicia, ſeu præſumptiones prorſus excludantur. Dicta nempe illorũ Doctorũ intelliguntur de indicijs ſufficientibus ad torturam tantum, non autem de indicijs ſeu præſumptionibus ſufficientibus ad inquirendũ, citandum, arreſtandum, medioq́; iuramento interrogandum. Suppoſitis itaq́; talibus ad inquirendum & arreſtandũ ſufficientibus, ſed non exiſtentibus indicijs ad torturã, poteſt prudens iudex ex vacillatione, & ſimilibus, indicia ad torturã ſufficiẽtia colligere. Ita notabiliter obſeruat Boſ. de examin. reorum. nu. 8. Quod ſi variatio contingit in tortura, dũmodo præcedentibus legitimis indicijs tortus fuerit, poterit ob ipſam variationẽ abſq; nouis ſuperuenientibus indicijs iterum torqueri. Ita declarat Auguſt. de Arim. in addit. ad Ang. Aret. in d. gloſ. quod fama pub. in ver. nono quæro. ex Bal. in l. presbyteri. C. de epiſc. & cler. Et dicit ſolã trepidationem vel mutationẽ coloris vultus non ſufficere, niſi concurrant alia, quæ iudicis arbitrio, vti iã diximus, relinquũtur. per Bal. ibidem. Idq́; ex Bar. ſententia in l. fi. ff. de quæſt. Confirmat Marſil. in d. §. diligenter. nu. 74. & multa allegat, quæ vide. Idem dicit Blancus vbi ſup. in d. nu. 220. & 221. Quid autem ſit mendaciũ, quid vacillatio, quid variatio, vide per Pari. de Put. vbi ſup. nu. 3. 6. 8. 10. & per Fel. et Marſ. & præcipue vide Pract. Papien. in forma oppon. contra teſtes. ver. etiam varij, & alios iam productos, in locis ſupracitatis, non enim omnia hic ita exacte ſunt recenſenda.

Ob vacillationem, &c. quis torqueri nõ debet, ſi præſumptiones aliquæ non procedũt.

Indiciorum vero copiam aliàs dandam eſſe tenet etiam Direct. in 3. par. de prorogantibus proceſſum fidei. verſ. ſecundũ quod prorogat, &c. vbi dicit quod defenſionum conceſſio quandoq́; quidem

Confeſſo aut conuicto, copia non datur.

ſuperflua eſt: vt cum delatus aut per teſtes, aut per confeſſionem propriam conuictus apparet. Nam tunc illius potius confeſſioni, quàm teſtium depoſitioni ſtatur & creditur. Nonnunquam vero neceſſaria eſt, vt cum crimen delatus ipſe negat, & contra illũ teſtes extãt, & defenſiones petit: tunc ſiue de eius innocentia aut pertinacia, vel impœnitentia & malitia præſumptio habeatur, defenſiones iuris ſibi concedi debent. Et per ipſum Inquiſitorẽ concedendus quoq; eſt aduocatus, & etiam procurator, qui ſint viri probi, & fidei zelatores, vt etiam dixi ſupra. c. 5. pag. 23. c. ſuper. ver. fundit pro eis preces.

Teſtis abſq; copia, torquẽdus eſt.

Sed quid de teſte torquendo? Debet ne indiciorum copia illi dari ante torturam? Dic quod non. Immo poſſunt ex aliquibus præſumptionibus teſtes ipſi torqueri abſq; alijs indicijs præcedentibus, vt ſi variant & vacillant, &c. vt per citata per Brun. in d. tract. q. 4. partis 2. nu. 13. 14. & 15. Nec ſuper indicijs habitis contra teſtes, cum aduocatis diſputandum eſt, ſed id committitur iudici, & dicit Brunus ibi, ita intelligendam eſſe. l. is cui. ff. de quæſtion & authen. de teſti. § . ſi vero ignoti. & C. de teſtibus. l. nullum. & adducit Bar. quem tu ibi vide. & in l. cuſtodias. ff. de public. iud. & in l. vnius. ff. de quæſtion. Hanc eandem ſententiam Bart. refert & ſequitur Boſſius, in tit. de indicijs & conſid. ante tort. nu. 81. & in tit. de tortura teſtium. num. 39. Et hoc optima ratione, vt inquit Boſ. in d. num. 81. quia negotium inuolueretur, nimiſq; prorogaretur, & quod peius eſt, ipſi teſtes ad reuocandum confeſſionem ab aduocatis malæ conſcientiæ inſtruerentur, &c.

Quando abſq; indicijs quis torqueri poſſit.

Caſus tamen datur, in quo quis abſq; indicijs, & copia data, torqueri poteſt, vt ſi inquiſitus præſens exiſtens, inquiſitioni reſpondere nollet. Tunc quippe torqueretur, non ad eruendam confeſſionem, ſed reſponſionem affirmatiuam vel negatiuam. Ita ponit Brun. in dicto tract. q. 5. partis 2. nu. 4. & allegat Bal. in l. ſi accuſationem. C. qui accuſare non poſ. Idem tenet Lancil. Conrad. in ſuo prat. de offic. prat. in cauſa crim. in rubr. de negatione criminis, & tormentis, num. 33. & adducit alios, quos ibi vide. Item ſi inquiſitus in debito termino non comparuit, & effectus eſt contumax: poſtea venit contumaciam ipſam purgaturus, poterit abſq; alijs indicijs torqueri ob præcedentem contumaciam. Ita dicit Brun. vbi ſupra num. 7. & adducit Nic. Mat. & Bal. in l. 1. § . ſequitur videre. C. de hære. inſtit. De hoc caſu diffuſiſſime tractatur per Boſ. in d. tit. de indicijs & conſid. ante tort. a num. 132. vſq; ad num. 136. & d. Lancil. vbi ſupra. Qui Doctores etiam ponunt caſus adductos per gloſ. 12. q. 2. c. quæſtionem. quos tu vide.

In crimine hæreſis, facile ad torturam proceditur.

Nunquid poterit torqueri, &c. *Adde quid ſit indicium, quidue præſumptio, vt per Gand. in rubr. de præſumptionibus & indicijs dubitatis, &c. per totum, & per Brun. in tract. de indic. par. 1. q. 1. nu. 2.*

nu.2. Paul. Ghirl. de quæſtion. & tort. ver. tertio quæro quæ ſint legitima, &c. in princ. Ang. de malefic. in gloſ. quod fama pub. præc. verſ. quæro quid ſit indicium. & per alios de hoc ſcribentes. Deinde obſerua quod tam prædicti Doctores quàm pleriq; alij vnanimi ſententia tenent, quod, quæ & qualia indicia ſufficiant ad torturam, per certam regulam præſcribi non poteſt, ſed bono iudicis arbitrio relictum eſt. per l. teſtium. ff. de teſtibus. §. tu magis ſcire potes. & per alia multa allegata a Guid. de Suz. in d. ſuo tract. verſ. quæ & qualia indicia, &c. & a Lud. Bol. ibi in addition. & per Brunum vbi ſup. in q. 3. partis. 1. Ang. de Malef. in dicto loco iã citato. Auguſt. in additione ibidem. Ghirl. vbi ſupra num. 17. Marſil. in §. diligenter. nu. 22. & ſeq. Boſ. de indicijs, &c. nu. 30. & per alios quos pro libito perquirere poteris. Rurſus obſerua, quod hæreſis crimen, vnum ex his eſt, quæ clanculo fiunt, vt in c. excõmunicamus. §. addijcimus. in ver. occulta cõuenticula celebrantes. ext. de hær. & quæ non facile probari poſſunt, vt in tractatibus proditionũ contra principem, & in tondentibus aut falſificantibus monetam, & ſimilibus contingit, ex indicijs minus legitimis ad torturã procedi poteſt. Ita dixit Alexan. in conſ. 77. in 2. & 3. col. in 1. vol. incipien. in cauſa accuſationis de crimine falſi, &c. quem refert, & ſequitur Lud. Bolog. in addition. ad Guid. in loco citato. nu. 38. vbi allegatur Bal. in l. 3. C. de Epiſcop. aud. dicens id mẽti retinendum eſſe. De quibus etiã vide per Marſil. in §. principium. qui adducit Bal. in l. quicunq; . C. de ſeruis fugit. in verſ. octauo nota, &c. aſſerentem quod in ſecretis tractatibus & conſilijs, propter difficultatẽ probationis, peruenitur ad torturã, & quandoq; etiam ad condemnationem. Et allegat l. milites. §. oportet. C. de quæſtionibus, & alia plura. Idem tenet Boſ. in ſæpedicto tract. de indicijs, &c. nu. 195. & ſeq. qui multa allegat, ideo vide, & recole indicia ab Authore enumerata in c. 7. pag. 31. & ſeq. & conſidera crimẽ hæreſis in mẽte latere, & verbis & factis patefieri, quæ extendi & ampliari poſſunt. Practica vero, quam hic nobis exhibet. D. Author, habetur etiam in Direct. in 3. par. de tertio modo terminandi proceſſum fidei. & clarius in q. 61. in 2. regula. vbi expreſſe ponit, quod ad vnius teſtis dictum, quis torqueri poteſt. allegat Azon. in Summa in tit. de quæſtionibus, & notata in c. præterea. de teſtibus. Quæ doctrina ab alijs etiam probatur, vt per Ang. in d. gloſ. quod fama publ. præc. verſ. quæro qualiter probatur, &c. nu. 10. & late per Auguſt. ibi. num. 12. Abba. in c. cum in contemplatione. de reg. iur. nu. 2. qui dicit, omnes ita affirmare. Ghirl. vbi ſup. num. 18. Marſil. in §. diligenter. num. 1. 2. & 3. Lud. Bol. in addition. ad Guid. & ipſum Guid. verſ. ſed quid ſi probatum, &c. nu. 90. & ſeq. Marc. Ant. Blan. de indicijs. in rubr. ex proceſſu & teſtibus indicia. verſ. teſtis de viſu. & per alios multos, quos breuitatis cauſa prætereo.

In torquendis reis in hoc crimine quis ordo ſeruari, et qualia indicia concurrere debeãt, & cetera huc ſpectãtia, vide in Directorio Inquiſito. par. 3. in 3. modo proceſſum terminandi. & q. 61. & ibidem latiſſime Scho. 53. 54. et 118.

Camilli Camp. excuſatio.

Hæc & ſi prolixius tractaſſe videor, ſcio tamen me hactenus ab ea moleſtia Inquiſitores & alios huius Officij ſacri miniſtros prorſus immunes haud effeciſſe, quâ nõnulli cauilloſi & callidi, ne dicam improbi aduocati & procuratores, eos horis ſingulis torquent, & mille modis excruciant. Quæ cum ego ipſe adeo ſuſtinuerim, vt adhuc abſens exiſtens cruciatum iſtum per Vicariorum meorum litteras experiar: optabam vniuerſas illorũ machinas euertere, nouos miniſtros inſtruere, facilemq; iudicij huius viam aperire. Sed ne id plenius aſſequar, temporis anguſtia, Typographi ſolicitudo, & eius præli voracis ingluuies omnino prohibent. Et præter hæc, illud mihi quiſpiã fortaſſe obijceret, me, additionum terminos, tanta prolixitate exceſſiſſe. Quare, in ſequentibus breuitati lubens ſtudebo.

An Inquiſitor poſſit carcerare, & quando; & quid de fugientibus, vel tentantibus frangere carceres. Cap. X.

SVMMARIVM.

1 *In quibus caſibus poſſit Inquiſitor aliquem carcerare.*
2 *Fideiuſſores non ſe aſtringant ad pœnam corporalem, ſed pecuniariam.*
3 *Ad pœnam, quando quis carcerandus ſit.*
4 *Frangentis carcerem, aut tentantis fugere pœna.*
5 *Inquiſitor poteſt aliquem per ſententiam condemnatum, iterum condemnare.*

De materia huius quæſtionis Directoriũ 3. par. q. 68. & 69. & pleniſſime ibidẽ Scho. 116. & 117. ubi totus ordo ſeruandus in hac cauſa deſcribitur.

INQVISITOR † poteſt de iure inquiſitos de hęreſi carcerare duabus de cauſis. vna ad cuſtodiã, alia ad pœnam. Ad cuſtodiam fit carceratio ex infraſcriptis cauſis. Nam vbi coram Epiſcopo præſentetur is cõtra quem inquiritur, ſiue inquiratur de tam leui exceſſu, quod poſſit committi fideiuſſoribus, & ipſe non det fideiuſſores; ſiue de cauſa deteſtabili, & graui crimine, & extent probationes iam factæ contra eum; vel ipſe iam eſt confeſſus crimen, ita quod veniat puniendus pœna hæretici; quo caſu non eſſet committendus fideiuſſoribus: vel quia forſan Inquiſitor non eſt plene inſtructus, qua pœna iſte veniat puniẽdus: & per hoc vult ipſe quod ex vinculis cauſam dicat, & cuſtodiatur in carcerem, donec in primo caſu det fideiuſſores; vel in ſecundo, donec declaretur qua pœna veniat puniendus: vel an forſan veniat abſoluẽdus. 1

Quibus

Quibus omnibus caſibus, reus poteſt interim retineri, vt ff. de cuſto. re. l. 1. & l. ſi confeſſus. & l. diuus. & certe tunc detentus
a carcerabitur [a] ex prædictis cauſis ad cuſtodiam, non ad pœnã: nam regulariter carcer inuentus eſt ad cuſtodiã, nõ ad pœnã. ff. de cuſt. re. l. 1. & ff. de pœnis. l. aut damnum. §. ſolent. C. de *Hæc ſententia*
2 pœnis. l. incredibile. cum ſi. Et ſcias † quod eo caſu quo recipe- *eſt vera et cõmunis. Antonius Gomez. tom. 3. uar. reſolut. c. 9. nu. 8. & Pegña lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 139. vbi plene de fideiusſione in hoc crimine.*
rentur fideiuſſores, ipſi non aſtringent ſe ad pœnam corporalem, vt ff. ad municip. l. libertus. §. fin. & ff. ad l. Aquil. liber homo. ſed ad pœnam pecuniariam ad arbitrium Inquiſitoris, vt ff. de cuſto. re. l. ſi quis reum. C. de fideiuſſ. & mand. ſi Barſatoram. ſecundum primam lecturam. Ad † pœnam autem fit car-
3 ceratio quandoque: nam poteſt Inquiſitor damnare reum duro carceri; vel detrudere in arctum monaſterium in perpetuũ, vel ad tempus in pœnam, & afflictionem ſui corporis, & deteſtationem ſui criminis. Et non erit iſta proprie pœna hæretici: quia illa eſt certa, & determinata a iure, vt infra in c. de pœnis hæreticorum. ſed erit quædam purgatio, & pœna pænitentialis, vt patet infra, de pœnis pœnitentialibus, &c. Nam intruſio in monaſterium, & carceratio fit, vt per hoc ille detruſus, vel incarceratus pœniteat ibi: & per hoc appareat an ambulet in tenebris, vel in luce: & oſtendantur ſigna in eo pœnitentiæ, & correctionis veræ, & non fictæ: & ne ipſum pecus morboſum inter homines perſiſtens inficiat alias oues ſanas. Et ita ſunt intelligenda iura, ext. de hęret. c. penul. §. ſi qui autem. ext. eod. c. vt cõmiſſi. lib. 6. vbi de hoc per Archid. & ext. de pœnis. quamuis. lib. 6. Et ita patet in textu, quod ex iis duabus cauſis Inquiſitor incarcerat: ſcilicet ex cauſa cuſtodiæ, & ex cauſa pœnæ, ſeu pœnitentiæ: ext. eod. c. 1. in compila. Clementis. In hoc tamen eſt differentia: quia carcerare ad cuſtodiam poteſt Epiſcopus ſine Inquiſitore, & Inquiſitor ſine Epiſcopo: ſed ad pœnam non poteſt vnus ſine alio, vt ibi expreſſe habetur in textu.

Cap. 18.
Pœna pœnitentialis.
Cap. 20.
Concilium Biterrẽſe. c. 23. Schol. 65. li. 3. in Directoriũ.

4 Sed † pone quod carceratus ad cuſtodiam tantum, fregit car-
b cerem, [b] & aufugit; vel conſpirauit, & tentauit de fugiendo: ita quod non ſtetit per eum quo minus fugeret: & quid erit? Dic quod idem quod in aliis criminibus. Sed in aliis criminibus hoc eſt tenẽdũ: quod captus frangẽs carcerẽ, & aufugiẽs, punitur pœna capitis ſi capiatur, vt ff. de effract. l. 1. in princ. at ſolũ conſpirãs, vel tentans punitur eatenus vt habeatur pro cõuicto de crimine pro quo erat captus, vt ff. de cuſto. re. l. in eos.

Caue tanté ab hac ſententia, quia falſa eſt, vt vere docet Simancas catho. inſtit. tit. 16. nu. 27. & in adnot. ad Zanch. c. 8. & Ioan. Rojas tract. de hære.

par. 2. aſſertio. 15. & lib. 3. adnot. in Directoriũ Schol. 47. nam effractio carceris nihil habet commune cũ hæreſi.

** De hac quoq; difficultate videto Directorium par. 3. q. 97. & ibi latiſſime Scho. 144. lib. 3*

& per Doctores ibidem. Vnde per dicta iura poteſt dici, quod multo fortius captus pro hæreſi fugiens, vel attentãs frangere carcerẽ, pro conuincto habeatur, vt tanquam hæreticus dãnetur. De* eo vero qui erat detruſus in carcerem ſeu monaſteriũ ad pœnã, [c] ſeu pœnitentiã peragendã; & aufugit, ſeu tentauit fugam; ita quod non ſtetit per eum; nulla eſt dubitatio quod pro hæretico poſſit damnari. Nam deficiens in purgatione iniuncta damnatur pro hæretico, vt ext. de præſump. cap. litteras. & de purgatione canonica c. inter ſolicitu. in fin. Nec eſt mirum: quia pro hoc in eo præſumitur confeſſio, ſeu conuerſio ficta, & non vera, & materia veri erroris recondita: & ex poſt facto oſtendit ſibi veterem errorem placuiſſe: nam exitus acta probat, vt de pœ. di. 2. ſi quis ſemel. 22. q. 2. quod autem ait. 24. q. 1. cum per bellica. & veniant dicta infra de confeſſo poſtea retractante. Sed circa † hoc poſſet opponi: 5 Inquiſitor impoſuit ſibi ſemel pœnam, ſeu pœnitentiam: & ſic functus eſt officio ſuo: quomodo poterit ſe ammodo intromittere, hunc iterum condemnando contra iura? ff. de re iudi. l. iudex. & ext. de officio delegat. cap. in litteris. maxime cum dicatur eſſe iudex delegatus, vt ext. de hæreticis. c. per hoc. lib. 6. & poſt ſententiam vltra annum non videatur extendi iuriſdictio Delegati, vt ext. de offic. deleg. cap. quærenti.

Cap. 23.

Reſponſio.

Sed dico, quod non obſtante hac oppoſitione, Inquiſitor poterit damnare iſtum iterum duplici ratione. Prima, quia ex iſto nouo facto, & ex iſta noua fuga oritur noua, & violenta ſuſpicio hæreſis contra iſtum, per iura præmiſſa: ex qua violenta præſumptione orta ex iſto facto, reincidit in poteſtatem, & iuriſdictionem Inquiſitoris: & ob hoc poteſt ab eo iterato damnari: vt patuit ſatis plene ſupra in c. ex quibus indiciis. & in c. de modo procedendi, &c. Secunda ratio eſt, quia illa iura quæ ſupra allegantur, quod poſtquam iudex tulit ſententiam, non habet ſe intromittere, quia functus eſt officio ſuo, loquuntur vbi ſententia diffinitiua fuiſſet lata per eum: ſed in caſu propoſitæ quæſtionis, impoſitio pœnitentialis pœnæ non eſt ſententia diffinitiua: prout patet in c. vltimo de formis ſententiarum ferendarum contra damnãdum. Et quod dicitur de lapſu anni, non obſtat: cum & illud loquatur in diffinitiua: & loquatur etiam in executione primæ ſententiæ. At in caſu noſtro non exequitur primam ſententiam: ſed

Caute hec accipe, & ſupra citatos cõſule.

Cap. 7.

Cap. 9.

Vide ſupra in additione pag. 48. ſup. verſi. diffinitiuam. et omnino Simancam, catho. iu-

ſed propter nouum factum,& nouum exceſſum,nouam,& grauiorem pœnam infligit,vt patet ex prædictis.

ſlit.tit.60.nu. 9. & Schol. 144.lib. 3.in Directo.

ADDITIO.

De modo detinendi & carcerandi in cauſa hæreſis.

a Carcerabitur. *Adde quod in hoc crimine, nulla verbali citatione præcedente,delatus perſonaliter capi & carcerari poteſt. Idq; tunc præſertim fieri Doctores affirmant,quando grauiſſimum eſt delictũ, vt hoc eſt. Ita dicit Bart. in l.fin.ff.ad l.Iul.pec.& in l.1.ff.de cuſtod.reo.quem refert & ſequitur Gondiſ.in tract.eod.q.11.nu.4.& adducit Salyc.in l.2.C.de exhib.re. Et vnuſquiſq; de domo ſua, vi extrahi & ad carceres duci poteſt, per gloſ.in l. nemo.ff. de re iud. quamuis in ciuilibus id prohibeatur a d.l.nemo. Quod ſi illi qui capiendi ſunt, miniſtris reſiſtunt,cum armis inuadi, & etiam impune occidi poſſe,probat idem Gondiſ.in d.q.nu.14.per text.in l.ſi ſeruus. C.de his qui ad eccleſ.confug. & rationem addit,quia iuſte inuaſo, ſeſe defendere minime permittitur, vt not.Bart. in l. vt vim.ff. de iuſt.& iure.& per Card. in clem.ſi furioſus. de homicid. Facit ad hoc quia hæreticus omnis nullo priuilegio obſtante, a quocunq; impune percuti & occidi poteſt. per authen. Gazaros. ibi, diffidamus. & per Card.in clem.2. de elect.§. ceterum. Fely.in c.ſi. de hæret.quos refert & ſequitur Lud. Car. de hæret.nu. 148.*

Sed tutius eſt vt hoc fiat publica auctoritate.

b Fregit carcerem,& aufugit,&c. *Adde quod hæc D. Authoris doctrina probatur etiam per l.milites agrum.§.eius fugam. ff.de re milit.& l.ſi quis aliquid.§.miles.ff. de pœnis.& per Doctores in dictis locis. Item & per practicos Criminaliſtas, vt per Ang.de maleſic. in gloſ. quod fama publ. prac.in verſ. tertio quid ſi quis poſitus fuit, &c. nu. 82. Qui addit talem effractorẽ fugientem haberi pro confeſſo,etiam ſi crimen non commiſerit per d.l.in eos.de cuſto.reo.& l. fin. eod.tit. & per gloſ & Bart.eo in loco.Confirmat Auguſt.ibi in additione,& Brun.de indicijs,&c. in q.3.partis.1. nu.9.qui vltra d. iura allegat etiam l. lex Cornelia. C. ad Syllan. Subſcribit præterea Paul. Ghirl. de relaxat. carcer. in rubr. de fuga incarcerati. num. 7.Marſil. in.§. diligenter. num. 46. Lancil. Conrad. in prætorio,in cauſ. crim.in tit. de carceratione. num.17. cum multis allegationibus per eum adductis. Bonif. Vital. de carceribus priuatis. num. 12. Boſ. in tit. de effractoribus carcerum, per totum, & in tit. de captura,num. 20. Iodoc.Brugen. in pract.tit. de effractione carceris,per totum.Foller.in 4. par. partis. 3. in rubr. & ſi confitebuntur.num.45.& ſeq.& Boerius in deciſione 215.nu.11.in par. 1. vbi examinat ſententiã Baldi in conſ. 230.vol.1.ſeu ſecundum alios in vol.3.in conſ. 32.in princ.Idem tenet Guilielmus Bont. de pœna mortis. num. 4.*

Ex ſupra citatis intelliges præſertim in cauſa hæreſis, hanc ſententiã nõ eſſe veram: ideo eam caueto.

Cur

Quare effractores carcerũ acrius puniantur.

Cur autem effractor acrius puniatur, eo ſieri Iodoc. ibi dicit, quia hac effractione maius & intenſius delictum redditur. argu. l. 3. in fi. C. de epiſc. audien. & l. ſeruos. circa mediũ. C. ad leg. Iul. de vi. publ. l. capitalium. §. ſolent. ff. de pœnis. & l. omnes. Nam clauſura publica violatur, publica iuſtitia læditur, & miniſtris periculum paratur. Qui enim poteſtati reſiſtit, Dei ordinationi reſiſtit. Rom. 13. Quæ vero ad conſcientiam attinent, an fuga, & carcerum ſeu vinculorũ effractio, damnato ad mortem ſit licita, a D. Tho. & Card. Caiet. abunde perpenduntur ſec. ſec. q. 69. ar. 4. & præcipue in reſp. ad 2. & a Petro a Plaza in Epit. crim. c. 23. de his qui mort. ſibi conſciuere. nu. 6. & a Boerio in d. deciſ. nu. 32. & ſeq. An autẽ hæc externo iudicio cohæreant, vbi ſecundum leges proceditur, tu vide. Nam inter conſcientiã, & forenſe iudicium, diſcrimen ingens apparet. Et ſpeciale quid in cauſa hæreſis attendendum eſſe proculdubio puto, vbi de omnium grauiſſimo agitur crimine, & de ſalute animæ tractatur. Vnde qui carcerum ſacri Officij effractor exiſtit, propriã ſalutem contemnere, & crimen ipſum, quod deteſtari deberet, approbare videtur. Quare ambigendum non eſt, quin ſeuero legum diſcrimini, iuxta D. Authoris, & horum Doctorum ſententiam exponi debeat, qui tam indigni facinoris authorem ſeipſum conſtituit. Vide etiam conſ. D. Guidonis. quoniam illis. §. addiicitur.

Pœnam effractoris carcerũ in hoc crimine tradit Simancas catho. inſti. tit. 16. nu. 23.

Carcerarii cuſtodes.

An autem & quando carcerarij cuſtodes de fuga & fractura teneantur, vide per Pari. de Put. in tract. de Synd. in verſ. carcer. in verſ. an poteſtas qui aliquem tenebat, &c. & in verſ. ſeq. & late per Boer. in deciſ. 217. parte 1. per tot. & præſertim nu. 5. & per Ang. de malefic. in d. gloſ. fama pub. verſ. & aduertas. nu. 91. Marſ. in d. §. diligenter. nu. 52. & in §. attingam. nu. 73. Boſ. in tit. de official. corrupt. pecunia. nu. 31. Lancil. vbi ſup. nu. 21. & per alios iam ſupracitatos, qui etiam tractant de auxiliatoribus, & cooperatoribus, & reuelantibus, &c. ſed non omnia hic recenſenda ſunt. Ideo tu quoq; quære & labora, ſat enim ſit admonuiſſe.

Ea etiam quæ hic memorat Campegius, nõ debent facile admitti, & multis animaduerſionibus opus eſt. de quibus videto Pegñam lib. 3. ad no. in Directo. Schol. 144. §. ſed altera. cũ

Detruſus in carcerem ad pœnam, &c. *Adde quod Eccleſia carcere ad pœnam vtitur, vt notat Felyn. in c. excõmunicamus 2. ext. de hæret. iure autem ciuili deputatur carcer ad cuſtodiam tantum. l. ſi ſeruus. & l. incredibile. C. de pœnis. pro quo facit c. quãuis. de pœnis. in 6. & gloſſa fin. ibi. Quod autem ille, qui, a loco ſibi pro pœnitentia aſſignato, fugit, pro hæretico damnari poſſit, confirmat idem Fely. in d. c. excommunicamus. & allegat Io. And. in c. vt cõmiſſi. eod. lib. 6. dicitq; talem fugientem ex hoc ſolo haberi pro conuicto, ac ſi in hæreſim relapſus eſſet, & quod abſq; vlla audiẽtia ſeculari brachio tradendus eſt, iuxta c. ad abolendã. eo tit. Quibus omnibus ſubſcribit Nicol. Arela. in tract. de hæret. notab. 6 Rurſus adde, in eandem pœnam illum incidere, qui aliam impoſitam ſibi ab Inquiſitore* C

pœnitentiam

pœnitentiam poſt abiurationem non adimpleuit. Ita tenet Zenzel. Matheſi. & Io. de Imo. in Clem. 3. in gloſ. ſuper ver. propagine. de hæret. Io. Cal. in c. litteras. de præſumptionibus. & Fed. de Sen. in conſ. 156. incip. Alexan. epiſcopus. quos refert & ſequitur Arelat. in d. tract. notab. 30. & videtur ab Authore in illa ratione in hoc loco tangi, ex eo videlicet quia deficiens in purgatione damnatur, & etiam patet ex præcitato c. litteras. *multis ſeq.*

Quis admittatur ad accuſandum, vel deferendum de hoc crimine: & an, & quando Inquiſitor ex officio procedat. Cap. XI.

SVMMARIVM.

1 *Vnuſquiſq; indiſtincte admittitur ad accuſandum de hæreſi.*
2 *Inquiſitor poteſt admonere publice & generaliter, vt ſcientes aliquos errare ſibi referant.*
3 *Quid ſi nullus eſt accuſator aut delator, ſed tantum laborat quis fama publica?*

1 VIDETVR † quod quilibet indiſtincte admittatur ad accuſandum, & deferendum alium de hæreſi: nam idem eſt in crimine læſæ ma. vt ff. ad l. Iul. maie. l. famoſi. & C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. & idem in crimine ſimoniæ, vt ext. de ſimo. c. tanta. Ergo in hoc maximo crimine multo magis: cum longe ſit maius diuinam, quàm temporalem offendere maieſtatem. ext. de hæret. c. vergentis. Et hoc crimen eſt publicum: & eius accuſatio competit cuilibet de populo: quia in omniũ fertur iniuriam; quod in diuinam religionem committitur. C. de hæret. l. Manichæos. & habetur expreſſe in quadam conſtitutione Federici Imp. quæ incipit: Inconſutilem tunicã Dei noſtri. circa finem. Immo† Inquiſitor poteſt admonere omnes publice, & generaliter ſuper cultu fidei: & quod ſi ſciant aliquos errare; debeant ſibi referre, vt ext. de hæret. c. excommunicamus. §. addiicimus. ad quod concor. ext. de ſponſa. c. cum in tua. qui matr. accuſa. poſ. c. fin. & ff. de offi. præſi. l. congruit. Et ſi aliquis ſcit aliquẽ errare, & non defert, nec prodit illum; incidit in excommunicationem, & ſuſpicionem hæreſis, vt eſt dictum ſupra in c. de fautore. Sed † pone quod nullus compa- ret accuſator: ſed tamen fama publica [a] laborat cõtra aliquem

Quilibet indiſtincte admittitur ad accuſandum.

Hanc habes in bullario apud Directo.

Ioan. Rojas late ſing. 5. Cap. 5. nu. 3. pag. 25.

Quæſtio.

(margin numbers: 2 beside "noſtri. circa finem"; 3 beside "dictum ſupra"; a beside "ret accuſator")

quod

De eo contra quem laborat fama publica. Solutio.

quod eſt hæreticus; vel quod quotidie conuerſatur cum hæreticis; vel quod euitat communionem, vel conſortium fideliũ; vel nunquam vadit ad diuina officia; quid fiet? Dic quod Inquiſitor, vel Epiſcopus poterit procedere, & inquirere contra talẽ ex ſuo officio: quia fama ſuccedit loco accuſatoris, vt ext. de accuſ. c. qualiter & quando. il. 2. & c. inquiſitionis. Vnde merito poteſt procedi contra talem, vt dicto §. addiicimus. & in eod. c. §. qui autem. ad quod 26. q. 6. §. qui. Et plene not. de hoc per Archid. in c. accuſatus. in prin. lib. 6. ſuper verbo, orta. Immo ſi Inquiſitor, vel Epiſcopus hic ſcienter negligerent contra eum procedere, & eum punire; inciderent in ſuſpicionem hæreſis pro ſe, vt ext. de hæret. qui alium. & dictum fuit ſupra in c. iam allegato de fautore. Teſtes autem non ſic indiſtincte admittentur, vt ſtatim infra in ſequenti. c. oſtendetur.

Quomodo incurritur ſuſpicio hæreſis per Epiſcopum, vel Inquiſitorem.

ADDITIO.

a Fama publica, &c. *Adde Gand. in rubr. de quæſtion. nu. 39. ibi. Sed de vno quæro, &c. qui diſputat, an ille, contra quem de crimine per publicam vocem & famam probatum eſt, torqueri poſſit. Et adductis hinc & inde rationibus, cõcludit quod fama de iure canonico ſemiplenam probationem inducit, dictoq; vnius teſtis æquiparatur. c. illud. ext. de præſum. & c. ſi quis. ext. de purg. can. & c. cum deſideres. §. ſecundæ. ext. de ſent. excom. & ibi gloſ. in verſ. ſi publica fama. arg. ff. de ſup. leg. l. 3. in fi. & ob eam cauſam ex fama ſola poſſe ad tormenta procedi. Idq; ab omnibus aſſeſſoribus communiter obſeruari conſueuiſſe atteſtatur, quamuis etiam pro & contra ſecundum diuerſas opiniones, per iudices plerumq; obſeruatum eſſe viderit. Dicit vlterius quod ſi præter famam erit aliquod indicium, proculdubio ad torturam procedi poterit. Cui dicto adhæret Brun. in ſæpedicto tract. in q. 3. par. 1. verſ. ſed an aſſertio iniuriati, num. 32. vbi mordicus tenet, neminem per ſolam famam torquẽdum eſſe, niſi cum alijs indicijs iuncta videatur. & ita dicit tenuiſſe Bart. in l. fin. ff. de quæſt. & in l. de minore. §. tormenta. eod. tit. Salyc. in l. ea quidem. C. de accuſat. & gloſ. in l. 3. §. eiuſdem. ff. de teſt. Cyn. in l. fin. C. de quæſt. & Bal. in c. 1. §. iniuria. de pace iur. fir. Eandẽ ſententiam tenet & multis allegationibus confirmat Ang. de maleſ. in gloſ. quod fama publ. præc. verſ. & an fama ſit ſufficiens nu. 41. & Auguſt. Arimin. ibidem. Qui tamen limitat ſecundum Bart. in quodam conſ. 176. incip. Domino Paci de Burgo ſepulchri, &c. quod fama exiſtente vehementi contra malefactorem, poteſt iudex abſq; alio indicio ad torturam procedere. Quam limitationem dat etiam*

An fama ad torturam ſufficiat. adde Directoriũ. 3. par. q. 61. & ibidẽ Schol. 118. §. ſeptima regula. cũ multis ſeq. vbi pleniſſime de hoc articulo in hac cauſa.

etiam Fely.in c.veniens.1.de teſti.ibi.limita tertio,nu.15.dicens famam ſolam ad torturam ſufficere,dummodo ſit vehemens; & allegat Bal.in d.c.1.§.homicidium.de pac.iur.fir. & Io. And. in c. ſi quis.de purg.vulg.Vide eundem Fely.ibidem nu.17.dicẽtem quod id intelligitur de fama oriente ab honeſtis perſonis. Tunc enim abſq; alia coniectura indicium facit. & multa ibi allegat ex Doctoribus, & iuribus. Quibus ſubſcribit Tho.Gram.in conſ.32.incip. in cauſa mota ad querelam Ant.nu.7.per Cyn.in l.ſi.ff.de quæſt. & Bart.in eodem conſ.D.Paci de Burgo.quod ipſe dicit eſſe 191.Lud.quoq; Bolog.in addit.ad Guid.ſuper verſ.quæ & qualia.nu.42. dicit famam publicam a fide dignis ortam facere indicium ad torturam per Bar. in d.l.de minore.§.plurimum.de quo plene per Carer. in ſuo tract. de hæret.nu.117.qui multa allegat, quæ ibi vide.

Quando vero fama ſit vehemens aut grauis vel leuis,nota pulchram doctrinam Panorm.in c.inquiſitionis.ext.de accuſat.§.quæſiuiſti.num.6.vbi ponderans dictũ gloſſæ ſi. dicit quod facti & perſonarum qualitas attendenda eſt. Nam ſi factum graue eſt, & perſona magni pretij,vt eiuſdem terminis vtar,fama requiritur aut totius,aut ſaltẽ maioris partis ciuitatis. Quod ſi factũ anguſtũ & reſtrictum ad certos homines eſt,qui veriſimiliter id ſcire debeant,maior pars illorum ſufficit ad inducendum famã, vt ſi Epiſcopus cum ſuis canonicis degens,de fornicatione diffamatus eſt, ſufficienter talis infamia probabitur per maiorẽ partẽ illorum canonicorũ. Si factum eſt paruum & perſona humilis, maior pars viciniæ ſufficit. Quod dicit non eſſe intelligendũ,vt maior pars indiſtincte requiratur,cõputando etiã mulieres,et pueros,ſed ſufficit vt maior pars proborũ iuxta verba litteræ illius c. accipiatur. Nota rurſus ex eodem Panorm.ibidem nu.4.quod duo teſtes ſufficiunt ad probãdum famã ſeu infamiam apud bonos & graues viros exiſtentẽ. Idq; confirmat per Goff.& Io.And.& per not.per gloſ.in l.3.ff.de teſti. quam gloſ. plerią; etiã moderni ſequuntur,quos breuitati ſtudens nõ adduco. & idem habetur 2.q.1.§. aliquãdo.in fine quæſtionis: & per Bart.in l. de minore.§.tormenta. ff. de quæſtionibus. Adducit etiam c.in litteris.de teſti.& c.tertio loco.de præſum.& l.2.C. de bo. poſ. idq; probat a ſimili de notorio quod ſi non oriatur ex duobus, tamen probatur per duos,vt in.d.§. aliquando. notatur. Hæc optime faciunt ad huius Officij ſancti practicam,vt prudens Inquiſitor agnoſcet. Qui etiam videre poterit pract. Papien. in ver. item quod. de præd. omnib. eſt publ. vox & fama.per totum.in forma poſitionum actoris. Marſilius in §. conſtante.num. 19. Lancil. Conrad. de offic. præt. in cauſ. ciuil. in tit. de fama. per totum.Boſ. in tit. de inquiſitione. num. 28. & alios,præcipueq; Panorm. in c. cum dilectis.num.4.& 5. de purg. can.

Fama vehemẽs & grauis quæ dicatur,traditur in adnotatio.apud Directo. in præcitato loco.

Quamuis

Sola fama in criminalibus, ad capitaliter damnandũ non ſufficit.

Quamuis autem ex prædictis ſatis conſtet, an fama ſufficiat ad condemnationem; tamen vt melius inſtruaris, vide per Paridem de Puteo in tract. de ſynd. in ver. ratificatio. verſ. quidã latro famoſus, &c. & per Boſ. in d. tit. de inquiſitione. nu. 29. & 30. Gand. in rubr. qui ad famæ prob. poſſint, &c. nu. 15. Bonif. Vital. in rubr. de teſtib. & qui repel. nu. 61. & per alios multos, qui vnanimi voto concludunt, neminẽ ex præſumptionibus, & indicijs etiam indubitatis, definitiue damnari poſſe, vt in deciſ. q. 164. atteſtatur Boerius, & præſertim in criminalibus, vbi requiruntur probationes luce meridiana clariores, vt omnes exclamant. Ita enim late diſputat Gandi. in rubr. de præſumpt. & indicijs indubitatis, per totum, & in fine dicit id practicatum ſemper ab omnibus fuiſſe, & per omnes Doctores Bononienſes, & alios ſapientes, quos ipſe vidit, ita conſultum & determinatum extitiſſe. Vide tamen gloſ. in c. 1. de appellat. in ver. famam. cum ſuis concordantijs. & 4. q. 3. §. item in criminali cauſa. verſ. ſæpe etiam. & ibi gloſ. in verſ. fama, & hæc bene conſidera. Dicunt tamen Doctores, præcipue Boerius, & Boſius in locis adductis, quod & ſi ex talibus indicijs condemnatio capitalis ſequi non poſſit; pecuniaria tamen, & triremium & ſimil. proculdubio imponi poteſt, & plura ſuper hoc allegãt, quæ tu vide. Nec hæc, ſi bene conſideras, contradicunt gloſſæ in verſ. condemnentur. in c. excommunicamus. 1. nec Panor. ibidem. nu. 6. dicentibus quod ex violentiſſima præſumptione de grauiſſimo crimine quis condemnari poteſt.

Purgatio canonica quãdo imponenda ſit.

Doctrinam hanc, longa temporum ſerie, Sacrum hoc officiũ ſemper obſeruauit, & adhuc ſeruat, quia neminem ex fama, & ex ſimilibus indicijs damnat, ſed talibus ita diffamatis, canonicam purgationem indicit, iuxta c. inter ſolicitudines. de purg. can. & c. excommunicamus. lo 1. de hæret. §. qui autem. & §. addiicimus. & c. ad abolendam. §. qui vero. & Panorm. & Doctores ibi. De quibus habes a Direct. in 3. par. vbi agit de ſeptimo modo proceſſum fidei terminandi. Ibi enim formam purgationis, quæ per diffamatum fieri debet, extendit. Et quia non tantum quis fama quandoq; laborat, ſed etiam aliqua indicia contra ſe habet, ex quibus oritur ſuſpicio leuis, aut grauis: ideo talis, ratione infamiæ purgandus eſt; ratione vero ſuſpicionis abiurare tenetur iuxta ipſius ſuſpicionis qualitatem. Et propterea Direct. ibidem ſubnectit formam abiurationis per diffamatum & ſuſpectum faciendæ. Quæ omnia ponuntur etiam a Tabie. in verſ. inquiſitor. §. 18. & a Gondiſ. in eod. tract. q. 15. num. 11. & ab alijs de hæreticis tractantibus, ad quos te remitto.

Fama a criminoſis orta, ad purgationẽ ſufficit.

Vnum tamen ſingulariter notandum, prætermittere non poſſum, quod diligenter obſeruat Direct. par. 2. q. 57. videlicet, nihil referre, an quis de hæreſi diffamatus fuerit apud graues & bonos teſtes: an apud infames & viles, vt ſunt periuri, vt expreſſe habetur ex. c.

accuſatus.

accuſatus.§. licet.de hæret.lib. 6. & excommunicati atq; in crimine participes, vt in c. in fidei fauorem. & etiam iudæi & infideles, vt in c.contra Chriſtianos.eodem lib.6. Idq; probat, quia ſimiles teſtes in fauorẽ fidei admittuntur ad probandũ hæreſim, vt in dictis iuribus: igitur multo magis admittendi ſunt ad probandum infamiã. Nam hæreſis probata, maior eſt quàm infamia de ipſa hæreſi. Cum itaq; criminoſi quicunq; admittantur in crimine hæreſis, etiam vbi agitur de infama, admittendi ſunt. Quod etiã ex eo apparet, quia in d.capitulis iã adductis, et in c.vt officiũ. & in c.inquiſitores.in eod. lib.6. & ĩ ceteris omnibus, de diffamatis de hæreſi indiſtincte tractatur, nulla habita ratione de grauibus, & bonis, aut de vilibus et malis. Additq; nihil referre an infamia ab æmulis vel ab amicis oriatur, dũmodo a qualitatibus facti initiũ habuerit, per textũ rotundum ext. de purg.can. c.accedens. Dicitq; tandem ſufficere ad hoc quod cuiquã purgatio canonica indicatur, quod ille publice diffamatus ſit.

Hæc Directorij doctrina qualiter accipi debeat, traditur ibidem in commentarijs.

Dura quidem hæc prima fronte videbuntur, quæ tamen iuribus adiuuari poterunt, & præcipue per regulã illam, Cui cõceditur maius, datur quoq; minus. 12.q.1.c. præcipimus.in princ.16.q. 2.c.viſis litteris.& gloſ. ibi in verſ. quod maius. & ext.de decimis. c. ex parte.in fin.& ibi gloſ. in verſ. conceditur. quæ multa allegat. Confirmat Panorm. in c. licet.de translat. prælatorum.num. 8. ſed lex concedit, vt criminoſis contra aliquem de hæreſi denunciantibus, vel teſtificantibus, in fidei fauorem, & huius criminis odium credatur, vt in iuribus per ipſum Direct. allegatis: ergo tales admitti poſſunt ad aliquem infamandum de eodem crimine, ita vt ad canonicam purgationem faciendã cogatur. Quam rationem Direct. quoq; tetigit. ibi; Si ergo creditur criminoſis in illo; nunquid plus in iſto? Et ibi. nunquid eſt maior hæreſis infamia, quam hæreſis ipſa? certe non quantum ad indicendam purgationem. Grauius quippe eſt fore de crimine ipſo conuictum, quàm de eiuſdem criminis infamia. Hæc ille. Quibus addi poteſt quod hoc in pœnam & odium maximi huius delicti iura ſtatuerunt. Nam maior pœna, maius delictũ arguit. c. non afferamus ſtateras. 24. q. 1. Bar. in. l. leuia. in princ. ff. de accuſ. & per Dec. in c. at ſi clerici. in princ. not. 6. ext. de iudic. & in conſ. 65. & per Socin. conſ. 157. quæ refert Boſ. in tit. de inquiſitione.num. 117. Et faciunt ad propoſitum vt patet.

Quæ, & quibus modis fiant probationes ſuper hoc crimine. Cap. XII.

SVMMARIVM.

1 *Probationes fiunt.*
Primo per facti euidentiam.

2. Per

2. per teſtes.
3. per propriam confeſſionem.

2 *Confeſſio propria fit tripliciter, ſcilicet, ore, euidentia, & fuga ſeu contumacia.*

3 *Probationes, etiam fiunt per inſtrumentum.*

Directoriũ 3. par q. 89. Albertinus tract. de agnoſcen. aſſertio. q. 29. nu. 8. & ſeq. Vide Schol. primum lib. 2. in Directorium. Cap. 3.

PROBATIONES autem contra hæreticum poſſunt fieri multis modis. Primo ex † ipſa facti euidentia, vt quia deprehenditur in ipſo facto erroris: videlicet cõpoſuiſſe libros erroris: vel prædicare, ſeu defendere errorem: nam tũc ſuo facto conuincitur: quia euidentia patrati ſceleris probatione non indiget, ext. de accuſ. euidentia. & quod ibi not. Et ad hoc potes videre dicta ſupra in c. de credentibus. Secundo modo poteſt fieri probatio per teſtes, vt ext. de teſtibus. c. in omni negotio. & ext. eod. c. accuſatus. §. licet vero. lib. 6. Qui tamen teſtes admittantur, & quibus credatur; dicetur infra in ſequenti proximo c. formato ſuper hoc ſpecialiter. Tertio modo fit probatio per confeſſionem: nam per propriam confeſſionem quis conuincitur in delictis, vt C. quorum appell. non recipi. l. 2. ff. de cuſt. re. l. ſi confeſſus. & de quæſt. l. 1. §. ſi quis vltro. cum ſim. Et iſta † confeſſio ex qua probatur hoc crimen contra aliquem, fieri poterit tribus modis. Vno modo vere, & ore proprio. 15. q. 6. c. 1. & 2. Aliis duobus modis præſumptiue: videlicet per facti euidentiam. 28. diſt. priuſquam. Item per fugã, & contumaciam, vt 3. q. 8. decreuimus. & ext. de præſumptionibus. c. nullus dubitat. & ibi not. Quarto modo † poſſet probari per inſtrumentum: vt puta ſi aliquis feciſſet confici inſtrumentum, quod ille prædicauit, vel docuit errorem, vel ſimilia fecit. Nam crimen probatur quandoque per inſtrumenta, vt dicta l. 2. quorum appell. non recipi. & not. C. ad l. Aquiliam. contra negantẽ. & ff. ad Turpill. l. in Senatusc. His ergo modis fiunt probationes in hoc crimine, vt probant iura prædicta: & ext. de ver. ſig. c. ſuper quibuſdam. & concor. ext. de reſti. ſpo. c. cum ad ſedem. §. nos prioris. & quod ibi not. & C. de rei ven. l. cum ſuper vernis.

(margin numbers: 1, 2, 3)

Propria confeſſio fit tripliciter. Ore proprio. Facti euidẽtia. Fuga, & contumacia, Quarto per inſtrumenta.

Adde Simancã Catho. inſtit. tit. 51. de probationibus.

ADDITIO.

Facti euidentia, &c. *Adde gloſ. ext. eod. c. ad abolendam. §. præſenti. in*

ti.in ver.deprehenſus.& Panorm.& Felyn.& alios Doctores in d. c.euidentia.Item vide quid ſit euidens,quid manifeſtum,per gloſſam in c.2. de verb.ſign.in princ.in ver.manifeſtũ.& ante,in formatione caſus.ibi, ſed quid ſi illud crimen ſeu vitium non ſit euidens, ſed manifeſtum? lib.6.& plenius vide per Ghirl.de quæſtion.et tortura. q.3.nu.11.12.& 13.& per totam illam q.vbi declarat quid ſit indicium,quid fama,quid rumor,quid ſuſpicio,quid præſumptio,quid argumentum,quid adminiculum,quid coniectura.quid euidẽs, &c. Vide etiam Gand. in rubr. de rumore occulto, & manifeſto. & Marſil.in §.poſtquam. nu. 43. Iodoc. in ſua pract.c.49.nu. 3. Boſ. in tit. quomodo proc. in crim. not. & Lancil. Conr. in prat.tit. de notorijs criminibus. Quibus adde Directoriũ. in 3. par. vbi agit de modo 12. terminandi proceſſum fidei, in princ. vbi docet quid agendum cum quis euidentia facti de hæreſi conuincitur, vt cum quis publice hæreſim prædicauit, & in negatiua perſiſtit. Et dicit talem hæreticum impœnitentem cenſendum eſſe. & allegat Hoſt.in Summa tit.de hæret.§.qualiter quis in hæreſim deprehendatur. Tales appellantur ab ipſo Direct. par.2.q. 34. hæretici negatiui, quia cum de hæreſi conuicti ſint, hæreſim ipſam verbis deteſtantur, & catholicam fidem confitentur, & ſe hæreticos eſſe negant. De his vide etiam deciſ. Rotæ quæ incip. accuſatus de hæreſi negat, &c. & eſt deciſ. 874.in antiquis. vbi ad vtramq; partem egregie diſputatur, & tandem concluditur, quod tales veluti impœnitentes tradendi ſunt brachio ſeculari, & multa ibi allegantur, quæ vide.

Et in hoc articulo vera & communis ſententia eſt, negatiuum legitime conuictum nõ obſtãte quod proteſtatur ſe tenere fidem eccleſiæ, tradẽdum eſſe curiæ ſeculari. Siman.catho. inſtit.tit.48.nu. 25.& 26.Direct. 3.par.in 12. modo. & ibi latiſſime Scho.66.li.3.

Qui, & quot teſtes admittantur in hoc crimine, & an ſint cogendi. Cap. XIII.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, cuiuſcunq; conditionis exiſtant, in deteſtationem criminis recipiendi ſunt.*
2 *Hæreticus contra hæreticum ad teſtificandum admittitur, non autem contra fidelem.*
3 *Conſpiratores & inimici capitales repelluntur.*
4 *Oppoſitis exceptionibus an ſtandum ſit, iudici relinquitur.*
5 *Quot teſtes requirantur in cauſa hæreſis.*
6 *An quis damnari poſſit ex teſtibus ſingularibus.*
7 *Cur indiſtincte quilibet accuſator admittitur, non autem teſtis.*
8 *An idem accuſator & teſtis eſſe poſſit.*
9 *Inquiſitor poteſt cogere teſtes ad dicendum.*

Quilibet admittitur in teſtem.

DICTVM fuit ſupra quando probatio fiet per te-
ſtes: vnde videndum eſt merito ſubſequenter
qui teſtes in hoc crimine admittantur: & qui
etiam repellantur. Circa quod dicas † quod 1
Inquiſitor, vel Epiſcopus poteſt, & debet reci-
pere omnes teſtes cuiuſcunque conditionis indiſtincte in de-
teſtationem huius criminis, & in fauorem fidei, vt ext. de hære
ticis. c. in fidei. li. 6. Et ideo licet in aliis criminibus non admit
terentur criminoſi, vt ext. de teſti. c. veniens. tamen in hoc cri-
mine admittẽtur infames, viles, criminoſi, excommunicati, &
etiam ſocii eiuſdẽ criminis, vt ibi patet. Hinc eſt quod etiam
hæreticus admittitur ad teſtificandum contra hæreticum; ſiue
per accuſationẽ, ſiue per Inquiſitionẽ procedatur. Ita notat ibi
Archid. in dicto c. in fidei. Quod dictũ probatur iure. 6. q. 1. ſi
quis cũ militibus. ext. de ſimo. c. 3. Et hoc idẽ notauit dominus
Clemẽs Papa quartus in ſua cõſultatione, quæ incipit: Quoniã
illis. §. de his. ver. a ferẽdo teſtimonio. & patet in textu in cõſti-
tutione Federici Imperatoris, quæ incipit: Patarenorũ §. addii
cimus. An † autem hæreticus poſſit aliquem accuſare de ali- 2
quo alio crimine; vel ferre teſtimonium in aliquibus cauſis:
dic quod accuſare non poterit fidelem, vt 2. q. 7. non poteſt.
& c. Pagani. Ad quod ext. de iudic. intelleximus. Teſtificari autẽ
an poſſit in aliis criminibus; olim diſtinguebatur. 2. q. 7. ſi hæ-
reticus. & c. plerumque. Sed hodie dic quod non admittitur
duplici ratione. Prima, quia eſt excommunicatus, vt infra de
pœnis hæret. & ſic repellitur ext. de teſti. c. veniens. 2. in fi. Se-
cunda, quia eſt in peccato mortali, vt ext. de teſti. c. ſuper eo.
cum ſi. Duæ † ſunt tamen exceptiones, [a] quæ opponi poſſunt 3
contra perſonas teſtium; & propter quas teſtes repelluntur an- a
tequam deponant: & ſi depoſuerint, omnino detrahitur eorũ
fidei, & in totum videlicet ſi probentur eſſe conſpiratores, vel
inimici capitales [b], vt ext. de accuſat. c. repellantur. & c. cũ opor b
teat. & in auth. de teſti. §. ſi vero dicatur odioſus. coll. 7. Aliæ ve
ro exceptiones legitimæ poſſunt opponi contra teſtes, ſeu con-
tra eorum dicta poſtquam depoſuerint. Et ſic excipi poterit
contra eos quod depoſuerint falſum. ext. de teſti. c. ex tenore.
Item quod ſunt ſingulares, vt ext. de teſti. c. veniens. 1. in fin.
Item quod ſunt contrarii, varii, vel obſcuri, vel ſimiles, vt ext.
de hæret. c. accuſatus. §. licet. lib. 6. veniat ext. de ſen. & re iudi.
c. cum

Directoriũ 3. par. q. 69. & ibidem Schol. 124.

Hæreticus nec teſtis, nec accuſator aliàs eſſe poteſt.

Directoriũ 3. par. tit. de defenſio. reorum. nu. 118. & q. 67. & pleniſſime ibidẽ Scho. 35. & 123.

1. Falſitas.
2. Singularitas.
3. Contrarietas, varietas, obſcuritas, & ſimilia.

4 c.cum I.& A.& de ſimo.tanta.& c.per tuas. Oppoſitis † igitur
huiuſmodi exceptionibus contra perſonas, vel dicta teſtium
poſt depoſitionem eorum,in arbitrio Inquiſitoris, ſeu Iudicis
remanebit,an ſit ſtandum dictis illorum,vel non,vt dicto c. in
fidei.& concor.ff.de teſti.l.3.ibi;tu magis ſcire poteſ,&c.Nam
ſicut detraheretur fidei teſtium in aliis iudiciis;ſic & in iſto,vt
ext.de hæretic.c.fin.§.ceſſante.lib.6.in gloſ. Nec eſt mirum ſi
per prędicta fidei teſtium detrahitur: cum in hoc crimine pro-
bationes,ſicut in aliis,debeant eſſe luce meridiana clariores,vt
C.de probat.l.ſciant.quæ eſt canonizata.2.q.8.ſciant.& quod
5 not.in dicto c.veniens. Immo † fuit opinio Archi.ext.de hæ-
ret.c.vt officium.in glo.aliquorum. quod in hoc crimine non
ſufficiunt duo teſtes:ſed requirãtur plures,vt ibi not. & ſic re-
ſtat quod multis ex cauſis poteſt excludi teſtis; & detrahi fidei
6 ſuæ. Sed pone quod † duo,vel tres teſtes deponunt contra hæ
reticũ: vnus ſuper vno articulo; alius ſuper alio: vel vnus dicit
eum dixiſſe quædam verba hæretica: alius dicit eum dixiſſe
alia verba hæretica;nunquid iſte damnandus erit? Et videtur
c quod non;cum iſti ſint ſingulares, [c] vt ext.de elect.c.in geneſi.
&c.bonæ.cum ſi.Sed dic, quod ſi generaliter de hæreſi inqui-
ratur contra eum;quod tunc damnabitur ad dictum iſtorum:
quia omnes iſti teſtes probant eum tendere ad vnam nequitiã
ſceleris, ſcilicet hæreſim cõmiſiſſe: & concordant ad vnum
effectũ, ſeu finem: & hoc ſufficit. vt C.de hæretic.l.Arriani.&
C.de pœnis.l. qui ſententiam. Vbi vero non inquireretur ge-
neraliter de hæreſi contra eum,ſed ſpecialiter ſuper certo arti-
culo,ſiue ſuper certa ſpecie;tunc teſtes iſti poſſent dici ſingula-
res: & non crederetur eis per dicta iura. Ad quod ext.eod. c.li-
cet vniuerſis.& quod not.ff.de teſti.l.ob carmen.§.ſi teſtes.Sed
7 quæ † eſt ratio,quod omnis indiſtincte admittitur accuſator;
d [d] & nulla exceptione repellitur; & in teſte ſecus? Ratio eſt in
promptu: quia ad dictum teſtis proceditur ad ſentẽtiam con-
demnatoriam, vt C.de pœnis.qui ſententiam.ff.de offi. præſi.
illicitas. §. veritas, ſed ad dictum accuſatoris non proceditur
ad ſententiam;ſed ſolum ad inueniendam veritatem: quia nõ
ſtatim cenſendus eſt reus, qui potuit accuſari,vt C. de accuſat.
l.ſi.Ita not.ext.qui ma.accu.poſ.c.a nobis. cum maius pericu-
lum ſit in teſte, quàm in accuſatore; ideo cum ipſo cautius eſt
agendum,vt ff.de carbon.edic.l.1. §. ſed & ſi quis.C.de appel.

In arbitrio Inquiſitoris eſt teſtibus, contra quos poſt depoſitionem opponitur, credere.

Directorium 3.par. q. 71. & plene ibidẽ Schol.126.

Quæſtio. An per teſtes ſingulares quis de hæreſi damnari poſſit.

Quæ hic memorat author valde ſunt incerta. quæ tamen pleniſſime tractat Pegña lib.3.adnot.in Direct. Schol. 127.

Quæſtio. Quare indiſtincte omnes accuſant,nulla exceptione obſtãte, & tamen contra omnes teſtes excipitur.

F 2 l.addictos

Queſtio. An accuſator poſſit eſſe teſtis. adde Simancam in Enchyridio violatæ religionis tit. 27. nu. 7.

l.addictos. cum ſi. Sed † nunquid qui defert, vel accuſat, poterit eſſe teſtis in re propria; quod iura reprobant? vt ff. de teſti. l. nullus. & C. eod. omnibus. ext. de teſti. c. de cetero. Sed dic quod poterit: & ita ſeruat generalis conſuetudo officii Inquiſitionis: & iura contraria loquũtur, vbi cauſa, & res eſſet propria ipſius teſtis; ad hoc quod ad ipſum ſpectaret commodũ vel incõmodũ: & quod ſua interſit ob hoc: quod quidem non eſt in propoſita quęſtione: cũ hoc crimẽ ſit publicũ: & petatur coerceri iniuria illata omnibus in contumeliam creatoris; vt C. de hæret. l. Manichæos. nec interſit iſtius accuſatoris, & teſtis, quantum ad commodũ, vel incommodũ: niſi vt iſte accuſatus retrahatur a peccato: & ob hoc poteſt fungi perſona duorum: vt ext. de teſti. ſuper eo. de ſpon. cum in tua. & ext. qui ma. accu. poſ. c. videtur. Sed † pone: Inquiſitor procedit cõtra aliquẽ: & vult quod aliquis deponat vt teſtis: ille recuſat venire, vel deponere: nũquid poterit cogi per Inquiſitorẽ? Videtur quod nõ, vt ext. de teſt. cogen. c. dilectorũ. & quod ibi not. Sed dic quod cogi poterit: ᵉ & eſt ſpeciale in crimine iſto, vt ext. de hæret. c. excõmunicamus. §. addiicimus. nec excuſaretur voto, vel iuramento in contrariũ emiſſo, nec etiã priuilegio. Quia licet veritas quãdoq; poſſit celari hoſti, vel perſecutori alterius; nunquã tamẽ eſt celanda inueſtiganti veritatem, vt 22. q. 2. ne quis. 11. q. 3. quisquis. nec foret ſeruandũ iuramentũ, vel votũ tale. 22. q. 4. in malis. ext. de teſti. cogen. c. peruenit. 1. & c. fin. 8 9 e

Queſtio. An per Inquiſitorem, teſtes ſint cogendi. Solutio.

ADDITIO.

De exceptionibus. videto præterea Simancam catho. inſtit. tit. 17.

Exceptiones. *Adde his quæ hic ab Authore de exceptionibus tradũtur, collecta per Lucer. in uer. exceptio. Et uide quãdo exceptiones ſint admittendæ vel reiiciẽdæ. Et obſerua quod exceptiones criminũ fiũt cõtra accuſatorẽ, quandoq; cõtra inſtrumẽta vel alias probationes; nonnunquã vero cõtra teſtes, de quibus vide per Gand. in rubr. quomodo cognoſc. de malef. per exceptionem. per tot. Verum quia in hoc ſacro negotio, illæ tantummodo exceptiones admittuntur, quibus aut falſitas, aut capitalis inimicitia teſtibus obiicitur: non opus eſt vt omniũ exceptionũ ſpecies nunc euocemus: cum ex practicis Criminaliſtis quilibet ex ſe talia colligere poſſit. Vide itaq; Pract. Papien. in forma reſp. rei conuen. ver. iuriſiurãdi. nu. 1. et ver. in termino ſibi aſſignato. et in ver. exceptionẽ litis. et in ver. ſeq. et in forma decli. alic. iud. in ver. nec fuiſſe iud. Cõſule rurſus Foller. in pract. in 2. par. 2. in rubr. audiantur exceptiones propon. per eos. Lancil. Conr. in prat. tit. de exceptione. & Iodoc. in ſua pract. cap. 7. per totum. & vide*

Specu.

Specu.li.3.par.1.tit. de criminibus in modum exceptionis, & c. quē Iodocus antedictus in c.4.nu.4.adducit, & ne prorſus ieiunus pertranſeas, vide etiam Franc.Caſon.in tit.qui accuſ. poſſunt, vel non. c. 6. vbi tractat de modo accuſandi per exceptionem, & diſtinguit, quia nonnunquam accuſatus excipit contra accuſatorē ad repellendum tantum, ſiue ad derogandum fidei teſtium, aut inſtrumentorū: & eo caſu dictæ exceptiones non habent vim accuſationis; per regulam; qui excipit nō accuſat.l.reſcriptum.ff. de mune. & hono. Quod ſi crimen accuſatori accuſatus obijcit, non tantum excipiēdo, ſed etiā petendo accuſatorem condemnari: tunc accuſatus non modo excipere, ſed etiam accuſare videtur: & iudex nō ſecus procedere debet ac ſi per modū accuſationis procederetur. per l. vna. ff. vi bo. rap.l.2. ff.de tab. exhib. Excipiens quoq; debet ponere locum & tempus commiſſi delicti, vt per Bar. in l.1. ff.de except. Dicunt inſuper Doctores, quod lite conteſtata accuſatus nō poteſt per modū exceptionis crimen opponere. l.1. §. extraneis. ff. de adult. Vide etiā Boer. deciſ. 321. Et vt demum de ipſa pura exceptione quidpiam lectori exhibeamus, diffinitionem ſeu deſcriptionē quandā ex Doctoribus excerptā hic ponimus. Exceptio, ſiue excipere, inquiunt, eſt, parti crimen in iudicio ſiue iudicialiter imponere, ad aliquam defenſionem, tanquam propoſito deſeruiēs, cum proteſtatione, ac animo non iniuriādi. Hoc autem beneficiū, iura tam canonica quàm ciuilia reis omnibus tribuere, vt patet in tit. de exceptionibus, in vtroq; iure, & ſupra c.9. pag.51. & 52. tetigimus. Et hæc de exceptione ſufficiant. Exceptio, ſiue excipere, quid.

b Conſpiratores vel inimici capitales. *Adde c. licet Heli. de ſimonia. & Panorm. ibi. num. 1. & Doctores omnes dicentes, non ob quamcunq; inimicitiam teſtes repellendos eſſe, ſed ob capitalem tantum. Ita atteſtatur Felyn. ext.de accuſat. c.cum oporteat.num. 3.circa fin. ibi; qualis autē debeat eſſe inimicitia, &c. & de ſimon. c. per tuas.nu. 4. & de teſti.c.quoties.nu.4. vbi multa ex iuribus & Doctoribus adducit, quæ teſtem ob inimicitiam repellēdum eſſe probant, & demum ita ea limitat: Quæ omnia, inquit, intellige dummodo inimicitia ſit capitalis. & allegat Bal.in l.athleta.§.dat remiſſionem.per text.ff.de excu.tu. & Domi.in l.quamuis.de procu.in.6. & per Innoc. & alios quos ibi vide. Quibus adde Fely.etiam in c.cum ſuper. de offic.deleg.nu.3. & de ſent. & re iud.c.cum I. & A. & de accuſat.c.repellantur. & Panor.in d.c.cum oporteat. num.4. Ang. Aret.in gloſ.qui iudex ſtatuit.ver. & in dicto termino.nu.14. Bonin cont.in tract.de accuſatio. & inquiſi.ver.ſubſequenter.num.23. M. Anton.Blanc.de indicijs homicidij præmed.in ver.inimicitia.num. 93. & in alio ver.inimicitia an faciat indicium. num.175. & ſeq. Lancil.Conr.in præt.de cauſ.ciuil.tit.de perſonis teſt.nu. 65. & ſeq. Vide inſuper eundem Panor.in c.accedens.2.ut lit.non conteſta.nu.* Quales inimici ſint repellendi.

 3.vbi

3.vbi docet unde capitalis inimicitia oriatur, & quæ inimicitia dicatur capitalis, quæ vero grauis. Sed melius per eundem, & per Fely.in d.c. cum oporteat.qui dicunt inimicitiã capitalem ſeu quaſi capitalem nonnunquã oriri ex ſpoliatione omniũ bonorum,ſeu maioris partis. per not.per gloſ.in auth.ſi dicatur. C. de teſti.quia bona temporalia ſunt vita hominis. l. aduocati.C. de aduoca. diuer. iud. Et dicunt quod ſi aliquis mortem alicui minatus fuerit,capitalis hoſtis cenſendus eſt. Ita tenet Car. per gloſ. no. in l. licet. ff. de arbi. quod iuxta Baldum & Salic.in l. metus.C.quod metus cauſa. dicit Fely. intelligendum eſſe,ſi ille qui minabatur,& potens, & minas exequi conſuetus erat.per not.per Bal. & Imo. in l.fin. cum concord. ff. de hære. inſt. Et concludit Panor. ibidem cum gloſſa in ver.inimicos. inimicitias capitales ſeu graues eas eſſe,quæ de hominis ſtatu, vel de bonis eius exiſtunt: capitalesq; inimicitias cenſendas eſſe, vbi minæ de morte, vel odium ad mortem,& ſimilia interfuerunt.

Ex quibus cauſis capitales inimicitiæ oriantur,copioſe tradit Pegña lib. 3.adnot. in Dire.Scho. 123.

Inimicitia capitalis aut grauis.

Conſpiratores iterũ & inimicos in cauſa hæreſis admittẽdos non eſſe tenet etiã Gondiſ.in tract.de.ead.q.13.nu.13.& Carer.in eod. tract.nu.107.in fin.qui id verum eſſe dicit dummodo ſint capitales. allegat Spec. in tit. de accuſ.§.1. in fin. Auguſt.poſt Ang.in gloſ.& ad querelã Titii. verſ.vigeſimo repellitur inimicus. nu.36. Marſil. in conſ.12.ver.2.& alios quos ibi vide. Idem tenet Melchior Facinus in conſ. incip.nobilis & egregie domine.nu. 5.& ſeq.in 1.vol. conſiliorũ crim. conſ.82. Accedit D. Guido,poſtea Clemens Papa, in allegata cõſultatione in fine,ibi;quarto quæro quæ exceptiones,&c. qui dicit exceptiones de inimicitia capitali et de cõſpirationibus dũtaxat admittẽdas eſſe: alia vero crimina,& ſi teſtiũ fidẽ debilitent, non tamen prorſus euacuant ob criminis enormitatem, & allegat præcitata capitula de ſimon. nempe c. tanta.& de ſent.& re iud.c. cum I.& A. Et Boſ. de crim. læſæ ma.nu.111.qui multa allegat.

Conciliũ Narbonenſe c. 25. & Biterrenſe cap.13.

Ex his aperte conſpicitur quàm ſana quàmq; tuta ſit Direct. doctrina pro practica Inquiſitoribus tradita, Nam in par. 3.in tit. de prorogantibus proceſſum fidei. verſ.ſecundum quod prorogat. eandem ſententiam tenet a tot illuſtribus Doctoribus approbatam. Inquit enim. Nec putet delatus de hæreſi.teſtes a iudicio in cauſa fidei faciliter repellendos,nam a ferendo teſtimonium non repellit legitime quemquam niſi ſola inimicitia capitalis. Quæ nam vero hæc ſit, paulo infra ſic declarat:Repellitur igitur ſola inimicitia, nõ quæcũq; ſed capitalis; vt pote vel quia mors inter eos eſt de facto illata, vel fuit intẽtata;vel ea quæ ſunt ad mortẽ inductiua atq; obuia,vel vulnera grauia & lethalia ſunt ſecuta, & ſimilia quæ animi peruerſitatem & malignitatem agentis contra paſſum indicant manifeſte.Propter quod præſumitur,quod ſicut intentauit contra iſtum mortem corporalem eo modo illum ſcilicet vulnerando ita intentaret

Inimicitia capitalis quæ dicatur.

nunc,

nunc, hæreſis crimen imponendo. Et ſicut voluit ei auferre vitam, ita vellet nunc auferre famam. Quare tales, inquit, inimici capitales a teſtimonio legitime repellũtur. Hæc ille, fere ad verbum. Quibus adde eiuſdem Direct. doctrinam in eadem 3. par. q. 67. vbi iura & Doctores pro huius rei comprobatione adducit. Adde præterea Bart. in l. 3. ff. de adim. lega. §. fin. dicentem, capitales inimicitias eſſe, cum quis minatus fuit mortem, vel accuſauit de crimine capitali, vel occidit aliquem conſanguineum meum. Graues autẽ illæ cenſentur, quæ inter eos oriuntur, qui de bonis ciuiliter litigant. Quæ cõfirmat Panor. in c. accedens. 2. vt lite nõ cont. nu. 3. Sed tu ſemper recole limitationẽ Fely. ſuperius adductã quo ad minas, ſi videlicet ille potens eſt, & ſi quod minatur, vt plurimum efficere conſueuit.

De alijs vero inimicitijs præſertim grauibus, id ibidẽ docet, quod videlicet & ſi teſtes non omnino repellant, eorum nihilominus dictũ, aliqua ex parte inefficax ac debile adeo reddunt, vt plena fides taliũ atteſtationibus minime ſit adhibenda, niſi ab alijs adminiculis adiuuentur, aut aliorum teſtium dictis addantur. Ob eam cauſam dicit hic D. Author. nu. 4. & Panor. in d. c. accedens. & de accuſat. c. cũ oporteat. & Fely. in d. c. quoties. de teſt. nu. 4. & Vitali. de teſt. & qui repel. nu. 69. quod in his multum verſatur arbitriũ iudicis; cuius prudentiæ & diſcretioni relinquitur, vt ipſe videat an graues vel leues aut capitales inimicitiæ ſint. Addit ipſe Fely. ex Bal. quod ob leuem inimicitiã non præſumitur quis deierare. Quæ omnia ex circunſtantijs exacte, & intime perſpectis, dignoſci poterunt. Nec inutile forſitan erit hic ponere eiuſdem Vitalini ſententiã in d. nu. 69. datam. ibi; quid ſi opponitur de inimicitia capitali. Et dicit quod iudex talẽ exceptionẽ admittere debet, ac terminũ excipienti aſſignare ad probandum. Quod ſi teſtes non probantur inimici capitales ſed aliàs odioſi, recipi poterunt reſeruato tẽpore ſententiæ ad diſputandum ſuper his vtrũ ſint legitimi, vel ne, & an inimici, &c. & an teſtimoniũ illorum valeat, vel non. Et concludit in arbitrio iudicis eſſe cõſiderare vtrum admittenda vel repellenda ſint teſtium dicta. per not. in d. c. cum oporteat. ext. de accuſat. & adducit etiam ad hoc tritum illud §. tu magis ſcire potes. l. teſtium. ff. de teſtibus. Quibus adde Fely. in c. intimauit. ext. de teſtibus. nu. 9. dicentem, quod iudex ex officio teſtes prorſus inhabiles repellere debet, nemine etiam petente. Iudicis itaq; officium erit ſuper his non ſegniter inſiſtere. Ita dicit Archid. in c. vt officium. §. verũ. in ver. teſtium. eod. tit. lib. 6. Inquiſitor, inquit, debet eſſe ſolicitus in exploranda ex teſtium dictis veritate. Et vlterius debet de inimicitia teſtiũ inquirere, cum inquiſitus nequeat ex ſe diuinare. Cuius dictum refert Direct. in. d. q. 67. in fin. & auget quia teſtium nomina delato non publicantur. per. c. ſtatuta. eod. lib. 6. & per plures extrauagãtes, de quibus aliàs. Facit ad hoc quod

Inimicitia grauis teſtem extenuet.

Arbitrium.

Pulchra sũt de hac re Guidonis Fulcodij verba ĩ cõſultationibus ad inquiſitores q. 15.

c. 17. quæ ſunt relata lib. 3. adnot. in Directorio Schol. 123. in fine.

Felyn. in d. c. cum I. & A. de re iud. adducit. num. 7. nempe iudicem ex officio teneri ad repellendum teſtes indignos. Quod in hoc præſertim caſu ſeruãdum eſſe putarem, ob nominum teſtium ſuppreſſionem. In reliquis autem Saliceti opinionem probabiliorem crederem, quia reo imputandum eſt ſi de teſtiũ inhabilitate non exceperit, cum id facere potuerit. Verum vbi teſtium nomina non publicantur, inquiſitus non niſi confuſe, & diuinando, ſeu palpando excipere poteſt Quare iudicis officium maxime neceſſarium eſt, de quo in l. plane. ff. de pet. hæret. Pro his faciunt tractata per Boerium in deciſ. 321. nu. 4. & per totam deciſ. Et per Lancil. Conra. in ſuo præt. in cauſ. ciuil. de perſonis teſtium. verſ. in ſecundo caſu. num. 9. & Boſ. in tit. de publi. proceſſu. num. 12.

Modi inuenien di inimicos a reo nominatos.

Nec deſunt modi, quibus Inquiſitores de teſtium inimicitia certiores effici poterũt, tum ex ipſius rei ſeu inquiſiti reſponſionibus; tũ etiã ex informationibus ab alijs acceptis, qui probi ac timorati viri exiſtant, & delatum ipſum ac teſtes agnoſcant. Modos itaq; nonnullos ſubijciam, qui partim cum his, quos Direct. ibidem ponit, conueniũt, partim vero ab illis differunt. Prætermiſſis igitur duobus primis ab illo aſſignatis, tertium attingo, qui non omnino reprobandus eſſe videtur.

Primus modus

Is, inquam, eſt vt delatus in fine ſuæ confeſſionis, nulla ſibi tradita copia, interrogetur an capitales inimicos ſe putet habere, qui diuino timore poſtpoſito, propriæq; ſalutis immemores, hæreticã prauitatem ſibi falſo imponerẽt. Tunc ſi dicit ſe tales inimicos non habere, vt defectui, ab ipſo Direct. ibi notato, occurramus, poterit Inquiſitor illi imponere, vt ſuper hoc bene cogitet, & habito ad meditandũ congruo temporis interuallo, inimicos quos ipſe inuenerit, ſcribat, & ita deſcriptos iudici cum notario & teſtibus exhibeat. Qui iudex omnia in actis notari faciat, videlicet quod talis, &c. tali die, &c. corã Inquiſitore, &c. cõparuit, & exhibuit cedulã quandã ſcriptam tenoris infraſcripti: & extendatur quicquid in ea ſcriptũ eſt. Quo facto iudex iuramento illi dato, interroget an illa ſit eiuſdem ſcriptura, eius propria manu facta. Item, an affirmet omnia & ſingula in ea contenta, eſſe vera. Item, an omnes & ſinguli illi nominatim ibi deſcripti, ſint eius inimici capitales. Itẽ, de tẽpore origine & cauſa ſeu occaſione inimicitiæ. Itẽ, an præter prænominatos, alios inimicos habeat, & quos, et de cauſa, & tempore inimicitiæ. Rurſus, an poſt contractã ſeu ortam inimicitiam, illorum teſtimonio, in cauſa aliqua ciuili aut criminali pro ſe vnquã vſus fuerit. His addi poſſunt interrogationes aliæ ad libitũ, prout prudẽs iudex ex reſponſionibus ad præmiſſa datis, & ex alijs rationabilibus circunſtãtijs opportunum fore exiſtimabit. Quibus bene perſpectis ac diligenter examinatis, ad ipſam prætenſam inimicitiam detegendam ſatis facilis aditus patebit.

In hac diſputatione hoc eſt diligenter cauendum, ne dum modi excogitãtur ad ĩueſtigãdas teſtium inimicitias, in notitiam teſtium rei perueniant, vt paulopoſt author tradit. adde Schol. 36. lib. 3. in Directorium.

Modus ſecundus.

Secundo loco produco quartum modum a Direct. aſſignatum; quo

Pater

Pater ipſe Nicolaus, contra aſtutos & cauteloſos, vt ibi dicit, vtebatur. Et eſt vt delatus ipſe interrogetur, anteaquã ſibi dẽtur defenſiones, de his teſtibus qui grauiora contra illum deponunt, hoc videlicet modo. Agnoſcis ne talem? nominando aliquem ex dictis teſtibus. Si dicit agnoſco; fingat Inquiſitor ſe velle contra illum inquirere, veluti de hæreſi ſuſpectum; & ſic delatũ ipſum interroget an ſciat, vel audierit ipſum dixiſſe vel feciſſe aliquid contra fidem catholicam. Quo reſpondente quod vtiq; ſcit illum talia & talia cõtra fidem dixiſſe, aut feciſſe: pergat Inquiſitor interrogando, an ſit eius amicus aut inimicus: & mox reſpondebit illum eſſe amicum, vt eius dicto credatur. Et ſic non poterit deinde illum veluti inimicũ capitalẽ reſpuere, quem medio iuramento amicum eſſe affirmauit. Quod ſi reſpondeat ſe neſcire eum quidpiam contra fidem dixiſſe: non omittat Inquiſitor iam factam interrogationem, an ſit illi amicus aut inimicus. Si reſpondebit quod ſit amicus, & quod tamen ob eam cauſam non ſileret, immo denunciaret ſi ſciret eum contra fidẽ deliquiſſe; non poterit eum amplius in cauſa illa inimicũ capitalem allegare. Si vero ad primam interrogationem reſpondeat ſe illum non cognoſcere; iam capitalẽ inimicum ponere non poterit. Pro his diligẽter obſerua quod qui teſtem ſemel approbauit, reprobare amplius illũ non poteſt, vt per notata in c. præſentium. ext. de teſtibus. in gloſ. & per Felyn. ibidem, num. 7. & 8. qui tenet dictam concluſionem locum etiã habere in eo qui produxit, quamuis nõ vſus fuerit. & multa allegat quæ vide, & D. Archiep. par. 3. tit. 9. c. 11. §. 1. circa fin. Et Doctores in l. ſi quis teſtibus. C. de teſt. & præſertim Salicet. Itẽ & per Alex. in conſ. 66. in vol. 1. Et per alios multos adductos a Boſ. in tit. de publi. proceſ. & teſtium. nu. 13. & ſeq. & per Lancil. in d. præt. in ciuilibus. tit. de teſtibus. verſ. publicatio mox fit, &c. nu. 15. Boer. in deciſ. 245. nu. 2. & per omnes Criminaliſtas.

Tertio aſſignari poterit modus alius, nempe vt Inquiſitor in primo examine delatũ interroget, quam nã exiſtimet eſſe cauſam capturæ aut detentionis ſuæ. Item quos nam ſuſpicetur fuiſſe delatores. Et ſi aliquos nominatim receſeat, interrogetur cur potius de illis quàm de alijs ſuſpicetur, cui percunctationi ipſe forte odium aliquod, aut litẽ, ſeu contentionem, vel quidpiam ſimile pro ratione & cauſa aſſignãs, reſpondebit. His habitis, interroget illum rurſus Inquiſitor, an alios habeat, quos ipſe inimicos exiſtimet, & quos, & de tẽpore, & cauſa, &c. vt iam dictũ eſt in ſuperiori modo. Iterũ interroget qui nã ſint illi qui interfuerũt quãdo tales, quos ipſe vt inimicos repellit, illũ inuaſerũt, ſeu vulnerauerũt, aut quid ſimile fecerũt; & a quibus poterit de ipſa capitali aſſerta inimicitia plenius informari. Quibus peractis Inquiſitor reſponſiones & dicta omnia diligenter conſideret, et ſuper teſtium qualitate a timoratis viris informationes accipiat, vt

Modus tertius.

Concilium Biterrenſe c. 10.

veritatem

veritatem inueniat. Quod ſi teſtes de capitali inimicitia vere notatos eſſe cognouerit, iura & Doctores & cōſiliarios conſulat; & quod æquum ſibi videbitur, agat.

Modus quartus

Quarto fieri poterit, vt copia ſuppreſſis nominibus habita, delatus ipſe ſuper depoſitionibus ſubtiliter diſcurrens, in aliquam cognitionē ſeu coniecturam deueniat, & quidpiam diuinet. Quare quamplures inimicos capitales exhibebit & rationes ac teſtes producet, quibus aſſertam capitalem inimicitiam ſe probare poſſe exiſtimabit. Quæ omnia Inquiſitor attente & prudenter conſpiciet, & iuxta reperta procedet; omnemq́, curam, in exploranda inimicitiæ veritate, adhibebit. Interroget, quærat, inueſtiget, perſcrutetur, cōſulat, & nihil, quod ad iudicem æquum ac patrem optimum attineat, prætermittat. Hæc in quinto & ſexto modo Direct. ibidem explicat. Tu tamen diligentius rem ipſam perpendere poteris; vt videas an tradendo copiam, ſublatis duntaxat teſtium nominibus, teſtibus ipſis ſufficienter prouiſum ſit, ne iuxta c. fin. eod. tit. lib. 6. periculum aliquod incurrant. Id quippe parum tutū eſſe putarem, ſi delatus ipſe ex alijs circunſtantijs in proceſſu expreſſis, teſtes veluti ex nominibus didiceret. Quare cum canonis ea fuerit intentio, vt a periculo teſtes eriperet, quod ex eorum notitia imminere poterat; non inepte fortaſſe quis conſuleret, ſi non modo nomina ſupprimēda, ſed & circunſtantias omnes, teſtes ipſos delineantes aut detegentes omittendas eſſe decerneret. Faciunt ad hoc adducta per Tho. Gram. in voto 14. nu. 12. qui dicit quod vbi de teſtium ſubornatione timetur, iura transgredi licet; & ita in ſpecie conſuluiſſe Alexan. de Imol. in conſ. 65. in 1. vol. igitur multo magis iura tranſgredi licebit quando de eorundē teſtium vita timetur. Nam pluries ego ipſe vidi, inimicitias, odia, vulnera, & mortē etiam ex copia ita data, ſuboriri. Et nonnunquam inquiſiti a ſeipſis decepti, eum contra ſe depoſuiſſe credunt, qui de facto nō depoſuit, nec aliquid contra eos vnquā dixit aut fecit; & ipſi nihilominus tali opinione detenti, graues moleſtias & mortem etiam aduerſus eum moliuntur. Ita Ferrariæ aliquando contigit, & alibi quoq; idem eueniſſe a fidedignis accepi. Quare caute admodum incedendum eſt, vt fidem catholicā, ſalua teſtium vita, tueamur; et hæreticos ad Eccleſiæ gremium reducamus. Vix enim inueniuntur qui in hac hæreticorum cauſa denunciare ſeu deponere velint. At ſi teſtium ſalutem mundus periclitari viderit, nullum vnquam delatorē habebimus. Nota inſuper quod & ſi plerique Doctores illum inimicum ſeu de inimicitia ſuſpectum aſſerāt, qui ſemel in cauſa capitali cōtra quempiā depoſuit, ille tamen non poteſt vt inimicus reprobari, qui inuitus, & a iudice coactus, teſtimoniū in cauſa criminali perhibuit; ſecus autē ſi ſponte veniſſet. Ita tenet Panorm. in c. cum P. de accuſat. adducitq; arg. ex l. quæ omnia. ff. de procu. & c. cum tua. de ſponſ. & in. c. cum meminimus.

Hæc ita cōſcripta, cum Sanctiſſ. D.N.D. Pio V. Pont. Max. poſtea cōtuli, qui non modo ea probauit, uerū etiam ſpecialem conſtitutionem ſuper teſtium nominibus & circūſtantijs nullatenus publicandis, edere cogitauit.

nimus. de accuſat. & Io. And. But. Io. de Ana. & Fely. ibidem. & Card. in d. c. cum P. quos refert & ſequitur Blancus de indic. in ver. inimicitia. a nu. 152. vſq. ad nu. 156. & vltra.

c Singulares. *Adde quod teſtis tunc dicitur eſſe ſingularis quando ſolus eſt, nec alium habet ſibi in depoſitione conteſtem, & concordem. Ita deſcribit Pract. Papien. in form. oppon. contra teſtes. ver. ſuntq́ etiam ſingulares. nu. 1. Debent enim teſtes in facto & in iure concordes eſſe, vt per Bal. in l. de quibus. ff. de leg. nu. 37. quē allegat Lancil. Conrad. in d. ſuo præt. in ciuil. in rubr. dicta teſti. aſſum. tit. de ſingularitate. nu. 23. Nam in loco & tēpore & perſonis cōcordare debēt, vt per Specul. probatur lib. 1. partic. 4. tit. de teſte. §. opponitur autē. verſ. item quod teſt. diſcor. nu. 82. & allegat c. nihilominus. 3. q. 9. & 35. q. 6. c. de parentela 2. & ext. de teſt. c. licet 2. Quæ etiam confirmat in §. iam de interrogatorijs. verſ. item interrogetur de loco, & c. nu. 9. vbi dicit quod locus ad angulum reſtringendus non eſt. arg. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. vbi autem. Pro quibus vide Archiep. in 3. par. tit. 9. c. 11. §. 2. vbi tractans de teſtium diſcordia, dicit quod teſtes in circunſtantijs concordes eſſe debent, quæ in hoc carmine complectuntur.*

Singulares teſtes, qui dicantur.

Teſtes ī quibus debeant concordare.

Res, perſona, locus, gradus, ſint conſona, tempus.

De re vt ext. de probat. c. licet. de perſona, vt de reſcriptis c. Rodulphus. de loco vt in exemplo Danielis in cauſa Suſannæ. de gradu vero vt in cauſis matrimonialibus. 35. q. 6. in d. c. de parentela. de tempore demum vt ibi, & per D. Tho. ſec. ſec. q. 70. ar. 2. ad. 2. Qui pulchre de his diſſerit, ideo vide, & adde Panor. in c. bonæ. 1. de elect. nu. 7. dicentem, ſingulares ideo teſtes dici, quia ſuper diuerſis factis deponunt, ita vt quilibet ex dicto ſuo ſingularis exiſtat. Idq́ intelligendū eſſe dicit reſpectu obiecti, ſcilicet rei quæ videtur aut auditur, non autē reſpectu potētiæ ſeu actus ipſius ſenſus percipientis. Nā ſi ad actū aut potētiā reſpicimus, teſtes ſemper ſunt ſingulares, quia, inquit, ſenſus meus non eſt tuus ſed meus, nec econtra. Dicuntur autem conteſtes, & non ſingulares, quando obiectū, ſuper quo deponunt, ſenſibus teſtiū eodē tēpore repræſentatū fuit. Tunc quippe ſuper eodē facto deponere videtur, quia temporū diuerſitas, rerū diuerſitatē inducere poteſt. & teſtes neceſſario cōcludere debent, vt in c. in præſentia. de probat. & c. cū dilecti. de elec. & c. tā litteris. de teſti. cū ſimil.

Conteſtes qui dicantur.

Quod autem ad ſingularium teſtium efficaciam, ſeu valorem in probando attinet, nota doctrinam Fely. in c. licet ex quadam. ext. de teſtibus. nu. 2. verſ. vltimo eſt ſciendum. vbi dicit quod regulariter teſtes ſingulares non probāt, vt in c. licet cauſam. de probat. & c. cū dilecti. ad fin. de accuſat. & c. cum dilecti, & c. bonæ. el 1. de elect. & d. l. ob carmē. in fi. ff. de teſt. Adducitq́ rationē Bal. in l. iuriſiurādi. C. de teſt. quia ibi non eſt numerus conteſtiū, vnde tantū probāt mille

Quomodo teſtes ſingulares, probent.

ſingulares

ſingulares quantum vnus. Allegat etiam Paul. de Eleaz. in diſputatione incipien. contra inſtrumentum debiti. in 6. col. Spec. in tit. de teſte. §. 1. verſ. ſed pone egi. Imol. in Clem. ſæpe. de verb. ſig. Ant. in c. ſi cautio. in fin. de fid. inſtr. & alios multos. Deinde limitat ſecundum Bal. in rubr. de contro. inueſt. poſt princ. quod & ſi teſtes ſingulares exiſtant, in eundem tamen finem varijs medijs & coniecturis conueniant, tunc quia vnus alteri adminiculatur, iuramentũ in defectũ probationis defertur, per c. dilectus. de ſucce. ab inteſtato. Præterea diſtinguit, duplicem eſſe ſingularitatem, aſſerens, alterã obſtatiuam, quæ teſtimonium infringit: alterã adminiculatiuã, vt ſi vnus teſtis deponit de veritate, & duo de fama, quæ teſtimonium coadiuuant. Et adducit Bal. in d. c. licet cauſam. dicentem quod ſingularitas quandoq; cum contrarietate eſt, vt ſi vnus teſtis dicit contra multos: nonnunquã ſingularitas eſt, & tamẽ vnius dictũ alterius dictũ coadiuuat; vt ſi teſtis vnus cõfeſſionem probet, alter vero numerationẽ, &c. Demũ in Authoris ſententiã fere declinare videtur, tractans de teſtibus productis ad probandũ aliquid quod habeat continuationem. Et rurſus, quando actus plures habent vnam originẽ & cauſam, origo illa per teſtes ſingulares probari poteſt, & multa allegàt quæ ibi vide. Accedunt ad hæc explicata per Specul. lib. 3. partic. 1. tit. de inquiſitione. verſ. quid ſi vnus teſtis ſuper infamia, &c. nu. 17. vbi dicit infamiam probari per duos teſtes ſingulares deponentes de diuerſis diebus. Et eodem modo probari poſſe dicit aliquem merum imperium in aliquo caſtro habere, vt ſi vnus dicit vidiſſe quod in aliqua parte territorij d. caſtri aliquem ſuſpendi fecit; alius vero atteſtatur ſe vidiſſe quod alium exoculari fecit, & hæc per d. c. licet ex quadam. de teſti. Et in lib. 1. tit. de teſte. in §. illo, iam de interrog. nu. 12. & 13. dat notabilem doctrinam, nempe, quod quando tempus & locus non ſunt de ſubſtantia, non opus eſt vt in his teſtes concordent, immo probant quamuis diſcordent: ſecus autẽ vbi locus & tempus adeo de ſubſtantia actus eſſent, vt ex illorũ varietate, cauſæ quoq; veritas variaret. Idem ſentire videtur Gand. de malef. in rubr. quomodo de malef. cogn. num. 11. & 12. & Felyn. in c. veniens. 1. de teſtibus. num. 13. & Abbas in c. nihil obſtat. de ver. ſign. Ex his firma videtur D. Authoris doctrina, teſtes videlicet ſingulares probare quando non de aliquo probando in ſpecie, ſed in genere tractatur. Nam quamuis teſtes ſinguli de ſingulis articulis diſtincte deponant: omnes tamen errores illi, eandẽ radicem habent, & ex eodem fonte emanant, nempe ex prauitate hæretica, & ex deuiatione ſeu receſſu aut declinatione a doctrina Romanæ Eccleſiæ, cui, vti infallibili regulæ adhærendum eſſe, iam ſupra oſtendimus in addition. ad c. 2. pag. 11. Inſuper probant continuationẽ & perſeuerantiam in ipſa prauitate, & ſic in genere eum eſſe hæreticũ arguunt.

Sĩgularitas duplex. adde q̃d quotuplex ſit ſingularitas in teſtibus copioſe tradit Simon Craueta tract. de antiquit. tẽpo. par. 4. nu. 157. & multis ſeq. & Albertinus in repetitio. c. quoniam. de hære. lib. 6. q. 16. n. 37. & ſeq. & lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 127.

Hæc tamẽ ſententia nullo pacto eſt tenẽda. Cõrradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 9. Ioannes Rojas

arguunt. Ita dicitur tenuiſſe Innoc. quem Doct. communiter ſequuntur in c. qualiter & quando. 2. & c. cum oporteat. de accuſat. Alex. conſ. 92. quos refert & ſequitur Ioachim. Myſing. in ſingul. obſeruat. centuria 2. obſeru. 20. Faciunt ad hæc adducta per Petrum a Plaza. lib. 1. Epito. delic. c. 29. in fin. vbi dicit ad furoris probationem teſtes ſingulares ſufficere per iam citatum Innocentium in eiſdẽ c. Cui addit Imol. ibidem. & Bal. in l. 1. C. qui nu. tut. ſe excuſ. Bar. in l. de minore. ff. de quæſtionibus. Dec. in conſ. 448. num. 8. & in l. furioſum. nu. 30. C. qui teſt. fac. poſ. Alex. in d. conſ. 92. num. 20. vol. 5. & in conſ. 147. num. 20. vol. 3. & in conſ. 86. num. 2. vol. 2. & conſ. 141. num. 2. vol. 1. Carol. Ruin. in conſ. 67. nu. 8. vol. 1. & pleroſq; alios modernos, quos ibi vide. tract. de hæret. par. 2. aſſerti. 6. Simãcas catho. inſtit. tit. 64. nu. 69. & ſeq.

Quibus non obſtantibus Boerius in deciſ. 342. per to. & præcipue nu. 2. contrarium ſtatuere nititur, videlicet, nec etiam in genere teſtes ſingulares quid probare, et innumeras allegationes adducit: quæ tamen non ita ſolide probare videntur, vt eius ſententia abſq; vlla controuerſia recipienda ſit. Et quamuis ipſe dicat quod per duos teſtes probare opus eſt quempiam hæreticum aut vſurariũ eſſe, vt communiter Doctores velle videntur non diſtinguentes inter actum ſucceſſiuum qui habet perſeuerantiam, & momentaneum, &c. tamen præcitatus Ioach. Myſing. in centur. 3. obſeru. 76. atteſtatur dictam Doctorum repugnantiam, huius diſtinctionis ſuffragio reconciliari apud omnes conſueuiſſe: nempe quod negantes hæreſim, vſuram, ſeu furorem per teſtes ſingulares probari poſſe, intelligunt in ſpecies; affirmantes vero quod immo per ſingulares probatur, intelligunt in genere, vt Author dicit. Quod etiã Felyn. intellexiſſe atteſtatur in d. c. licet ex quadam. fallen. 2. & Alex. in conſ. 147. vol. 7. & Alb. de Roſa. in l. turpia. ff. de leg. 1. Quibus aperte ſubſcribit Foller. in ſua pract. in 2. par. 2. in rubr. item quòd commiſit crim. læſæ maie. nu. 3. dices quod in crimine læſæ maieſtatis nõ obſtat ſingularitas teſtiũ, nec etiã veritas, maxime quãdo cõtra aliquẽ de hoc crimine in genere inquiritur, & nõ de aliquo facto ſpecifico. Quod ſi in informationibus inuenitur quod multa verificãtur, quæ nõ ad vnũ ſpecificũ actũ criminis læſæ maieſtatis tẽdũt, ſed ad plura; & ipſi teſtes in eundẽ rei finẽ cõcurrũt, id ſufficere dicit, cõcludẽte etiã Marſil. in conſ. 1. in 1. li. nu. 27. cũ plur. alijs eandẽ ſententiã cõplectentibus, vt Iaſon in l. admonẽdi. ff. de iureiur. nu. 255. ab ipſo Lancil. citatus vbi ſup. nu. 25. qui, inquã, multas limitationes ex varijs Doctorũ dictis adducit ex D. Aimõ Craueta in cõſ. 73. Inter cetera vero dicit ſingulares teſtes ꝓbare quãdo ſũt perſonæ graues, et dignæ, vt vult Paul. de Caſtro in d. l. admonẽdi. col. penul. & in l. Lucius. ff. de his qui not. infa. in recoll. Floren. qui ibi ſubdit, vt multi proterui iudices habeãt hoc pro duro; quod etiã pro ſingulariſſimo relatũ eſſe dicit ab Hip. de Marſ. in l.

Boerij extrema ſententia.

In crimine hæreſis non facile venias in hanc ſententiam.

in l.1. §.fin. nu.40.ff. de quæſtion. Idem dicit Tho. Gram. in conſ. 13.nu. 15.per c. nobiliſſimus.96.diſt. & Doctores. Et quod in crimine læſ. maieſ. teſti ſingulari credatur, probat etiam Specul. in eodem tit. de teſte.§. reſtat de numero teſt. fallen. 21: vbi dicit quod creditur vni reuelanti inſidias factas eſſe Papæ, ſeu conſpirationem; & idem eſſe in crimine læſæ maieſtatis. per c. ſi quis Papa.79.diſt. & 6.q. 1.c. ſunt plurimi.§. verum. & multa ibi dicit de teſtium numero per totum illud.§. Faciunt etiam ad hæc quæ Brun. dicit in tract. de indicijs. par. 1. q. 4.num. 2.nempe quod vnus teſtis de viſu, cum fama, & alijs adminiculis certis & probabilibus, eſt ſufficiens probatio in delictis quæ occulte fiunt; & allegat Iac. & Bal. citatos ab Hoſt. & Abbate. in c. præterea. de teſti. in fin. & Bart. in l.1.§.idem Cornelio.ff. de quæſtion. qui dicit teſtem vnum de viſu cum alijs indicijs plenam probationem facere in delictis per tex. ibi in l. 2. §. 1. ff. de excuſa. tuto. & ibi per gloſ. iuncta l. inſtrumēta. C. de probation.

Directorij temperamentum. *Cui tamen hæc nimis auſtera viderentur, temperamento vti poſſet a Direct. poſito 3.par. q. 72. qui per teſtes ſingulares addita etiā infamia, neminem condēnare vellet; ſed potius purgationem illi indicere, vt infamiā expurget; & abiurationē, vt vehementē ſuſpicionē ex taliū teſtium dictis conſurgentē, abſtergat. Idq; confirmat authoritate D. Guidonis Fulc. in q.14. & 15. quas ad Inquiſitores conſcripſit. & Archid. in c. vt officium.§. verum. ſuper ver. teſtiū. eod. lib. 6. Demum adducit litteras Card. Alben. ap. ſed. legati ad Inquiſitores, in quibus ita habetur: Quando teſtes ſingulares ſunt in dictis, concordant tamē in ſubſtantia ſeu in effectu; relinquitur Inquiſitoris arbitrio, vt ſicut ei ſecūdum Deum videbitur, ſic procedat; maxime, ſi fama conſtat; & idoneitas & fides deponentium contra eum contra quem fuerit inquirendum. Dictum vero conſilium ſeruandū eſſe probat per extrauag. Alex. et Vrbani 4. præcunctis, vbi ſic habetur; Et obſeruandi etiam ſtatuta tam per ſedē apoſtolicam, quàm in conſilijs legatorū eiuſdem ſedis prouide edita, quæ negotiū catholicæ fidei tangere dignoſcuntur, ſicut promotioni negotij & augmento fidei fuerit opportunum, &c. plena ſit vobis & ſingulis veſtrum præſentium tenore facultas. Quod iudicis arbitrium in his poſſe, etiam Crauet. in d. conſ. 73.nu.35. & conſ. 78. nu.7. atteſtatur; prout refert idem Lancil. in d. nu.25. limit.3. Animaduertat nihilominus Inquiſitor ne in his arbitrio perperam vtatur. Quamuis enim plura iudicis arbitrio relinquantur, id tamen iuri & æquitati conſonum eſſe debet, vt late per Marſil. §. diligenter.nu. 24. & allegat Lud. Rom. in conſ.376. & Bal. in diſput. incip. Statuto cauetur quod fœnerator, &c. Alex. in conſ. 21. incip. viſis verbis, & alios quos tu vide. Subſcribit etiam Foller. in pract. par. 1. in rubr. ſtudeat ſe ornare bene moribus. num. 61. Pro quibus vide Franc. Bru. in d. tract. de*

Intellectum horum verborum tradit Pegña lib.3. adnot. in Direct. Schol. 127.

Iudicis arbitriū, æquum eſſe debet.

indic.

indic. par.1.q. 4. num. 3. vbi dicit iudicis religioſi arbitrio commiſſa eſſe indicia etiam indubitata,quæ a lege approbata ſunt. & nota quod iudicem religioſum vocat cum de eius arbitrio loquitur. Vide etiam M. Ant. Blanc.de indic. in rub. de proceſſu & teſtibus indi. verſ. teſtes ſingulares. num. 366. & ſeq. & Franc. Caſon. de tormentis. cap. 6. num. 11. & 12. Guliel.de Ludo. ſingul.27.num.1. & Lud. Roma.in ſing. 694.& Tho. Gram.in conſ. 35.incip.in cauſa magni. Anto. Bernar. num.43.& 44.

d Omnis indiſt. admit. accuſator. *Adde Nicol. Arelat. in tract. de hæret. notab. 10.qui hoc adeo extendit, vt etiam inimicum comprehēdat, dicitq; in crimine hæreſis, inimicū alterū inimicū accuſare poſſe. Idq; ea ratione probat, quia vnicuiq; ſuā ac ſuorū iniuriam proſequi licet, vt patere dicit ex c.repellātur. & c.cum P.de accuſat. & l.qui accuſare.ff.eo.tit.& per Felyn. in d.c.cū P.&c. Quæ vero in diuinam religionem committuntur, omnium iniuriam reſpiciunt. l.Manichæos.C.de hæret. Adducit inſuper Andr.de Iſer ſummum feudiſtam.in authen.Gazaros.de ſtatu.cont.libert.eccl. collat.10.in ver. diuina quàm humana, quæ etiam ab Authore hic aliqualiter prætacta videntur, num. 8. Nec ea reſpuit Carer.in d. ſuo tract. nu. 107.in fin.vbi eundem Iſern. adducit diſputantem pro & contra, ac tandem diſtinguentem de hæreſi propria & perfida, & de hæreſi large ſumpta; ac ſi in hæreſi proprie dicta inimicus ad accuſandū admittatur, non autem in hæreſi communiter aut large accepta. Hæc valde dura ac prorſus iniqua viderentur, ſi, vti D. Author hic dicit, nu.7.ad accuſatoris dictum ad ſententiā condemnatoriam procederetur. Cum vero iudex non iuxta accuſatoris petitionem, ſed iuxta teſtium probationes condemnet, parum obeſſe poteſt, ſi inimicus ad accuſandum admittatur. Faciunt ad hæc notata per Authorem hic num. 7. Quibus addo me plerumq; in huius Officij ſacri exercitatione, adinueniſſe quod inimici non falſum, ſed verum denunciarunt, quod cæleſti conſilio, iuſtoq; Dei iudicio factum cognoui. Cœcus quippe mundus iſte, criminis huius malitiam ac prauitatem nōdum capere potuit, ideo proniores eſſe mortales conſpicimus ad accuſandum & puniendum fures & homicidas, quàm ad corrigendum ſeu damnandum hæreticos. Immo cum aliquis ob hæreſim inquiritur aut detinetur, accurrunt omnes, orant, rogant, excuſant, & omnino tueri conantur: ſceleſtos ac prorſus impios eos dicunt, qui pauperem illum virum de hæreſi notare voluerunt. Crudeles inſuper miniſtros appellant, ſi carceribus, ſi vinculis, ſi compedibus, ſi deniq; tormentis hæreticū ad veritatis lumen reducere nituntur; obſequiumq; maximum ſe Deo præſtare arbitrantur, ſi eum a carceribus & vinculis etiam iniuſte extrahunt, & ab Inquiſitoris manibus eripiunt. Optarent enim talia, aqua, vt aiunt, benedicta tātummodo remitti.*

Inimicus, etiā ad accuſandū admittitur.

Quod

Quod ſi læſæ maieſtatis humanæ crimen in exemplum reſpondendo obijcimus, mox dicunt aliud, hoc eſt, plurimum inter ſeſe hæc diſtant, & ſimilia, ac ſi minus eſſet Deum opt. Max. quàm terrenum Principem offendere. Deploranda potius hæc ſunt quàm recenſenda: oremus itaq́, Dominum vt cæcorum oculos aperiat, & fidem ſuam ſanctam conſeruet, ac huius Officij miniſtros tueatur, & protegat. Fit itaq́, vt iam dicebamus, Deo ita diſponente, & ex alterius malitia bonum hoc eliciente, vt quis aliquem hæreticum eſſe cognoſcens, illum, durante amicitia, non prodat. Verum inimicitia inter eos poſtea ſuborta, ſtatim ille ad Inquiſitorem pergit, & quem hæreticum iamdiu cognouerat, modo denunciat: dicitq́, id fidei zelo, & charitatis intuitu hoc facere, quamuis ex odij fomite ille forte ducatur. Ideo debet Inquiſitor qualitatem deponentium ſeu denunciantium diligẽter attendere, & de atteſtationũ & dictorum veritate ſubtilius & cautius inquirere, & verba c. in fidei fauorẽ. de hæret. lib. 6. optime notare. ſi videlicet, ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtiũ, aut perſonarum tam deponentium quàm eorum contra quos deponitur, qualitate, ac alijs circunſtantijs, ſic teſtificantes falſa non dicere præſumantur.

e Cogi poterit. *Adde Felyn. in c. dilectorum. de teſti. cogend. nu. 3. ibi in ea gloſſa in fin. & c. vbi per Innoc. Abbatem, & Doctores alios, hanc de teſtibus in criminalibus cogendis materiam tractat: & adducit Bal. dicentem id arbitrarium eſſe, quia diſtinguendum eſt quando teſti magnum imminet periculum, & quando non imminet. primo caſu teſtem minime cogendum eſſe dicit, ſecus autem in ſecundo. Et hoc arbitrarium eſſe Franc. Brun. de indicijs, ſentire quoq́, videtur q. 2. par. 1. verſ. vlterius generaliter quæro. nu. 15. vbi dicit quod circa hoc fuerunt octo opiniones, quas dicit videndas eſſe apud ſcribentes ſuper d. c. dilectorum. quos tu vide. Dicit vlterius ipſe Brunus, in hoc iudiciorum conſuetudinem attendendam eſſe; ad quod dictum ſe remittit Hippol. de Marſil. in §. diligenter. nu. 182. & nihil addit. Ang. autem de malefic. in gloſ. comparuerunt dicti inquiſ. nu. 7. teſtes in criminalibus non modo cogendos eſſe ſimpliciter aſſerit; ſed etiam cautelam docet, qua iudex eos ad comparendum compellat; nempe formando contra eos proceſſum, quod pecunia ab inquiſito corrupti comparere recuſant, ne teſtificẽtur. Quod vbi ipſi perceperint, mox venient, ne de falſo damnentur, prout ipſe fieri poſſe dicit, per not. per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de falſis. Quam cautelam habes etiam a Fely. ibidem. nu. 4. qui non tantum Bar. allegat, ſed etiam Maria. in repet. c. qualiter & quando. q. 11. arg. 105. de accuſ. Flori. in l. 1. ff. de teſtibus. Eandem veluti bonam aſſignat etiam Iodoc. in pract. c. 48. nu. 6. & 7. qui dicit quod teſtibus comparere renuentibus, fortaſſe ex diſſuaſione, aut corruptione*

Inquiſitor teſtes cogere poteſt.

Cautela cõtra teſtes contumaces.

maleſici, aut ex alterius timore, aut qua uis alia mala dehortatione, poterit Iudex eos citare, & contra eos procedere. Quod ſi nec tunc comparuerint, habebit eos vt falſos. Et addit Io. de Arnono. in ſingul. 96. quod teſti ad teſtificandum citato, & contumaci, poteſt Iudex pœnam confiſcationis bonorum imponere: dicitq́ id ſingulare eſſe a Bal. dictum in c. 2. de teſt. cog. quod ibi Bal. ipſe not. dignum reputat. Et quod ſint cogendi tenet etiam Roſ. in tit. de oppoſitio. cont. teſtes. nu. 66. & 67. qui multa allegat. Super quibus videre etiã poteris adducta per Lãcil. Conr. in cauſ. ciuil. in rubr. de teſtibus. nu. 6. & 7.

In hoc vero crimine teſtes præcipue cogẽdos eſſe, tenet aperte Fely. in d. c. dilectorum. eodem nu. 3. qui ad hoc allegat Archid. in c. vt officium. §. verum. de hæret. in 6. Et ad obiecta Bal. de periculo, occurrit per not. ab Hoſt. & Do. in c. 1. de homi. lib. 6. videlicet quod teſtes non publicentur, quo remedio appoſito tolli poteſt diſtinctio Baldi, vt ipſe dicit. Quibus adde c. fin de hæret. in 6. & alias Sum. Pontificum extrauagantes, quibus teſtium publicatio prohibetur, vt ſupra pag. 87. & ſeq. diximus; vnde ceſſat periculum a Bal. excogitatum. Hæc Direct. confirmat in 3. par. q. 62. & arguit hoc modo; Inquiſitor ſuper hæretica prauitate inquirens teſtes examinare poteſt & debet, per d. c. vt officium. §. verum. ſed teſtes in cauſis eccleſiaſticis, cogendi ſunt ad deponendum veritatem medio iuramento. c. peruenit. de teſti. cog. quia aliàs teſtimonium nõ valeret, vt ext. de hæret. c. excommunicamus. lo 1. §. addiycimus. vbi decernitur, quod tres aut plures boni teſtimonij viros, vel etiã totã viciniã, ſi expedire videbitur, iudex iurare cõpellat, vt etiã ſupra notauimus pag. 51. §. habent. & per Authorem in c. 11. nu. 2. Igitur Inquiſitor teſtes cõpellere poterit. Quod ſi aliqui iuramẽti religione, obſtinatione damnabili reſpuentes, iurare noluerint; ex hoc ipſi, inquit ibi text. tanquã hæretici reputentur. Faciunt etiam ad hæc declarata per ipſum Direct. in eadẽ 3. par. in q. 73. vbi cõcludit quod pro veritate inuenienda poteſt Inquiſitor teſtes torquere, & eos etiã punire, qui in cauſa fidei falſum depoſuiſſe deprehenduntur, vt in ſequentibus apparebit.

Teſtes in cauſa fidei cogi poſſunt ad teſtificandum.

Adde ibidem Schol. 119. li. 3.

Et quoniam cœca quadam ignorantia mundanos laborare conſpicimus, qui non modo ſe ad accuſandum aut teſtificandum teneri non putant, ſed nefas eſſe id aſſerunt Theologi cuiuſpiam dicto ſeſe munientes, vide tu D. Tho. in ſec. ſec. q. 68. ar. 1. vbi probat quẽlibet ad accuſandũ teneri, cũ crimẽ in republica & cõmunis boni detrimentum vel in multitudinis corporalẽ aut ſpiritualem corruptelã vergit, & ad id probandũ teſtes habet. Nam commune bonum, particulari præferendum eſt. Ad quod adducitur illud Leuit. 5. ſi peccauerit anima, et audierit vocẽ iurãtis, teſtisq́; fuerit, quod ipſe vidit aut conſcius eſt, niſi indicauerit, portabit iniquitatem ſuam. Quod ſi teſtes ad id probandum non habet, per denunciationem, reipublicæ &

Accuſare ſeu denunciare omnes tenentur.

Ioannes Rojas in ſingularibus fidei, ſingul. 5. Simãcas catho. inſti. tit. 4. & tit. 19.

proximi periculo quilibet ſuccurrere poteſt, vt ibi Card. Caiet. admonet. Qui etiã addit quod ſi aliter quam per accuſationis viam, multitudinis periculo quis obuiare non poteſt: de neceſſitate ſalutis ad accuſandum tenetur. Alioquin cõmune bonum opere & veritate non diligeret. Quod autem in contrarium producitur ex oratione dominica; dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus, &c. nihil obſtat; cum nõ propriã cauſam, ſed proximi aut reipublicæ ſeu cõmunitatis agat qui accuſat aut denunciat. Hoc idẽ confirmat Sylueſtr. in ver. accuſatio. §. 2. & Tab. in eod. ver. §. pariter 2. Quemlibet inſuper ad teſtificandum teneri, ſi authoritate ſuperioris ſecundum ordinem iuris exigitur; probat etiam D. Tho. eadem ſec. ſec. q. 70. ar. 1. Quem Card. Caiet. ibidem ſequitur, vnà cum D. Archiep. par. 2. tit. 1. c. 19. §. 7. ver. quarto peccatur in omiſſione teſtimonij, &c. & Syluest. in ver. teſtis. §. 8. vbi multa allegat quæ vide. Circa quæ diligenter obſerua D. Tho. ſententiam ibidem, quod vbi de aliquo damno agitur, tenetur etiam non requiſitus facere quod in ſe eſt, vt alicui veritatẽ denunciet, qui huic damno ſeu periculo occurrere valeat. Quod Raym. etiam ad religioſos extendit præterquam in cauſa ſanguinis, vt ibi Syluest. atteſtatur. Hæc vnumquemq; fidelẽ & catholicũ adeo extimulare deberent, vt abſq; iudicis monitione, citatione aut pœna, pro cõmuni chriſtianæ religionis bono, ad accuſandum ſeu denunciandũ, & teſtificandum omnes accurrerent. Quod & ſi in cauſis omnibus ſeruari deberet; in hoc tamen fidei catholicæ negotio ardentius id peragendum eſſet, vbi non modo atrociſſimas pœnas parendo effugimus, ſed incomparabilia præmia Dei Max. liberalitate, & ſanctæ eius Eccleſiæ benignitate conſequimur. Ex his igitur apertiſſime liquet, quod accuſare ſeu denunciare, vel teſtimonium ferre omni iure tenemur.

De teſte, qui deponit falſum: & poſtea retractat dictum ſuum. Cap. XIIII.

SVMMARIVM.

1 *Falſus teſtis duplici via puniri poteſt.*
2 *Quis dicatur falſus teſtis.*
3 *Quid agendum cum teſte vacillante.*
4 *Quid de obſcure deponente.*
5 *Quid de reuocante, ſeu retractante dictum ſuum.*

Falſus teſtis coram Inquiſitore punitur; ſed qua pœna debeat coerceri, grauis eſt con-

SI teſtis deponit falſum corã Inquiſitore; & quæratur quomodo ex hoc debeat puniri, & per quẽ: dic † quod cõtra falſum teſtem duplex eſt via puniendi. Vna ordinaria, videlicet Legis Corneliç 1
de falſis: & iſta infligitur per iudicem competentẽ, & ordinarium

rium iudicem deponentis; ſi accuſabitur coram eo, vt ff. ad l.
Cor. de fal. l.eos. Alia eſt via extraordinaria & arbitraria pro
motu iudicis,cuius aures violauit,dum eſſet ingreſſus ſecreta-
riũ ipſius,vt C.de teſti.nullum.& ita not.ff.de teſti.l.qui falſa.
a Vnde in hoc caſu punietur teſtis [a] per Inquiſitorẽ;in cuius exa
mine,& iudicio noſcitur depoſuiſſe falſum teſtimoniũ:Et pœ-
na quæ infligetur hoc caſu per eum, erit arbitraria pro motu
Inquiſitoris;cum nõ inueniatur a iure determinata,vt ff.de ef-
fract.l. 1.§. expilatores.& ext.de offi.dele.c. de cauſis. Et ſi vi-
debitur ſibi imponere pecuniariã pœnã huic teſti falſo; pote-
rit,vt ext.de pœnis.c.2.& ext.de hæret. c.2. in prin. in cõpila-
tione Clement. De hac tamẽ impoſitione pœnæ pecuniariæ la
tius dicetur infra in c.an,& quãdo Inquiſitor poſſit pœnas pe-
2 cuniarias imponere, &c. Quis autẽ † dicatur falſus teſtis, ſeu
falſum teſtimonium deponere;dic quod falſus eſt ille, qui di-
cit mendacium exprimendo falſum:& etiam ille, qui ſuppri-
mit,ſeu celat veritatem.Caſus eſt ext.de crim.falſi.c. 1. & ſem-
per intellige,ſcienter, & doloſe: quia ſine dolo falſum non cõ-
3 mittitur,vt C.de falſis.l.nec exemplum. Sed † pone quod iſte
teſtis in dictis ſuis vacillat coram Inquiſitore: quid fiet? Dic
quod Inquiſitor poterit eum ponere ad torturam; ſicut etiam
in aliis criminibus vacillans torquetur, vt ff. de quæſtionibus.
l.ex libero.& l.de minore.§.tormenta.Nam & Inquiſitor, qui
eſt iudex eccleſiaſticus,poteſt torquere; dummodo ſanguinem
non eliciat,vt ext.de reg.iur.c.cum in cõtemplatione.ad quod
concor.23.q.8.his a quibus.& ext.de rapto.in archiepiſcopa-
tu.& ext. eod. c. 1. poſt prin.in compil. Clementis. Sed po-
4 ne † quod teſtis depoſuit coram Inquiſitore ita obſcure,ita cõ-
fuſe; quod per eius dicta nõ poteſt bene elici veritas:quid erit?
Dic quod Inquiſitor poterit eũ ſecũdo vocare,& examinare, vt
clare deponat,vt ext.de teſti.c.per tuas. & c.cũ clamor.ar.ff.de
5 quæſt.l.repeti.cum ſi. Sed pone † quod teſtis primo depoſuit
in negotio fidei corã Inquiſitore:poſtea venit ad Inquiſitorẽ:
b & reuocat,& retractat dictũ [b] ſuũ expreſſe dicẽs quod ex typo
malitiæ,et fraudis primo depoſuerat falsũ:et modo dicit quod
ea quæ depoſuit nõ ſunt vera: & dicit contrariũ primo dicto:
nunquid ſtabitur primo dicto,an reuocationi ſecundæ?Et cir-
ca hoc dicas,quod ſi teſtis primo depoſuit pro fide cõtra hęreti
cum: propter reuocationem ipſius factam ex interuallo, non

treuerſa, de qua vide præ ceteris Petrum Dueñam regula 27. Siman.catho.inſti.tit.64.& lib. 3. adnot. in Dire. Schol. 128.

Pœna ſupradicta erit arbitraria: poteritque Inquiſitor pecuniariã imponere.

Cap. 19.

Falſus teſtis eſt qui doloſe falſum exprimit, aut veritatem celat.

Teſtis vacillãs poteſt torqueri per Inquiſitorem.

Teſtis deponẽs obſcure, rurſus interrogandus eſt. Directoriũ par. 3. q. 62. & ibidem late Schol. 119.

Si teſtis reuocet dictum ſuũ cui dicto ſit ſtandum primo

An ſecundo. Directorium 3. par. q. 66. & ibidem latiſſime Scho. 122. Couarruuias lib. 2. variar. reſoluti. cap. 13. nu. 9. Ioannes Rojas ſingul. 194. & 206.

eneruatur prius dictum ipſius: licet ſuæ fidei aliqualiter detrahatur: quia ex quo potuit loqui parti inquiſitæ, præſumitur corruptus, & ex ſubornatione venire ad reuocãdum, & ſic ſuæ reuocationi non ſtatur, vt ext. de præſumpt. c. litteras. de teſti. c. cum cauſam. 2. & de teſti. cog. c. præterea. & ibi no. per Inno. ad quod concor. in authen. de teſti. §. quoniam. coll. 7. Si vero prius depoſuerat pro hæretico, ſiue ad defenſionem inquiſiti, poſtea retractat; & vult deponere contra eum, certe ſtabitur ſecundo dicto, & retractationi ipſius: niſi appareat quod in ſecũdo dicto deponat ex odii fomite, vel ex animi leuitate, vt ext. de heret. c. accuſatus. §. licet. lib. 6. & ratio diuerſitatis eſt fauor fidei, & deteſtatio criminis, vt ibi patet. & in eod. tit. c. in fidei.

Falſum deponens, & reuocans, ab Inquiſitore puniri poteſt.

Nec propterea tollitur, quin iſte teſtis qui confitetur ſe depoſuiſſe falſum, veniat puniẽdus per inquiſitorem: quia eum poterit punire prout ſupra circa principium huius capituli eſt oſtenſum.

ADDITIO.

Falſum teſtem, Inquiſitor punire poteſt, & hæc comunis ſententia vſu etiã ſancti officij vbiq; confirmata.

a Punietur teſtis, &c. *Adde Specul. lib. 1. partic. 4. §. 1. nu. 44. ver. ſed quid de delegato. & §. de teſtium. nu. 7. vbi dicit quod delegatus a principe ſeu a Papa, teſtem falſum punire poteſt. Quod dictum refert & ſequitur Abbas in c. 1. de crimine falſi. num. 9. verſ. ſed hic quæritur quis eſt competens. Et adducit Innoc. in c. penul. de pœn. Quod etiam confirmatur per Io. Andr. in addition. ad ipſum Spec. ibidem expreſſe diſtinguẽtem inter delegatum a Papa, & delegatum ab inferiori, & dicentem in primo ea abſq; controuerſia procedere. Idem conſtanter affirmat Ang. Are. de malef. in gloſ. falſario. ver. quæro teſtis dixit falſum corã arbitro, & c. nu. 24 qui adducit Ang. in l. ſi vacantia. C. de bo. vacan. lib. 10. in ver. ſed tunc quæro. vbi concludit quod iudex habens imperium, pœnam ordinariam vel extraordinariã imponere poteſt, vt not. gloſ. in d. l. nullum. C. de teſti. Si vero non habet imperium, non niſi extraordinarie punire poterit, inconſulto tamen principe. At principe conſulto, etiam ordinarie puniet, vt ff. de falſis. l. pen. Confirmat Auguſt. ibidem in additio. nu. 25. qui allegat Bar. in l. ſi quis obrepſerit. ff. de falſis. dicentẽ, quod Iudex ex officio ſuo punire poteſt eos qui in actu iudiciario coram ſe delinquunt; ſiue ſit notarius aut teſtis, vel pars, vel aliquis alius. per l. athletas. §. 1. ff. de his qui not. infam. & per alia iura quæ tu apud ipſum require. Addit inſuper ipſe Auguſt. gloſ. in c. illi qui. 5. q. 5. & Doctores canoniſtas ad idem probandum.*

Quibus

Quibus iungere poteris eundem Ang. Aret. in ead. gloſ. in verſ. quæro an quilibet iudex,&c.nu.36.& Auguſt.ibidem. His adhæret Lancil. Conra. in d.præt.in cau.crim.in rubr. de falſarijs. verſ. in hoc crimine.nu.37.qui adducit Anchara.in conſ. 172. & Marſil. in l.1.§.præterea.nu.27.ff.de ſicar.Idem tenet Iodoc. in pract. cap. 121. num. 6.

Ex his iam colligere poſſumus falſos teſtes in officio Inquiſitionis falſum teſtificantes,poſſe per Inquiſitorem ipſum a Summo Pont.delegatum puniri. Quod etiam eiuſdem ſacri Officij practica vbiq; iãdiu obſeruauit,vt habetur in Direct.par.3.de modo 12. terminandi proceſſum. vbi ponitur ſententiæ forma,quæ cõtra falſum teſtem pronunciari debet:quod etiam in eadem 3.par.q.73. confirmatur. Ideo vide ibi, & obſerua dictum Pauli de Leaz.in Clem. 1. de hæret. ſuper ver.ac tormentis exponere.qui probat Inquiſitorem abſq; Epiſcopo & e contra,teſtẽ torquere poſſe.nam cum per ſe quilibet inquirere poſſit,ea omnia etiam per ſe facere poterit ſine quibus id expediri nõ valet.c.præterea.& c.prudentiam.de offic.deleg.in ver.explicari.& ff.de iuriſ.om.iud.l.2. Reliqua tu ibi vide,quia arguit contra, & ſoluit.Vide etiam Boſ.in tit.de falſis.n.103.& ſeq.qui ſuper hac materia multa congerit, et late diſputat,& vide an iudex Laicus debeat eſſe contentus pœna per eccleſiaſticum falſo teſti impoſita. ibi. num. 106.& ſeq.Et an teſtis falſus de mandãte ſeu inſtigãte, aut ſolicitãte interrogandus ſit,& an indicium ad torturam faciat contra tales.vide per eundem Boſ.in tit.de indicijs & conſid. ante tort. a nu. 147. vſq; ad nu. 160. & vide ibi. nu. 157. quomodo teſti corrupto contra corrumpentem credatur,per Bal.& Felyn.Et de teſte qui pecuniam pro teſtimonio ferendo accepit.vide Archiep.in par.2.tit.1. c.19.§.7. ver.tertio peccatum comm.Et de falſo teſte quomodo ſemper peccat, vide D. Tho.ſec.ſec.q.70. ar.fin.

Sed quæ pœna puniri debeãt, grauis eſt controuerſia: de qua vide lib. 3.adnot.in Directo. Schol. 128.vbi latiſſime.

b Reuocat,& retractat dictum. *Adde Nicol. Arelat. in tract. de hæret.notab.13.& Io.Franc.Ponz. in tract.de lamijs. num. 84.*

De collationibus,& conſilijs habendis per Inquiſitores in ſententia,& proceſſu. Cap. XV.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores in ferendis ſententijs debent peritos conſulere.*
2 *Si Epiſcopus & Inquiſitor diſcordant, inſtructum negotium ad Apoſt. ſedem mittatur.*
3 *Inquiſitores poſſunt conuocare peritos in iure & in ſacra theologia, eoſq; cogere.*

Cõrradus Brunus lib. 4. de hæret. c. 10. Albertinus ĩ c. 1. de hæret. li. 6. q. 10.

QVIA † Inquiſitores, vt plurimum, ſunt iuris ignà 1
ri; & poſſent faciliter ſic decipi ex proceſſibus;
quòd abſoluerent condemnandum; vel damna-
rent forſitan abſoluẽdum: idcirco vt in talibus
procedant ſemper præuia iuſtitia; debent circa
occurrentia & proceſſus, conuocare conſilia pe
ritorum in iure. Quia licet propter omiſſum ordinem iudi-
ciarium nõ vitietur proceſſus; vt ext. de hæret. c. fin. in prin. li,
6. tamen circa ſententiam non eſt iuſtitia omittenda: & ob
hoc iura diſponunt, quod Inquiſitor Eiſcopo, vel eius vicario,
& Epiſcopus Inquiſitori communicet proceſſum: & alter alte-
rius exquirat conſilium in grauibus, & arduis: vt in torquẽdo,
vel damnãdo, vt in compil. Clement. ext. eo. c. 1. in prin. Et † ſi 2
ipſi diſcordant inter ſe; quia vnus non vult alteri conſentire in
condemnãdo; tunc negotium inſtructum remittitur ad Papã,
vt ext. eod. c. per hoc. lib. 6. Et hoc in condẽnando: ſed in abſol-
uendo, vbi vnus proceſſit ſine alio ſeparatim; tunc is qui co-
gnouit, poteſt ſolus abſoluere alterius conſilio petito, licet
conſenſu non habito, vt no. do. Io. An. in dicto c. 1. in gloſ.
tertium. & in gloſ. ſed nunquid. Et de hac participatione
conſilii dicetur infra in c. an & quando Inquiſitor poſſit pœ-
nas remittere. Item etiam eſt ſtatutum a iure, quod † aduocẽt 3
ad ſe [a] peritos in iure, & alios religioſos, & litteratos, ac peritos a
in ſacra pagina: & iſti tales ad hoc vocati ſunt cogendi venire,
& conſulere in prædictis. Ita probatur ext. eod. c. vt commiſ-
ſi. lib. 6. Et ſi propter iuris diſſonantiam, vel varias Doctorũ
opiniones dubietas remaneret; eſt Sedes Apoſtolica conſulen-
da, vt ext. qui fi. ſint leg. c. per venerabilem. ext. de hæret. c. ſu-
per eo. lib. 6. Et dic quod iſti exhibebunt ſuum cõſilium gra-
tis, nihil petendo. Sed ſi Inquiſitor ex ſua prouida diſcretione
faciat eis ſolui; recte poſſunt ſalarium recipere gratis oblatum
eiſdem, vt no. dominus Archid. in dicto c. vt commiſſi. Vbi ex
preſſe dicit quod medici quacunque ſcientia præditi, ac alii
litterati non ſunt ad talia conſilia euocandi. Et ratio quare
iura imponunt Inquiſitoribus quod exquirant hæc conſilia,
eſſe poteſt; quia in tanto crimine eſt procedendum cum ma-
gna cautela, vt ext. eod. c. vt officium. §. verum. lib. 6. Et quæ
cum maiori conſilio fiunt, maiori firmitate nituntur, vt C.
de repudiis. l. dubium non eſt. ext. de offic. deleg. cap. pruden-
tiam.

Vitiatur tamẽ ſi ſubſtantialia omitterẽtur. Locatus in opere iudiciali, verbo, proceſſus. n. 7. & lib. 3. ad not. in Direct. Schol. 113.

Sed verius eſt ſiue in abſoluẽdo ſiue in condemnando diſcordẽt, ſuperiorem eſſe conſulendum. Pegña lib. 3. adnot. in Directo. lib. 3. Schol. 109.

Infra in c. 21.

In dubiis eſt Sedes Apoſtolica conſulẽda.

Adde repertorium inquiſitorũ verbo, gratis, & verbo, ſalarium.

Cur conſilium petendum ſit. Simancas catho. inſtit. tit. 60.

tiam.§.illa. 20.di. de quibus.& accedat quod dicitur, quod vbi maius eſt periculũ, cautius eſt agẽdũ, vt ff.de carbo.edic.l.1.§. ſed & ſi quis.cum ſi.veniat ad ſimile C.de aſſeſſoribus.l.1. ext. de appel. cum ſpeciali. Et quod not. ext.de offic.dele. c. ſuper quęſtionum.§.verum.in glo.& ideo.

ADDITIO.

a Aduocent ad ſe peritos. *Adde Gondiſ.in tract. eod.q.15.num.1. & Direct.in 3.q.77.vbi probat Inquiſitorem poſſe conuocare peritos quoslibet, eosq́; cogere vt ſibi aſſiſtant.per d. c.vt commiſſi.§.aduocandi. eod.tit. lib.6. & in q. 78.& in vnoquoq; modo terminandi proceſſum fidei, idem cõfirmat, quia fere ſemper dicit, & cum bono conſilio peritorum. Tu tamen aduerte, quod & ſi Inquiſitor teneatur conuocare peritos, atq́; ab his conſilium expetere, nõ tamen eorũ conſilium obſeruare aut ſequi neceſſario cogitur. Ita in ſimili docet Abba.in c.cum in veteri.de elect.nu.12.vbi diſtinguit inter conſiliũ & cõſenſum ſeu voluntatẽ; & decernit quod vbicunq́; quis aliquid facere tenetur cum conſilio, ſeu de conſilio aliquorum, ſatis eſt id tempore debito petere, & reſpõſum expectare. ad quod allegat c.cũ olim. de arbitris. vbi materia d. c. cum in veteri. declaratur, vt ibi habetur in gloſ.in ver.diſcordet. Secus autem ſi de conſilio & aſſenſu id agere teneretur. De Ordinario itaq́; aliud eſt, quia non tantũ cõſilium, ſed & conſenſum Inquiſitor ipſe requirere tenetur, & e cõtra, vt expreſſe probatur per tex.in Clem.1.de hæret.§.verum.in fin. Vide itaq́; Panor. in dictis cc.de elect. & de arbitris. & in c. cum de tua. de corp.vitiatis. & Sum.Tab.in ver.conſilium.§.5. & in ver. inquiſitor.§.11. & Corſet.in ſing.in ver.conſilium. vbi multa allegat, quæ ſi oppoſitã ſententiam probare videntur, hac vnica D. Abba. diſtinctione conciliari poſſunt. Cui ſi aliam addas ibidem inſinuatam, negotiũ perſpicuum omnibus erit. Illa quippe eſt, inter eum cuius conſilium petendum eſt, qui officij particeps eſſe poteſt, & eum qui eiuſdem officij haudquaquam particeps eſt. Verum aduocati iſti ac ſapientes vel periti, quorum conſilium Inquiſitor & Ordinarius petere debent, non dicuntur participes officij, vt bene intuenti patet.*

Quod etiam eorum conſilium neceſſario ſequendum non ſit, ex eo conuincitur, quia dari poteſt caſus, vt aliquorũ precibus deuicti, minus rectum, ne dicam iniquum, conſilium præbeant. Adeo quippe charitas Chriſti refriguit, vt vix pauci adinueniantur, qui in his ferendis conſilijs Deum ſolum præ oculis habeant. Qui enim reorum partes tuentur, ita Doctores ipſos importunis precibus quotidie vexant, vt a recto propoſito plerumq; eos auertant. Accedit quod Inquiſitores in Italia adeo pauperes exiſtunt, vt nec certos & determinatos conſi-

Conſilium petere, non tamen ſequi, tenetur Inquiſitor.

Et ratio eſt quoniam conſultorũ ſuffragia nõ ſunt deciſiua, ſed conſultiua. Ioãnes Rojas tract.de hæret. par. 1. num. 409.& multis ſeq.adde lib. 3. ad not. in Direct. Schol. 132. vbi traditur quando potiſſimum cõueniat vt inquiſitores peritorũ ſuffragijs obtẽperẽt.

Caueant tamẽ ab hoc ſcelere periti, ne i ſan.

toriæ crimẽ incidant.

liarios ſibi delectos alere, nec ſalarium aliquod, etiam tenue, eis præbere poſſint. Quo fit vt de huius Officij ſacri negotijs parum curare videantur. De conſilio vide plura per Boer. in addit. ad tracta. de authorit. magni conſilij. & præcipue in addit. 2. nu. 162. & ſeq.

At ſi ea producas quæ per Direct. habentur 3. par. q. 77. 78. 79. & 80. vbi inſinuare videtur quod peritorum conſilium ſit ſequendum, cum dicat de eorum conſilio ad ſententiam vel cõdemnationem procedendum eſſe: parum aut nihil obſtant per Abba. in d. c. cum in veteri. qui vt iam diximus, nullum ponit diſcrimen ſiue dicatur cum conſilio, ſiue de conſilio: & allegat Io. An. in regula, nullus ex conſilio. in mercu. & Bar. in §. ſi plures. l. 1. ff. de exerci. quamuis Cy. oppoſitum ſentiat. in l. id quod pauperibus. C. de Epiſc. & clericis. Et eo modo explicanda ſunt verba poſita in c. fin. de hæret. lib. 6. §. iubemus. videlicet, de ipſorum conſilio ad ſententiam vel condemnationem procedi volumus. Immo intentioni dicti c. inhærendo, coſtãter aſſerere audeo, quod nec ipſis peritis totus proceſſus integraliter cum nominibus: & circũſtantijs publicandus eſt. Quia & ipſi ſuas factiones & paſſiones habent, cum vt plurimum conciues ſeu aliter ipſis reis, aut reorum amicis vel propinquis, coniuncti exiſtant; et ob id teſtium ſaluti iuxta canonis decretum non bene conſuleretur, vt ſupra ſatis abunde explicauimus. c. 13. pag. 103. Facit ad hoc d. §. aduocandi. in ver. prout expedierit.

Et hanc ſententiam ſacroſanctæ Romanæ & vniuerſalis inquiſitionis vſus comprobat, nam ſumma tãtum proceſſus capita absque nominibus rerum & teſtiũ peritis ſeu conſultoribus dantur.

Nec valet ſi dicatur, quod per Inquiſitorẽ vel Epiſcopum eiſdem peritis ſecretum indici poſſit, ſub excommunicationis ſententia, quã ipſo facto ſecretum violantes incurrant, vt tex. ibidem dicit. verſ. & vt eorundem accuſatorum. & habetur in Direct. ead. 3. par. q. 81. et 82. primo, quia ipſi periti id ægre ferrent, ac ſi iniuria maxima illis irrogaretur. ſecũdo, quia cũ in paucis, vt iam dicebamus, verus fidei zelus inueniatur, ex huius indictione ſecreti laqueũ illorũ animabus imponeretur. Nam cito in excommunicationẽ laberentur, ſaltem ob importunã curioſorũ inſtantiã, qui ab eis de archanis huiuſmodi inſtanter inquirerẽt. Nec ob eam cauſam aliquid fidei proceſſui, aut teſtium dictis detraheretur, quia canonis illius intentio, nempe teſtiũ incolumitas & ſalus, vbiq; proſpicienda eſt. Ideo imminẽtis periculum a iudicibus arbitratu, ita excuſat a publicatione facienda peritis, ſicut & a publicatione facienda reo. Credendũ itaq; eſt teſti etiã non publicato: pro quo facit notabile dictũ Abba. in c. præterea. 2. nu. 4. de ſponſ. quod videlicet valet dictum teſtis abſq; publicatione ſui nominis. Hinc arguit ille, quod vbicunq; de peccato vitando agitur, dicto vnius creditur abſq; ſui nominis publicatione, ſi ex cauſa in publicum prodire timet. Quare tutius erit, conſuetudinem iamdiu introductam ſeruare, & nomina teſtium nec etiam ipſis peritis publicare. Hæc tamen abſq; bonorum iniuria dicta eſſe velim. Scio quippe viros

pe viros probos & honeſtos cuiuſmodi tex. requirit non deeſſe, quibus archanum audacter committi poſſet, ſed paucos eos eſſe, etiã verba eiuſdẽ tex. inſinuãt, dum dicitur, aliquibus alijs perſonis prouidis & honeſtis, iuriſq́; peritis, quas ad hoc vocari, &c. ex quibus apparet quod ex multis dicti conſiliarij aſſumendi ſunt, qui tot circunſtantijs muniti exiſtant, nec aliquo caſu, ſed prouido conſilio deligantur. Nec opus eſt, vt multi conuocentur, ſed ſat erit aliquos, non omnes, ſed paucos ex melioribus eligere.

De hęreticis, ſeu credentibus, redeuntibus, & de pertinacibus, & relapſis: & quomodo, & quando ſint ad miſericordiam recipiendi. Cap. XVI.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus & credens pertinax, quis dicatur.*
2 *Relapſus vere.*
3 *Relapſus ficte.*
4 *Redeuntes poſt ſententiam & condemnationem, recipiendi ſunt ad eccleſiaſtica ſacramenta, non tamen euadent corporalem & temporalem pœnam.*
5 *Redeuntes ſtatim cum deprehenduntur, omnino recipiendi ſunt.*
6 *Non ſtatim redeuntes an ſint recipiendi.*
7 *Redeuntes quandocunq́; ante ſententiam recipiendi ſunt.*
8 *Quid proderit miſericordia rędeũti, & quomodo procedatur cum ipſo recepto.*
9 *Quid agendum cum redeunte relapſo, ſiue laico ſiue clerico.*

DICTVM fuit ſupra, quod quis cõuincitur de hæreſi multis modis: nunc eſt videndum qualiter conuictus recipiatur ad miſericordiam. Circa
1 quod ante omnia eſt ſciendum, quod † hæreticorum conuictorum quidam ſunt pertinaces in erroribus ſuis: quidam ſunt relapſi: quidam ſtatim redeunt ad fidem orthodoxã, & petunt miſericordiam de commiſſis: & de iſto vltimo qui redit, & petit miſericordiam; infra in fine latius differetur. Sed de his duobus aliis videamus: quia cum ipſis diuerſimode eſt agendum. Et primo de pertinace: eo ſemper retento; quod id quod dicitur de hæretico, intelligatur dici etiam de credente: quia ſunt pares in ſcelere, & in pœna, vt ext. de hæret. c. penult. Et merito; quia quos par facinus inquinat, & exęquat; eos par pœna percellat, vt C. de Epiſco. & Cleri. ſi quemquam. & dictum fuit ſupra in c. de credentibus.

Hæreticorum cõuictorum genera.

Simancas catho. inſtit. tit. 48. concilium Biterrenſe c. 17. & lib. 3. adnot. in Direc. Schol. 64. Cap. 3. nu. 4.

Circa

Pertinax.

Circa pertinacem igitur eſt ſciendum, quod verbum, pertinax, componitur ex duobus: ex, per, & tenax: vnde pertinax, ideſt valde tenax. ita not. ff. de ſuſpe. tut. l. 3. §. tutores. illa enim præpoſitio, per, habet augere, id cui adiungitur: ſicut patet in verbo, pernoctare, & in ſimilibus, vt ff. de verbo. ſigni. l. vrbana. §. pernoctare. de offi. præſi. l. illud. Simile eſt in præpoſitione, de, vt ff. depoſit. l. 1. in prin. Ex hoc ergo patet, quod pertinax hæreticus, ſiue credens eſt ille, qui conuictus tenaciter defendit illum errorem: nec vult illum recognoſcere, & deteſtari; ac redire ad Eccleſiæ vnitatem; immo recuſat hæreſim abiurare vel ſe purgare ad arbitrium Epiſcopi, vel Inquiſitoris. Ita probatur 24. q. 3. qui in Eccleſia. ext. de hæret. c. ad abolen. §. laicus. de ver. ſigni. ſuper quibuſdam. in prin. de hæret. c. excommuni. §. addiicimus. ver. ſi qui vero ex iis. & not. Archid. ext. eod. c. 2. in

De relapſis vide Direct. par. 2. q. 40. 55. & 58. & ibi late Schol. 64. Simanc. catho. inſtit. tit. 57. Alſonſum Caſtrum lib. 2. c. 2. de iuſta hæret. punitio. Ioan. Rojam ſingul. 173.

Hæc cõtrouerſia hodie facile ceßat cũ ex generali ſacræ Inquiſitionis vſu, omnis hereſis generaliter & ſimpliciter abiuretur. Siman. inſtit. cath. tit. 1. nu. 12. adde lib. 2. adnot. in Direct. Schol. 47. in fine.

prin. lib. 6. Relapſus dicitur † quandoque vere, quandoque ficte. 2
Vere dicitur relapſus ille qui per confeſſionem, vel plenã probationem primo fuit conuictus de hęreſi; & ipſam abiurauit: deinde poſtea reincidit in errorem illum primæuum: ſecundũ Io. And. qui allegat c. ego Berengarius. de con. diſt. 2. Sed glo. tenet ibi oppoſitum; vel in quemcunque alium ſecundum D. Archid. prout not. ipſi ambo. ext. eod. c. accuſatus poſt prin. lib. 6. & idẽ tenet D. Dominicus de S. Geminiano in lectura ſexti libri. c. accuſatus. vbi dicit, quod verior eſt opinio D. Archid. qui dicit quod ille, qui abiurauit vnum articulum hæreſis, & poſtea committit in alium, dicitur relapſus in hæreſim abiuratam: & reſpondet ad rationes Io. And. euacuando illas. Et certe opinio D. Archid. eſt tenenda: quia iuuatur validioribus rationibus, vt ibi patet. Et maxime quia non refert quo genere erroris quis in hæreſim delabatur: nam ſemper tendit ad vnam nequitiam ſceleris, & ad vnum finem: ſcilicet deuiando a fide catholica, vt C. de hæret. l. Ariani. in prin. Et dicitur, ꝙ hæretici diuerſorum errorum habent facies diuerſas, ſed caudas ad inuicem colligatas: quia de vanitate conueniunt in idipſum, vt ext. de hæret. c. penult. Deinde dicitur relapſus, quaſi ſecundo lapſus: nam monoſyllaba reiterationem inducit, vt ff. de ver. ſig. l. verbum reddẽdi. Ficte † relapſus dicitur quis duo- 3
bus modis: vno modo quando non fuit conuictus de hæreſi, ſed propter vehementem ſuſpicionem, quæ erat contra eum, abiurauit, & poſt abiurationem reincidit in errorem. Secundo modo

Ficte relapſus.

1. Propter vehemẽtem ſuſpi

modo dicitur quis ficte relapſus e conuerſo : videlicet, quando prius fuit conuictus de hæreſi, & abiurauit : deinde poſtea non reincidit vere in errorem;ſed incidit in vehementem ſuſpicionem hæreſis: vt quia habet conuerſationem cum hæreticis;quia eos viſitat,vel aſſociat ſcienter : vel eis præſtat alimoniam: euitat conſortium fidelium:non uult audire diuina officia : vel ſimilia facit, de quibus dictum fuit ſupra in c. ex quibus indiciis,&c.His enim duobus modis dicitur quis relapſus ficte : quia ad hoc vt dicatur vere relapſus ; debet conſtare de primo, & ſecundo lapſu:& in præmiſſis caſibus conſtat ſolum de vno lapſu vere,& de alio præſũptiue, vt ſupra patet aperte. Hæc autem dicta de relapſis probantur ext.de hæret.c.accuſatus.§.eũ vero.lib.6.& ibi loquitur de vere relapſo:& in eod. c. in prin.loquitur de primo,qui eſt ficte relapſus. Et prædicta leguntur clarius in quadam conſtitutione Alexandri Papæ, quæ incipit.Quod ſuper.ex qua tranſumptum fuit dictum c. accuſatus.Iis igitur taliter peroratis,nunc veniam ad ſecundam partem rubricę: videlicet,quis,quomodo,& quando,ad miſericordiam recipiatur:& in hoc nihil eſt dicendum de primo, ſcili-
a cet pertinace[a] :quia ille non redit;ſed in ſuo errore perſiſtit,vt
4 ſupra eſt oſtenſum. Sed circa alios † redeuntes ſic videtur eſſe dicendum:quia aut hæreticus,ſiue credens vult redire : & petit miſericordiam poſt ſententiam,& poſtquam eſt damnatus; aut ante ſententiam & condemnationem . Si poſt ſententiam, & condemnationem per quam eſſet damnatus de hæreſi, ante tamẽ executionem redit,& petit miſericordiam;quia poſt executionem pœnarum fruſtra miſericordia peteretur;& tunc recipiendus erit,vt euitet pœnas animæ,id eſt pœnam gehennalem;vt admittatur ad eccleſiaſtica ſacramẽta , & abſoluatur ab excommunicatione,qua tenebatur aſtrictus: Si modo oſtendat ſigna veræ pœnitentiæ:at quo ad euitandam corporalem, ſiue temporalem pœnam nullatenus admittetur: quia tarde venit, qui ſententiam expectauit,vt ext.de hæret. c.ſuper eo. lib.6. & clare patebit ex iis, quæ ſtatim infra dicentur . Et quando, & quibus etiam præter hoc crimen ſit audientia deneganda,not. 24.diſt.in nomine Domini.in glo.hic habes.ſuper ver.audien-
5 tia. Si † vero vult redire ad Eccleſiæ vnitatem;& petit miſericordiam ante condemnationem,& ſententiã;& tunc ſi in ipſo rei primordio cum incidit in errorem ; vel etiam ſtatim cum deprehen-

cionem abiurãs & reincidens in errorem.

2. Cõuictus de hæreſi, & abiurans reincidẽs in vehemẽtem ſuſpicionẽ.

Cap. 7.

Hanc habes in bullario litterarũ apoſt. pro offic.ſanctæ Inquiſitio.poſt Direct.pag.131.

De his qui ab hæreſi reuertuntur,vide Direct. par. 2.q. 40.et late ibidem lib. 2.adnot.Schol.47. Concil. Biterrenſe c. 5.Conciliũ Agathẽſe c.60.Simancã cathol. inſtit. tit.47.

deprehenditur in errorem, vel inquiritur contra eum; ipſe cõ-fitetur, & deteſtatur ſuum errorem, & humiliter petit miſericordia; recipiẽdus erit omnino: ſi modo Inquiſitor eum viderit ex puro corde, & fide vera non ficta redire, vt ext. de hæret. c. vt officium. §. ſi vero. ver. prouiſo. lib. 6. de pœ. diſt. 3. inter hæc. de con. diſt. 4. oſtẽditur. 27. diſt. quod interrogaſti. 1. q. 1. ſicut ficti. Et merito debet recipi per Inquiſitorẽ iſte talis: quia eccleſia nõ claudit gremiũ redeunti. C. de Su. Tri. & fid. cath. l. fin. in fin. & dicto c. ſuper eo. Deus enim nõ vult mortem peccatoris: ſed vt conuertatur, & viuat. vt habetur Eze. 18. c. & habetur tranſumptũ in canone. 23. q. vlt. his a quibus. Immo antequam condemnet; debet Inquiſitor inſiſtere blanditiis, & rectis conſiliis; vt ille redeat. 1. q. 7. c. conuenientibus. veniat 26. q. 6. agnouimus. 1. q. 7. ſi quis omnem. & in auth. vt nõ luxur. contra naturam. poſt prin. coll. 6. Nam & pœnitentibus venia eſt cõcedẽda, vt C. de hęret. l. Manichæos. de pœ. diſt. 3. adhuc. 45. diſt. ſunt namque. & c. diſciplina. Vbi † vero non vult ſtatim redire, nec ſtatim ab initio petiit miſericordiã, ſed poſtea in proceſſu temporis, ante tamen ſententiam; & in hoc an debeat recipi; ſũt opiniones. Nam D. Archid. videtur expreſſe tenere, quod illi demum ſunt recipiendi; qui ſponte redeunt, nõ coacte: & illos dicit ſponte redire, qui miſericordiam petunt infra tempus gratiæ: & appellat tempus gratię; quando nondũ ſunt præuenti per alium accuſantem: & allegat ipſe ff. ad Tertul. l. 2. §. ſi mater. verſi. quid ergo. & etiam potuiſſet allegare ff. de iure fiſci. l. edicto. in prin. C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. Idẽ dicit ipſe, ſi res eſt adhuc omnino integra, vt quia nõ ſunt corporaliter capti, nec probationibus adhuc conuicti. Nam his caſibus non videntur ſponte redire; ſed metu detẽtionis, & probationum: & allegat ff. de optione lega. l. mancipiorum. Optime faceret ff. de iur. iur. l. eum qui. C. de non nu. pec. authen. cont. qui propriam. Accedat ad contextum C. de abol. l. fallaciter. dicens ipſe quod poſt prædicta eſt indignus venia. C. de his qui latro. occult. l. fin. Et ita ſecundum eum debet intelligi 24. diſt. c. vlt. prout not. ipſe D. Archid. ext. de hæret. vt cõmiſſi. lib. 6. ſuper verbo, obedientes. Quam tamen opinionem non dixit ex ſe: ſed eam habuit ex his, quæ recitauit d. Clemens 4. in quadam ſua conſultatione quæ incipit: Quoniam illis. de qua fuit habita mẽtio ſupra in fine c. de receptãtibus. Sed† cer- 7
te iſta

6

Et hoc potiſſimum fieri debet cum impœnitentibus. Directorium par. 3. in 10. modo proceſſum terminandi. Simã. catho. inſtit. tit. 48. n. 32.

Variæ opiniones circa redeuntem ad pœnitentiam recipiendum.

Id eſt. Guido Fulcodius qui poſtea fuit Clemens 4.

te iſta opinio eſt nimis rigoroſa: & ſecūdum ipſam ſequeretur abſurdum, videlicet quod non poſſet mitius agi cum iſto volēte redire, quàm cum pertinace: cum iſte eſſet omnino damnandus ſine ſpe veniæ; ſicut pertinax hæreticus damnaretur. Et directo videtur illi opinioni contradicere text. ext. de hæret. c. ad abolendam. & c. penult. in quibus dicitur expreſſe, quod hæretici poſſunt recipi poſt deprehenſionem erroris. & in dicto c. ſuper eo. ſolummodo denegatur quod recipiantur hæretici redeuntes poſt recidiuum; vel poſtquam ſunt damnati. Ergo
b quandocunque ante ſententiam [b] alii volentes redire erunt recipiendi. Et idem arbitrio Epiſcopi, vel Inquiſitoris relinquitur recipere volentes redire ante ſententiam: & hæc poteſtas videtur attributa eis tam in recipiendo, quàm in mitigando pœnas redeuntibus per quandam extrauagantem conſtitutionem Innocentii Papæ; quæ incipit: Super extirpatione. Quæ quamuis non ſit in libris, tamen poteſt allegari, & ſeruari; cum non ſit cęteris contraria, ſed potius iuri conſona, vt ext. eod. c. fi. lib. 6. Vnde ſecundum hoc Epiſcopus, vel Inquiſitor ex ſuo arbitrio, & pro ſuo motu recipiet redeuntes ante ſententiam: & ita ſeruat generalis conſuetudo officii Inquiſitoris. Modo
8 videamus ad † quid prodeſſet redeunti, ſi recipiatur: & quomodo procedatur cum ipſo redeunte recepto. Et certe ex quo redit tali tempore, quod recipitur, hoc eſt ante ſententiam; non proderit ſibi tantum ad ſalutem animæ; ſed etiam ad ſalutem corporis, videlicet vt non damnetur poſtea pœnis hæreticorum: & vt euitet pœnas corporales, ſeu legales; quæ veniunt hęreticis infligendæ. Nam in hoc prodeſt ſi recipiatur; vt in dicto c. ad abolendam. & c. pen. & c. ſuper eo. ſuperius allegatis. Quæ autem ſint iſtæ pœnæ, quæ veniunt hæreticis infligendæ, infra in c. de pœnis hæreticorum, late dicetur. Circa vero ipſum redeuntem ſic ſe habebit Inquiſitor, vel Epiſcopus: quia ante omnia caute proſpiciet ſi ille redit ex puro corde, & vera fide nō ficta: vt ſupra eſt dictū. Et ſi viderit ipsū pure redire; benigne & humiliter ipſum recipiet. Cōſiderabit tamē an
9 † iſte rediēs ſit relapſus, vel nō: & ſi quidē inuenerit ipsū relapſum vere vel ficte; faciet eū detrudi in arctū monaſteriū ad perpetuā pœnitentiā peragendā, vt ext. de hæret. c. ad abolendā. §. qui vero. ver. illos. & c. penul. §. ſi qui autē. Vel hodie dic de hoc vt ext. c. c. ſuper eo. li. 6. videlicet, vt relapſus rediēs recipiatur

Cap. 6.

In hac difficultate communis & vera ſententia, & vſu etiam comprobata eſt, vt illi recipiantur, qui quandocunque ante ſententiam conuertuntur. Simancas catho. inſtit. ti. 47. nu. 40. & ſeq. Pegña lib. 2. ad no. in Directo. Schol. 5.

Hanc habes in bullario litterarum pro offic. inquiſitio. apud Directo. pag. 134. Sed ibi Alexan. 4. eſt.

Quomodo & quantum, redeunti ad pænitentiam ante ſententiam, id proſit.

Quid agendū cum talibus redeuntibus.

Quid agendū cum redeunte, relapſo vere, vel ficte.

Duæ opiniones. 1. Obſcura vel falſa.

1.*Clara eſt.* recipiatur [c] ad eccleſiaſtica ſacramenta, & quo ad ſalutem animæ, nõ autẽ vt pœnas temporales euitet, vt patet in dicto c.ſuper eo. Si vero non erit relapſus; tunc non erit in monaſteriũ perpetuo detrudendus: ſed aliter pro motu, & arbitrio Epiſcopi, & Inquiſitoris erit ſibi purgatio indicenda. Nam ſi Inquiſitori videbitur, vel Epiſcopo; faciet eum hæreſim abiurare: & ſi ille recuſaret velle abiurare; nõ eſſet recipiẽdus: immo foret tãquam hæreticus condemnandus, vt ext. de hæret. c. excommunicamus. §. ſi quis vero ex his. Item poterit eum per alias pœnitentiales pœnas purgare: faciendo ipſum ieiunare: Sanctorum limina viſitare: errorem ſuum in publico etiam deteſtari: & ſimilia ei iniungere pro ſuo arbitrio, & prout nouerit melius expedire. Et ſi ipſe in hac purgatione deficeret, foret tãquã hæreticus puniendus. Iſta probantur ext. de præſumpt. c. litteras. ext. de pur. can. inter ſollicitudines. & dicto c. ad abolendã. §. præſenti. ad quod concor. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. Poterit inſuper ipſe Epiſcopus, vel Inquiſitor exigere ab ipſo redeunte cautionem, & fideiuſſores ſub pœna pecuniaria de parendo mandatis: & pœnam exigere, ſi non pareant, vt patet in dicta extrauaganti Inno. Papæ, quæ incipit: Super extirpatione. ſupra proxime allegata. Poterit & pœnam pecuniariam imponere, & alias pœnitentias iniungere, prout dicetur infra in c. an Inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere, &c. & in c. de pœnitẽtialibus pœnis, &c. Sed pone quod iſte qui ſic redit & recipitur, eſt clericus; quid erit? an poterit deponi? Dic quod non deponetur ab officio, vel beneficio. 24. q. 3. dixit Apoſtolus. & not. 21. diſtin. nunc autem. in glo. in ver. Marcellinus. ibi, ſed videtur. in fi. Sed poterit ſuſpendi ad tempus. Et ita notat D. Archid. ext. de hæret. c. vt commiſſi. ſuper ver. cõſilio. lib. 6. Quãdo autem, & per quem clericus deponatur; dicetur infra, de pœnis hæreticorum, & credentium: & ibi vide. Item an rediẽs ad vnitatem, & renuncians ſuæ hæreſi, poſſit in ſuis ordinibus recipi; vide plene 1. q. 7. per totum.

Arbitrium.

Pœnæ pœnitẽtiales, vt Ieiunium, Peregrinatio, Abiuratio publica, &c.

Fideiuſſores ſub pœna pecuniaria.

Pœna pecuniaria. Cap. 19. & 20.

Conrradus Brunus libr. 3. de hæret. c. 7. late Pegña lib. 3. adnot. in Directo. Scho. 155.

Cap. 18.

ADDITIO.

a Nihil eſt dicendum de primo. ſ. pertinace, &c. *Adde quod immo plura ſunt dicenda. Nam eccleſia Domini N. ſponſi ſui admonitionibus inſtructa, ad horum extirpationem & combuſtionem tanta celeritate non procedit, ſed prauos homines diu ſuſtinet, expectãs vt, Domino*

Quomodo cum pertinace hæretico agẽdũ ſit.

Domino adiuuante, ad cor tandem redeant. Hæc inſinuantur 12. q. 2. c. exemplum. & 23. q. 4. c. quantus. cum c. ſeq. & c. quidam. & de conſ. diſt. 4. c. eſt vnitas. Quare chriſtianæ pietati conſonum admodum eſſe puto, vt in horum pertinacium cauſis, practica a Direct. 3. par. tradita, omnino ſeruetur. Illa videlicet quæ in modo 10. proceſſum fidei terminãdi, deſcribitur, quam etiam pro faciliori inſtructione hic ſubnectere non grauabor. Circa iſtum, inquit, talis practica ſeruanda eſt: talis namq; tenebitur in carcere firmo bene compeditus & catenatus ne poſſit euadere & alios inficere. Nullus intrabit ad eum, nec ſibi loquetur niſi cuſtodes: qui ſint probi viri, & de fide non ſuſpecti, adeoq; cordati vt non facile decipi poſſint. Frequenter Epiſcopus ei & Inquiſitor modo coniũctim, nũc diuiſim eum ſibi præſentari faciant, & de fidei veritate, & illorum articulorum quibus pertinaciter adhæret falſitate, diligentius informabunt. Authoritates ex ſacra ſcriptura, ex Apoſtolorum traditionibus, ex concilijs & ſanctis patribus ad id producẽt. Quod ſi nec propterea conuerti potuerit, ab eo quærant vt conceptæ opinionis fundamenta rationes & authoritates in medium producat; quæ ſoluere atq; deſtruere omnino ſtudeant. Si vero diu informatus, ſanis ſermonibus & catholicæ veritati acquieſcere noluerit: decem aut duodecim informatores homines litterati deputentur ex diuerſis ordinibus, ſtatibus & profeſſionibus, vt ſunt clerici ſeculares, religioſi, iuriſtæ, qui ſimul conuenientes, eum ſibi frequenter præſentari faciant, & de veritate catholica informent, adducendo ſacra Biblia vel alios libros authenticos ad probandum, quod opiniones illæ quas ipſe tenet, ſcripturæ ſacræ, & Eccleſiæ determinationi ſunt contrariæ, & ad ea deſtruenda in quibus ſe fundare cognoſcitur. Quod ſi nec adhuc conuerti voluerit, non feſtinetur, nec brachio ſeculari mox tradatur, illo etiam id inſtantiſſime petente, vt martyr efficiatur, prout hæretici omnes exiſtimant, vt ſupra diximus pag. 5. Nam tales a principio comburi exoptant, credentes ad cœlos mox euolare; ſed inſanis illorum petitionibus ſatisfaciendum non eſt. Immo per annũ in duro atq; obſcuro carcere bene compediti detinendi ſunt. Nam vexatio frequenter intellectum aperit, quod & carceris calamitas fortaſſe tandem efficiet. Hoc itaq; modo pertinaces iſti detineri debent. Interim frequenter admoneantur, quod cremabuntur in corpore, & in igne æterno anima cruciabitur in inferno.

Practica circa pertinacem nõ relapſum obſeruanda.

Hæreticorum inſania.

Verum ſi nec his, obduratus animus flecti voluerit, negotium propterea deſerendum non eſt, ſed noua admouendã ſunt pharmaca, vt quod ſcripturarũ inſtructio, quod Doctorũ ſermo, quod diuturna carceris non effecit calamitas, blanda tandem afferat conſolatio. Experiatur igitur Inquiſitor an extrahendo ipſum pertinacem de obſcuro illo carcere, & in mitiori ſeu in aliqua camera eum ponendo, poterit illum

Mira Officij Inquiſitionis benignitas.

illum reducere. Prouideat tamen ne euadat, ſeu fugiat; interim benignius cum illo agat, & bonis verbis eum attrahere nitatur. Poterit enim Inquiſitor per ſe, aut per alios de diuina miſericordia ſecũ tractare, ſæpe inculcando qualiter peccatorem non mox perdit, ſed diu expectat vt eius miſereatur. Addendo quod hanc benignitatis viam pia quoq; mater Eccleſia ſemper aperuit, quæ peccatori redeunti nunquam gremium claudit, ſed ſemper recipit; quod & ipſe cognoſcet, ſi errores deſerens, ad eiuſdem Eccleſiæ vnitatẽ confugerit; quia omnes miſericorditer erga illum ſeſe habebũt, & ſimilia. Qui ſi deniq; nec proſperis nec aduerſis iamdiu exagitatus, nec minis, nec blanditijs ſæpe excitatus ita emolliri poterit, vt ab erroribus ſuis reſiliat; brachio ſeculari tradatur ſeu relinquatur. Hæc ex Directorio, quæ etiã videntur ab Authore in hoc cap. probari nu. 5. vbi dicit quod antequam Inquiſitor quempiam condemnet, debet inſiſtere blanditijs & rectis conſilijs vt ille redeat. Concordat etiam idem Direct. in eadẽ 3. par. q. 98. vbi dicit quod termini illi continuo & confeſtim non ita ſtricte apud iuriſtas ſicut apud grammaticos accipiendi ſunt. de quibus in §. ſequenti.

An in quacũq; iudicij parte, pœnitens recipiendus ſit.

Videto Simãcam catho. inſtit. tit. 47. nu. 40. & ſeq. vbi pleniſſime, & vere.

b Ante ſententiam. *Adde quod & ſi multa eaq; varia, circa horũ verborum intellectum Doctores conſcribant, benigniorẽ tamen partem fere omnes amplectuntur. Nam ſi verba illa, continuo & ſponte, in c. ad abolendam. §. præſenti. eod. tit. in ſua ſeueritate accipere volumus, paucis admodum Eccleſia ſuam benignitatem oſtendet. Quare Panor. qui ibidem nu. 6. verſ. item not. ſingulariter tex. canonis rigorem ſecutus fuerat; poſtea in c. excõmunicamus. lo pri. nu. 10. ver. extra gloſ. pro declaratione mitiori adhæret ſententiæ, dicitq; quod cum relapſis tantummodo venia denegetur. c. accuſatus. eod. tit. lib. 6. his qui ſemel tantum lapſi ſunt, parcendum eſt, ſi, etiã poſt ſententiam condemnatoriam redire voluerint; antequam tamẽ ipſa ſententia executioni mandetur. De his late diſſerit Paul. Ghirl. in tract. de hæret. q. 5. nu. 1. 2. 3. 4. 5. & ſeq. vſq; in fin. q. qui in hac Abbatis ſententia reſidens, dicit quod hæreticus ad pœnitentiam in quacumq; iudicij parte redire volens, recipiendus eſt ante ſententiæ executionem. Et vltra allegata per eundem D. Abba. multa adducit quæ breuiter epilogando, ne ad librum recurrere cogaris, hic recenſebo.*

Probationes Ghirlandi.

Adducit in primis tex. in c. firmiſſime. eod. tit. in princ. quo hæreticorum pœnitentia admittitur vſque ad extremum vitæ. Secundo allegat c. vergentis. in ver. niſi. iũcta gloſ. cuius decreto, reuerſo hæretico bona ex miſericordia reſtitui poſſunt: at bona non publicãtur niſi per ſententiam iudicis eccleſiaſtici, vt in crimine læſæ maieſtatis, vbi non niſi poſt ſententiam bona capiuntur. l. quiſquis. & l. fin. C. ad leg. Iul. maieſt. & in authent. vt nulli iud. §. fin. & l. 1. & 2.

& l.

& l.fi. C.de ſent.paſ.& reſt.& l. Arriani.C.de hæret.His additur c.cum ſecundũ leges.eod. tit.lib.6.idem confirmãs, & Archi.ibidẽ. Ex quibus omnibus arguitur, quod cũ reſtitutio bonorum hæretico redeunti miſericorditer cõceſſa, præſupponat ſententiã vere & effectualiter latã, quæ à die cõmiſſi criminis lata fuiſſe fingitur: ergo poſt ſentẽtiã reuertens recipiendus eſt. Tertio quia in ipſa hæreſis reuocatione, mox extrema ſubſtantialia eiuſdem hæreſis deficiunt: nempe pertinacia in volũtate, vt no.24.q.3.dixit Apoſtolus. & error in ratione, quem deteſtatur, & veritatis lucem amplectitur: lucis quippe ingreſſus, erroris excluſio eſt.c.cũ ex iniuncto §.1.ext. eod.tit. & not. in d.c. ad abolendã. §.1.igitur hæreſis ſubſtantialiter in reuertente ſeu reuerſo deſtruitur. Quod etiam probatur per tex.in d.c.ad abolendam.& c. vergentis.vbi data lege reorum, & pœnarum pro iſto crimine, & c. ſtatim ſubiungitur; niſi hæreſim ipſam reuocauerint.

Gondiſ.autem in ſuo tract.de hæret.q.20.nu.1.tenet quod redeuntes poſt ſententiam, pœnam corporalem euadere non poſſunt, per tex. in d. c. penul.de hæret.in §. damnatis.iuncto §.ſi qui autem.quia in primo de damnatis per ſententiam diſponitur, vt curiæ ſeculari tradantur. In ſecundo vero mox ſequenti agitur de deprehenſis non tamen condemnatis, qui redire volentes, pœnam mortis euadunt, & perpetuo carceri mancipantur. Idque ex c. vt commiſſi. probari videtur eod.tit.lib.6.vbi datur facultas mitigandi pœnas obediẽtibus, & non damnatis pertinacibus iniunctas. Rurſus pœnam per ſententiam impoſitam nemo ſine Principis authoritate relaxare poteſt, per regulam iuris, quæ violata hactenus non reperitur, præterquàm in caſu d.c. vt commiſſi. Ex his in eam ſententiam ipſe Gondiſ.declinat, vt poſt condemnationem admittendus non ſit; ante vero quamuis per teſtes conuictus eſſet, dicit ipſum recipiendum eſſe.pro quo facere videtur tex.in c. accuſatus.in princi.& in §. ille quoque. quo dicit ſupplendum eſſe tex. c.ad abolendam. quia priores leges ad poſteriores trahuntur, vt l.non eſt nouum ff. de legibus. Gondiſſaluus.

Abbas inſuper atteſtatur in d. c. excommunicamus 1.opinionem ſuam expreſſo iure nõ probari, immo contrariũ potius defendi poſſe, quia c.iſtud in damnatis nullã dat indulgentiã, & c.ad abolendã. loquitur de redeuntibus ſtatim; & c.pen. in fi.loquitur de deprehẽſis in hæreſi, & nõ de cõdẽnatis. Aliã tamẽ opinionẽ vti mitiorẽ ſequẽdã eſſe dicit.arg.regulæ, odia.et regulæ, in pœnis.de reg.iuris. Addit q́; quod ad c. ad abolendã.colorate reſponderi poteſt, quod ſatis incõtinenti ille redire dicitur, qui pœnæ impoſitionem non expectauit. Demum diſtinguit inter eos, qui de hæreſi quidem damnati ſunt, & tamẽ curiæ ſeculari nõ ſunt traditi; & eos, qui & damnati, & ſeculari brachio traditi ſunt. Et ſic pertranſit vt videre poteris. Solutiones iſtas D. Abbatis veluti parũ tutas in iure reprobat ipſe Ghirl. ibidẽ Abbas.

nu.10.dicitq́, melius forte reſpõderi poſſe dicendo Inquiſitorẽ functũ eſſe officio ſuo poſtquàm diffinitiue pronũciauit aliquẽ verũ hæreticũ eſſe, ac ſeculari curiæ tradendũ; & ideo poſt ſententiã, nõ poteſt damnatum ad ſe retrahere, & multo minus poſt executionem.

An redire volens admitti debeat vel ne, arbitrarium eſt. verum hæc ſententia non facile admittenda eſt, neque enim videtur tutum, vt vita pœnitẽtium ex iudicum pendeat arbitrio. Simancas catho. inſtit. tit. 47. nu. 38. & 39.

Tandem concludit hanc pœnitentiam, & reuocationis admiſſionem arbitrariam eſſe, & in mero iudicis arbitrio conſiſtere, donec reus apud iudicem eccleſiaſticum reperitur; iudicemque eccleſiaſticum illum admittere poſſe, aut in principio iudicij, ideſt incontinenti poſt deprehenſionem erroris; aut in medio vel in fine; antequam tamen tradatur curiæ ſeculari, citius vel tardius, breuius aut longius ſecundum perſonarum conditionem ac facti qualitatem, vt l. reſpiciendum. ff. de pœnis. ibi: In grauioribus pœnis legum ſeueritatẽ cum aliquo temperamento benignitatis ſuſcipiant, vt ait Iureconſultus. Pro quo recurrendum eſſe dicit ad l. aut facta. in princ. & §. 1. eo. tit. vbi dicitur, plura in pœnis iniungendis conſideranda eſſe, vt in l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. Id autem arbitrarium eſſe ex eo probari videtur, quia iura in multis de ipſo iudicis arbitrio, in hæreticorum cauſis confidunt; cui plura terminanda commiſerunt, vt patet de modo abiurandi. c. ad abolendam. ver. niſi ad arbitriũ Epiſcopi, &c. Item in bonorum confiſcatorum reſtitutione. c. vergentis. in traditione hæretici in manibus iudicis ſecularis, iuxta not. in c. ſuper eo. de hæret. in 6. &c.

Ex his arguit quod cum iſta tanti momenti arbitraria exiſtant, incongruum non eſt quod etiam tempus reuocationis arbitrariũ eſſe dicamus. Et id præſertim quia iſta reuocatio a pœnitentia ſpirituali non longe diſtare videtur. Huic arbitrio fauent c. 1. & 2. qui cle. vel vou. vbi admiſſio pœnitentiæ, & reuocationis a malo poſt patratum delictum, tota iudicis mandatur arbitrio. Et valde notari debet caſus in d. c. 1. explicatus, vbi de duobus grauibus criminibus tractatur: & nihilominus in caſu illo, admiſſio ad pœnitentiã vnà cum reſtitutione priſtina, & promotione ad maiora, æquo iudicis arbitrio demandatur. Ita in hoc hæreſis delicto agendum eſſe conſulit; vt cum iudex ſimplicem aliquem iuuenem, aut mulierẽ; vel aliũ quempiam aliàs virũ bonæ conditionis, & famæ in id labi deprehenderit; reuocatio talibus vſq́; ad ſententiã denegari nõ debet. Et id præcipue ſi melioris futuræ vitæ ſpes aliqua de his cõcipitur. d. c. 1. & 2. qui cle. vel vouen. & arg. l. nõ omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. l. quis ſit fugitiuus. ff. de edili. edi. Secus vero cum illo agendum eſſet qui malæ cõditionis, & famæ, & aliàs criminoſus inuenitur; vel in hoc crimine diu perſeuerauit; aut aliàs de eo ſuſpectus vel leuiter fuit, vt in c. accuſatus. eo. tit. lib. 6. de quo inquam, nulla futuræ correctionis ſpes habetur; quia iſt ius ſerotina pœnitẽtia admitti nõ debet, niſi incontinenti, &c. Quibus circunſtãtijs, & qualitatibus cõſideratis, poterit

iudex

iudex nunc citius, nunc tardius illos ad abiurationem & pœnitentiam admittere. arg. l. aut facta. & l. reſpiciendum. in prin. ff. de pœn. & l. 1. ff. de cuſto. reo. & ibi Bart. quod & per tex. probari videtur. l. Manichæos. C. eod. tit. vbi abſque temporum reſtrictione, reuertentibus venia datur. Quare in quacunque iudicij parte id intelligendum eſt, cum indefinita illa vniuerſali æquipolleat. l. ſi plures. ff. de lega. 3. & Alex. in rubr. ſoluto matri. quod apud Dialecticos etiam conſtat. Si itaque ciuile ius quod rigoroſius eſt, eos ad pœnitentiam ſimpliciter admittit; cur ius canonicum, quod magis pium & æquum eſt, tanta ſeueritate contra redire volentes arctare debemus? Facit ad hæc glo. in cap. excommunicamus. el 2. eod. tit. in verſic. deprehenſi. reuocationem poſt latam ſententiam expreſſe admittens.

Ad c. ad abolendam. dicitur, quod dictiones illæ continuo, illico, incontinenti, mox & ſimilia, dilationē aliquam ex ſui propria natura ſuſcipiunt, iuxta ſubiectam materiam ad arbitrium iudicis, vt concludit Bald. in l. 2. C. de edic. d. Adria. tollen. & habetur per Bar. in l. pen. C. depoſi. & Alex. in. l. ſi poſt tres. ff. ſi quis cau. & l. ſi debitori. & ibi Bar. ff. de iudicijs. & l. cum ſpeciali. C. eo. tit. & c. fi. de verb. ſign. lib. 6. & ibi Io. And. & Archid. & l. vnica. C. de his qui ſe deferunt. lib. 10. & de conſ. diſt. 5. c. nunquam. vbi continuo quid factum eſſe dicitur etiam poſt temporis interuallum. Vnde tex. ille in c. ad abolendam. neceſſario non concludit; & propterea hic locum habet regula illa l. 1. ff. de iure delib. videlicet quod vbi de incerto tempore tractatur, talis incertitudo arbitrio iudicis declaranda remittitur. Accedit quod cū in tot legibus tā cano. quàm ciuilis iuris de iſta pœnitentia & reuerſione tractetur, nullibi præter quā in d. c. ad abolendā. inuenitur ſtricta, & anguſta illa tēporis arctatio, quod certe mirabile eſt. Nec eſt credendū, quod ſi reuocatio iſta tā cito facienda eſſet, id ab alijs legibus prætermiſſum fuiſſet. Facit etiā ad hoc c. accuſatus. §. licet. eod. tit. lib. 6. vbi iuxta gloſ. in ver. poſtmodum. admittitur teſtis periurus poſt interuallum ad reuocationem, quod ſpeciale eſſe dicitur fauore fidei.

Continuo ſtatim, &c. quomodo intelligātur. adde Menochium lib. 2. de arbitrarijs iudi. centuria 4. caſu 373. Sima. catho. inſti. tit. 47. nu. 47.

Nec obſtat dicta l. cōtinuus. quia de contractu ſtipulationis loquitur, qui vnico contextu abſolui debet, vt ibi Ghirl. nu. 19. qui multa ad hoc allegat; vbi nota diſtinctionem, an cōtinuo, ſtatim, & c. ponantur ſuper actu momentaneo, an ſucceſſiuo, vel termino reiterabili, qui nunquam terminum ad deliberandum requirit: quia in caſu noſtro non primo, ſed ſecundo modo ponuntur.

Hæc Pauli Ghirl. opinio eadem prorſus eſt cum Authoris noſtri ſententia, vt in hoc 16. c. num. 7. aperte probatur; in quo redeuntium receptio iudicum arbitrio expreſſe committitur per adductam extrauag. Innocentij. & confirmatur a Lucer. inqui. in verſ. redire.

§.6.quæ cap. hoc 16. allegat ſub nomine Directorij Io. Calderini. Idem habetur ex cõſilio Tarraconæ,ibi; dubitatio oritur.quod conſ. reperitur in Direct.inſertum par. 2. Approbatur inſuper hæc opinio ab eodem Direct. in 3.par.de modo 10.term.proceſſum iam allegato; vbi ponit quod exiſtente ipſo hæretico in iudicio, vt actualiter condemnetur, & brachio ſeculari relinquatur; præmiſſa per Inquiſitorẽ concione in hæreſim deteſtatione; lectis per notarium ſeu alium clericum eiuſdẽ pertinacis hæreſibus & culpis, Inquiſitor illum rurſus interrogare debet, an pœnitere, & ab hæreſibus reſilire, eaſque abiurare velit. Quod ſi, Deo inſpirante, abiurare voluerit, admittatur. Dicit tamen quod maxima ſolertia vtendum eſt, prouidẽdo ne ſimulata conuerſione abiuret, & ſub agni ſpecie lupum gerat. Rurſus dicit quod cum prædicta abiuratio magis pœnarum metu, quàm veritatis amore facta præſumatur; perpetuo immurandus eſt.

Hanc praxim hodie non obſeruat inquiſitorũ tribunal.

Denique poſt formam ſententiæ contra pertinacẽ; docet idem Direct. quod pronunciata contra eum ſententia, dum curia ſecularis officium ſuum exequitur, poterunt viri aliqui probi, & fidei zelatores ipſum aſſociare, & ad fidem catholicam eum inducere, ac adhortari, vt adhuc ab erroribus reſiliat, ac eccleſiaſticam veritatem complectatur. Et ſi forſan, inquit, tunc poſt latam ſententiã, ac poſtquã curiæ ſeculari traditus eſt, dum ad comburendũ ducitur, ſeu ad palum mox comburendus ligatur, ſe pœnitere velle dicat; crederem de miſericordia poſſe recipi vt hæreticus pœnitens, & perpetuo immurari, per gloſ. in c. ad abolendam. §. præſenti.in ver. recurrere. & in §. qui vero.in ver. audientia.& in c.excommunicamus 2.eo.tit. quamuis non inueniatur, vt puto, iure cautum, nec tali conuerſioni magna ſit fides adhibenda. Hæc ille: qui ſtatim exemplum ſubiungit de quodam ſacerdote in Cathalonia in ciuitate Barchinon.iam igni expoſito & ſemiaduſto, clamante quod pœnitebat, & propterea ad pœnitentiam admiſſo: qui poſt annos 14. rurſus de hæreſi accuſatus, cõtinue in hæreſi perſeueraſſe, ac multos infeciſſe inuentus eſt, tandemq; vt impœnitens & relapſus damnatus, atq; combuſtus fuit.

Poſt ſententiã, et in ipſius executione rediẽs, an ex miſericordia recipi poſſit.

Sed tutius eſt tali caſu vt nullo modo recipiatur. Pegña lib. 2. adnot. in Directo. Schol. 27. §. poſtquã traditus.

Rurſus arbitrium iudicis in his recipiendis ad pœnitentiam vel reprobandis plurimum verſari, ex eo quoq; perſuaderi poteſt; quia cum tota controuerſia ſuper hoc orta, ex verbis illis, continuo & ſponte, &c. proficiſcatur; & hæc per ſuauem & æquam interpretationẽ poſſint ab ipſo Inquiſitore vnà cum Epiſcopo & etiam ſine illo aptari & exponi: manifeſtũ eſt quod pro ipſorum iudicũ arbitrio poterũt redeuntes admitti. Nam ſecundũ euentuum varietatem perſonarũ, locorum, temporum & aliorum accidentium qualitatem & circunſtantias, poterunt iudices canones, ſtatuta & iura ipſa interpretari, quod in hoc vel illo arctant, in illo vero non ligant, &c. Hanc autem facultatem interpretandi ſtatuta eccleſiaſtica & ſecularia contra

Menochius lib. 2. de arbitra. ind. centuria 4. caſu 372.

Statuta cõtra hæreticos edita Inquiſitor interpretari poteſt.

contra hæreticos edita, habent ipſi inquiſitores ex cõſtitutionibus quibusdam Innoc. 4. vbi ſic habetur: *Vt commiſſum vobis negotiũ ab Apoſtolica Sede tam ſalubre & vtile miniſterium exequi liberius, & exercere poſſitis efficacius in hac parte; interpretandi ſtatuta Eccleſiaſtica & ſecularia contra hæreticos edita, &c. vobis auctoritate præſentium concedimus facultatem.* Item & per Alexan. 4. in cuius litteris hæc habentur: *Vt commiſſum vobis inquiſitionis officiũ contra prauitatẽ hæreticã efficacius, & liberalius exequi valeatis, interpretandi vel declarãdi vna cum Diœceſanis locorũ in quibus eſt idẽ officiũ vobis commiſſum, vel ipſorũ vicarijs, cũ Diœceſanos abeſſe contigerit, ſtatuta contra hæreticos, credẽtes, receptatores, fautores, & defenſores eorum edita, quoties in eis apparebit aliquid ambiguum vel obſcurum, &c. vobis authoritate præſentiũ concedimus facultatem.* In conſtitutione inſuper alia, quæ dicitur eſſe ab eodem Alex. 4. edita, quæ incipit, Præ cunctis. nulla de ordinario loci mẽtio habetur, ſed de Inquiſitore tantum. nam ibi legitur: *Necnon interpretandi ſtatuta contra hæreticos, credentes, receptatores, fautores, & defenſores eorũ edita. quoties in eis apparuerit aliquod ambiguũ vel obſcurum, & c. auctoritate præſentium concedimus facultatem.* Has habes nũc in bullario litterarum Apoſto. pro offic. S. inquiſitionis, in Directorio nuper edito.

Hæc a Direct. recenſentur in 3. par. q. 85. & 86. & a Sum. Tab. in verſ. inquiſitor §. 39. Ex quibus apparet quid obſeruandum ſit circa redeuntium pœnitentiam admittendam. Nam iura ipſa per tot Summos Pont. edita iam ſæpe per egregios Doctores, per religioſiſſimos Inquiſitores, per Sanctiſſimos Epiſcopos, ac deniq; per antiquam conſuetudinem interpretata, expoſita, ac declarata fuere, adeo vt nemo dubitare debeat an in quacunq; iudicij parte redeuntes recipiendi ſint, etiam poſt condemnationem, vt ſuperius dictum eſt. Conſuetudo quippe, quæ optima legum interpres eſt, id vbiq; docet. His omnibus adhæret Hoſtien. in ſumm. tit. de hæret. §. quando & qualiter. in princ. Sylu. in ver. hæreſis 1. §. 12. Vide etiam Boerium in deciſ. 341. per tot. Boſ. in tit. de hæret. nu. 20. Lancil. Conrad. in præt. in cauſ. criminal. in rubr. de hær. nu. 22. Vide etiam ipſummet Direct. in eadẽ 3. par. in 12. modo terminandi proceſſum. poſt formam ſententiæ tradendi bra. ſec. conuictum ſed negantem. & alibi poſt ſingulas formas tradendi brachio ſeculari. Et vide apud Directorium in his locus adnotationes de hac re plene loquentes.

c Relapſus recipiatur, &c. *Adde Direct. in 3. par. q. 100. Et qui vere relapſi ſint vltra ea quæ hic ab Authore habes, vide Direct. par. 2. q. 58. Et quid obſeruare debeat Inquiſitor cum ipſo relapſo tradẽdo curiæ ſeculari, vide ibidẽ. 3. par. in modo 9. terminãdi proceſſum fidei, in fin. poſt ſentẽtiã. Cur autẽ relapſis nõ parcatur, vide late per Hipp. de Marſil. in ſingul. 378. vbi pulchra dicit de actu geminato. Inquit enim quod quamuis ex forma legis pœna pecuniaria pro aliquo delicto quis puniri debeat; ſi tamen accuſatus conuincitur* Quare relapſis non parcatur.

quod aliàs commiſſit & frequētauit, tunc talis, pœna capitali plectendus eſt. Quod ſenſiſſe atteſtantur Bar. Bal. Ang. Odof. & Io. de Platea in l. 1. ff. de quæſt. per illum tex. C. de ſuper exact. lib. 10. & Bar. & Bal. in l. licitatio ff. de publica. & multa alia ad idem inducit. Et præcipue Bar. & Bal. in l. 3. C. de epiſ. aud. dicentes, quod bis carceratus pro eodem delicto, amplius relaxari non debet. Quod dictum refert & ſequitur Fely. in c. ad abolendam. eo tit. & Roma. in l. ſi viro. §. de viro. ſol. matr. Facit etiam ad hoc gloſ. in ver. in vinculis. l. lex Cornelia. ff. ad Syll. Hoſt. in c. cum in eccleſiis. de maior. & obed. & Bal. in c. de appellationibus. eo. tit. Qui Bald. in d. l. 3. C. de epiſc. aud. ſubdit quod Principis indultum non valet ſuper condemnatione ſecunda, niſi fiat mentio de prima, quia videtur obreptitium, quia Princeps id facturus non eſſet. Et adducit etiam caſum noſtrum de hæretico qui ſecunda vice non auditur ob actus geminationem. Nam ſemper de conuerſione eius timendū eſt, qui toties deliquit. Relabi enim ſignum inconſtantiæ eſt circa fidē, vt obſeruat D. Tho. ſec. ſec. q. 11. ar. 4. vbi dicit quod ſi hæretici reuertentes ſemper reciperētur, vt ſeruarentur in vita, & alijs bonis temporalibus fruerentur: id in aliorum ſalutis præiudiciū eſſe poſſet; tū, quia ſi relaberentur, alios inficerent; tum etiā quia ſi ſine pœna euaderent, alij ſecurius in hæreſim laberentur, iuxta illud Eccleſ. 8. quia non cito profertur aduerſus malos ſententia abſq; timore vllo filij hominum perpetrant mala. Et in reſpo. ad 1. arg. dicit, quod Eccleſia præſumit eos non vere reuerti, qui aliàs recepti, poſtea iterum relapſi ſunt; quia ſolus Deus cordium ſcrutator eſt. Et ad 2. dicit, quod & ſi Dominus Petro præceperit, vt non tantum ſepties, ſed ſeptuagies ſepties fratri indulgeret; non tamen de peccato in proximum aut in Deum commiſſo intellexit, cuiuſmodi hæreſis eſt: ſed de his quæ contra ipſius perſonam committebantur, vt verba ipſa aperte conuincunt. Si peccauerit, inquit, in te frater tuus, nō autem dixit, ſi peccauerit in Deum aut in proximum. Adde etiam Tabie. in verſ. inquiſitor. §. 21. & Syluest. in ver. hæreſis. 1. §. 9. Ghirl. in tract. de hæret. q. 5. nu. 22. Carer. in tract. de eo. nu. 161. in fin. Gondiſ. q. 20. nu. 5.

De pœnis fautorum, defenſorum, & receptatorum. Cap. XVII.

SVMMARIVM.

1 *Fautores, defenſores, & receptatores hæreticorum ſunt vehementer ſuſpecti, & debent canonice purgari.*
2 *Sunt excommunicati, infames, inteſtabiles actiue & paſſiue.*
3 *Efficiūtur incapaces et inepti ad quæcunq; eccleſiaſtica beneficia,*

nec

nec ſunt tradendi eccleſiaſticæ ſepulturæ.

4 De iure ciuili ſunt banniendi in perpetuum, cum publicatione omnium bonorum.

ISTI tres, ſcilicet fautores, defenſores, & recepta-
tores ſatis proximi ſunt hæreticis, & credenti-
bus: ſed tamen non ſunt tales: nec puniũtur pœ-
nis paribus cum eiſdem: & ideo bonum eſt vi-
1 dere de pœnis iſtorum. Et † primo eſt ſciendũ,
quod propter fautoriam, defenſionem, & receptationem in-
ſurgit vehemens ſuſpicio contra tales: & propter hanc ſuſpi-
2 cionem [a] poterit inquiri contra eos, vt patet per iura quæ infe-
rius allegantur. & 18. q. 6. hi qui. & propter hanc ſuſpicionem
poterit eis purgatio indici ad arbitrium Inquiſitoris, vel Epiſ-
copi inquirentis, vt plene dicetur infra, de pœnis pœnitẽtiali-
bus, &c. In qua purgatione ſi defecerint; tanquã hæretici pote-
runt dãnari, vt ext. de hæret. c. excõmunicamus. 1. §. qui autẽ.
ext. de præſum. c. litteras. de pur. cano. inter ſollicitudines. &
dictum fuit ſupra in tractatu cuiuslibet prædictorum. Item
2 iſti † tales ſubiacent pœnæ excommunicationis ipſo iure, vt
ext. eod. c. ſicut ait. Qua excommunicatione poſtquam fuerint
per Epiſcopum, vel Inquiſitorem ex dicta cauſa notati; ſi in ea
permanſerint per annum; tanquam hæretici ſunt damnandi.
& ita probatur C. de hæret. auth. credẽtes. quę fuit Federici Im
peratoris: & eſt approbata ext. de hæret. c. vt Inquiſitionis. li. 6.
& habetur in textu ext. c. excõmunicamus. 1. §. credẽtes. Et in-
ſuper poſtquam fuerint ex hac cauſa excõmunicatione nota-
ti; ſubiacent aliis pœnis: quia fiunt infames, & inteſtabiles acti-
ue, & paſſiue: & eis omnes actus legitimi ſunt penitus interdi-
3 cti, vt patet in dicto §. credentes. Item † nullum beneficium
eccleſiaſticum poſſunt aſſequi, vt ext. de hæret. c. 2. quod in-
cipit: quicunque. & c. ſtatutum. lib. 6. Item non ſunt traden-
di eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſi tales decedant: vt dicto c. qui-
4 cunque. in princ. & dicto c. ſicut ait. Item † alia pœna eſt ta-
libus infligenda de iure ciuili: quia tales ſic excõmunicatione
notati, & in exceſſu huiuſmodi perſiſtentes ſunt banniendi, &
in perpetuum relegãdi, publicatis omnibus eorũ bonis: prout
in quadam conſtitutione Federici Imperatoris, quæ incipit: Pa
tarenorũ. & eſt ſeruãda, vt ext. de hære. c. vt inquiſitionis. lib. 6.

Directorium inquiſitorũ par. 2. q. 51. 52. et 53. & ibidem late in adnotatio. Siman. catho. inſt. ti. 15.

Fautorum pœnæ.

Sed ſi miſericordiam implorent, recipiendi ſunt. Locatus ĩ opere iudiciali, verbo, purgatio nu. 12. Pegña lib. 2. adnot. in Direct. Schol. 11.

Excõmunicatio.

Infames fiunt.

Inteſtabiles.

Incapaces benefic. & ſepulturæ.

Banniendi ſunt cum bonorũ publicatione.

Hãc habes nũc apud Directorium.

ADDITIO.

a Et propter *hãc ſuſpicionẽ poterit eis purgatio indici, etc. Adde quæſtionem, quid ſi quis in fautoriam abiuratam relabitur? & dic quod iuxta conſilium Tarraconæ ſupracitatum, talis vti relapſus habendus eſt. Sed hoc a Direct. in dubium vertitur par. 2. q. 58. quæ eſt vlt. in fin. quæſtionis, poſt quartum caſum relapſi, &c. Vbi dicit, an ita ſit, & an intelligatur ſi relabuntur in aliam fautoriam vel in eandem, & an iſti vel illi curiæ ſeculari tradendi ſint vltimo ſupplicio feriendi, iura clare non loquuntur. Et idem dicit ſi quis de aliqua hæreſi diffamatus, canonice ſe purgauit, & poſt in aliam vel eandẽ incidit, an realiter vel iuris fictione, vel aliàs relapſus adeo cenſeatur, vt pœna relapſis debita puniatur, iura non ita clare explicant. Nam licet in c. ad abolendam. §. qui vero. ver. illos quoq; dicatur, quod poſt purgationem reincidens, ſeculari iudicio ſine vlla penitus audientia tradendus ſit; tamen indiſtincte textus ibi loquitur. Quare concludit, quod ſuper his putat Apoſt. Sedem conſulendam eſſe. Quod ego faciam, ſed interim tractatus iſte imprimetur, nec potero deciſionem ſeu reſponſum in hoc proprio loco ponere. Igitur curabo vt extrauagantes ſuper ſimilibus hoc tempore edendis, in fine voluminis aut alibi poſtea imprimantur.*

An ilie relapſus dicatur; qui poſt abiuratam fautoriam, in eandem rurſus labitur.

De his duabus quæſtionibus, quæ ualde ſunt ancipites, late ſcripſit Pegña lib. 2. adnot. in Directo. Schol. 64. & lib. 3. Schol. 52. eum videto.

Doctrinæ nihilominus iam traditæ inhærendo, fortaſſe non incongrue diceremus, quod hæc quæ non ita clare iura exhibent, Inquiſitoris declarationi ſeu interpretationi relinquuntur, vt per adductas extrauagantes ſupra patuit pag. 117. Cum enim hæc ambigua ſeu obſcura ſint, per Inquiſitorem exponi ac declarari poſſunt. Vnde ad Apoſt. Sedem non ſemper accurrere opus eſt. Vel dici poſſet, quod talia Inquiſitoris arbitrio commiſſa cenſentur. Nam quod a iure determinatũ non eſt, iudicantis arbitrio commiſſum eſſe videtur, vt probat Guid. de Suz. in tract. de indicijs, ver. quæ & qualia. nu. 30. vbi exemplificat de pœnis a iure non determinatis, vt l. hodie, & l. ſanctio. ff. de pœn. & ff. de effra. l. 1. §. quibus nulla. Item & de tempore indeterminate prolato, vt ff. de iure deli. l. 1. cum ſimi..

Arbitrium iudicis.

Ad 2. inſuper dubium a Direct. ibidem motum, de eo qui poſt purgationem incidit, &c. fortaſſe dici poſſet, quod tex. ibidem ex c. ad abolendam. citatus, ſatis clare loqui videtur, cum diſiunctiue dicat, de eo qui poſt abiurationẽ, vel poſt purgationẽ recidiſſe deprẽditur, vt abſq; vlla penitus audiẽtia ſeculari iudicio relinquatur.; De hoc habes ſolutionẽ a Paulo Ghirl. in q. 10. nu. 1. qui ad c. accuſatus. recurrit diſtinguẽdo de ſuſpicione propter quã abiurauit, vel ſe purgauit, quia ſi fuit vehemẽs, erit vere relapſus: aliter erit ficte relapſus. Sed Author noſter ĩ c. 16. nu. 3. oppoſitũ ſẽtire videtur. Tu itaq; cõſidera, etc.

Verum vt his quæ de æquo ac religioſo arbitrio iam ſupra diximus pag. 94. in fin. aliquid adhuc addamus, vide Panorm. in c. fin. de tranſact.

Arbitrio, quomodo vtẽdũ ſit.

tranſact.nu.9. vbi dicit quod vbi ius expreſſum non reperitur, debet iudex æquitatem ſeruare. Super his vide Doctores in eo loco, & in l. 1. C. de legi. Et adde Fely.in c. ſuper his.de accuſat.nu.8.& ſeq. vbi quærens an a iudice habente arbitrium appellari poſſit, diuerſimode limitat. Præcipue vero dicit appellandū non eſſe ſi iudex liberum habet arbitriū. Item quando lex aliquid iudicis conſcientiæ cōmittit. Rurſus cum lex quidpiā ponit in poteſtate iudicis. Hæc ibidem habes in limitatione 1.4.& 6.vbi iura & Doctores allegat, ideo vide. & adde quod iudex æquitatē in arbitrarijs eo magis ſeruare debet, quo appellationi locus non datur. Rurſus adde Hip. de Marſ.in ſingul. 397.incip. arbitriū.qui probat quod arbitriū datum iudici in criminalibus, intelligitur in his tantū in quibus pœna non eſt expreſſa. & allegat Flori.& Paul.de Caſtro.ff. de ſerui. ruſt. prædio. & ſeipſum in l. quæſtionis modum.ff. de quæſtionibus. Et quod iudex in arbitrarijs æquitatem ſeruare debeat, dicit Io.And.in c.1.de conſti. relatus a Fely.in c.quoniā frequenter.in §.porro.in 2.col.ext.vt lite nō cōte.& ab eodē Marſilio in dicto Singul. Vbi etiā dicit perpetuo mēti tenendū eſſe, quod qualitas iudicis vel officialis cui arbitriū cōceſſum, ſeu cōmiſſum eſt, cōſiderari debet. Si enim ille Præſes eſt, ſeu Poteſtas qui magnus eſt magiſtratus, & bona cōfiſcare, & corporalē pœnā imponere poterit: ſecus autē in minori magiſtatu. Ita ſingulariter aſſerit dixiſſe Bal.in.l.1.C.ne ſine iuſſu princ. quem refert & ſequitur Io.de Ana.in d.c.ſuper his.in 5.col. in fin. de accuſation.

Demū obſerua adducta per Boer.in deciſ. 317.nu.3. quod iudex vtēs arbitrio nec nimis gratioſus, nec vltra modū ſeuerus eſſe debet, vt notat Io. And.in c.1.de re iud.quem refert Bal.in l. quicunq; de ſeruis fugiti.de quo latius per Fely.in c.ex litteris.de conſtitu.ver.tertia declaratio. Hæc libenter appoſui, vt Inquiſitores admoneantur, quomodo in his, quæ arbitrio ſuo iura reliquerūt, procedere debeant. Videant & cōſiderent quid agant, ne in arbitrarijs iniqui videātur.

De pœnis inſuper fautorum vide etiam Syluest.in ver. hæreſis.1. §.10.& Tabie.in ver.hæreticus.§.20.Gondiſ.q.16.nu.1. Ghirlan. q.9.nu.1. Lud. Carer.in ſuo tract.de eo.nu. 163.& ſeq.

De pœnis hæreticorum, & credentium: & quomodo, & quando traduntur Iudici ſeculari. Cap. XVIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticis infliguntur pœnæ a iure & ab homine; excommunicati ſunt, etiam occulti.*

2 *Hæreticorum ſubditi liberantur, patria poteſtas ſoluitur, ſeruitus coniugalis aufertur.*

3 Fiunt

3 *Fiunt infames, inteſtabiles & incapaces quorumcunq́; officiorum & beneficiorum, &c.*
4 *Bona omnia amittunt ipſo iure.*
5 *Neceſſaria tamen eſt ſententia declaratoria Iudicis eccleſiaſtici.*
6 *Pœnæ hæreticorum ab homine.*
7 *Clericus quando ſit degradandus & tradẽdus iudici ſeculari.*
8 *Pœnæ hæreticis infligẽdæ ſecundũ legitimas ſanctiones, quæ ſint.*

De materia huius quæſtionis Direct. 3. par. q. 109. & multis ſeq. et ibidẽ latiſſime in cõmentarijs.

Primo ſũt excommunicati.

POENAE † quæ hæreticis & credentibus infligũ 1
tur, ſunt multæ. Et quædam infliguntur eis a iure, & ipſo facto, quædam veniũt ab homine infligendæ. A iure enim infliguntur iſtæ: quia primo ſunt ſtatim cum in hæreſim incidunt, excommunicati, vt ext. de hæret. c. ad abolendam. in prin. & c. excommunicamus. §. credentes. Quod intelligunt quidam eſſe verum, non ſolum ſi ſint hæretici manifeſti; ſed etiam ſi ſint
omnino occulti, [a] vt not. in compil. Clement. ext. eod. tit. c. 1. a
circa finem. in glo. hic patet aperte. Et not. de hoc per d. Archid. ext. de Su. Tri. & fi. cat. c. finali. de ſententia excommuni-
cationis. cum quis. lib. 6. Item † omnes eorum fideles liberan- 2
tur: & omnis obligatio eis quæſita diſſoluitur: ext. eod. ca. fin. Item in filiis diſſoluitur vinculum patriæ poteſtatis, vt ext. eo. c. 2. §. ſi. lib. 6. Et ipſi filii, fratres, & ſorores talium debent eos deſerere, vt 28. q. 1. ſi infidelis. Immo plus, quia cum eis diſſoluitur ſeruitus coniugalis. Nam cum quis recedit a cultu fidei orthodoxæ; & in hæreſim collabitur; coniũx non tenetur ſibi cohabitare: & poteſt petere, vt iudicio Eccleſiæ ſeparetur ab illo: & pro hac fornicatione ſpirituali fiet tori ſeparatio, ſicut fieret pro carnali, vt 28. q. 1. ſimili modo. & c. idololatria. vſque in fin. & eod. cap. & q. c. fin. & habetur ext. de diuort. c. quanto. & cap. ex litteris. ad quod 32. q. 1. ſi quis vxorem. Et ſi talis hæreticus poſt lapſum redierit ad Eccleſiæ vnitatem; tunc ſi non erant ſeparati iudicio Eccleſiæ; alter coniunx tenetur omnino redire ad illum. Si vero iam erant per ſententiam ſeparati; tunc erit in electione illius qui in fide remanſit, an velit redire ad coniugem: vel religionem intrare: quia non poſſet in ſeculo remanere; nec alium accipere viuente illo, qui eſt modo conuerſus: cum ipſe dicatur per pœnitentiam eſſe ſanatus, vt 32. q. 1. quod autem. & ita debent intelligi extra. de diuort. cap. de illa. & cap. quanto. ext. de conuerſione coniug.

Subditi liberantur. Patria poteſtas ſoluitur. Seruitus coniugalis tollitur. Adde Alfonsũ Caſtrũ lib. 2. de iuſta hæret. punitio. c. 5. & ſeq. vbi pleniſſime, & F. P. lib. 3. commentariorũ in Direct. Scho. 151 & multis ſeq. vbi etiam latiſſime.

Infames & inteſtabiles fiũt. Nec Iudices nec Rectores eſſe poſſunt. Interdicuntur eis omnes actus legitimi. Non poſſunt obtinere eccleſiaſticum beneficium. Denegatur eccleſiaſtica ſepultura.

3 coniug.c. fin. Item † fiunt infames, & inteſtabiles actiue, &
paſſiue: nec habent alicuius rei commercium. Item non poſ-
ſunt creari Iudices vel Rectores ciuitatum, vel locorum. Item
omnes actus legitimi eis interdicuntur a iure. Item non poſ-
ſunt aliquod beneficium eccleſiaſticum obtinere. Item ſi ta-
les decedant, non ſunt tumulandi in cœmiterio: ſed eis dene-
gatur eccleſiaſtica ſepultura. Hæc præmiſſa omnia probantur
per diuerſa iura, vt dicto §. credentes. ext. eod. c. quicunq; in
princ. & in fin. & c. ſtatutum. 2. lib. 6. & C. de hæreticis. l.
4 Manichæos. auth. credentes. C. de apoſta. l. 2. Item † eis alia
pœna infligitur a iure: quia ſtatim commiſſo ſcelere, id eſt cũ
incidunt in errorem, ſeu hæreſim, perdunt ipſi omnia ſua bo-
na: & ipſo iure confiſcantur. Nam hoc contingit in crimine
læſæ maie. vt C. ad l. Iul. ma. l. quiſquis. & l. fin. Accedat ff.
de donat. l. donationes. & in quibuſdam alijs criminibus, vt
C. de inceſt. nupt. l. cum ancillis. de rapt. virg. l. 1. C. de vecti
gal. & commi. l. neq; commiſſum. cum ſi. Vnde multo fortius
in hoc maximo crimine, vt ext. de hæret. c. vergentis. ad quod
concor. 6. q. 1. ſi quis. Dominus tamen Dy. de Muſelo intel-
ligebat iſta iura aliter: videlicet, quod ſtatim commiſſo crimi
ne perderet adminiſtrationem rerum ſuarum, & poteſtatem
diſponendi ſuper eis: dominium vero non perderet ipſo iure:
ſed demum per ſententiam confiſcationis, & publicationis. ita
notauit ipſe ff. de iure fiſci. Imperator noſter. Sed hodie vide-
tur dicendum, quod ſtatim commiſſo crimine perdit ipſo iu-
re etiam dominium, vt extra. de hæretic. cap. vt inquiſitio-
nis. §. prohibemus. & eſt caſus extra eod. tit. cum ſecundum
leges. libr. 6. Quamuis de mero iure ciuili; in bonis hæreticorũ
olim aliter dicebatur, vt C. eod. l. Manichæos. & l. quicunque.
Et de hoc no. Gof. in sũma eo. ti. in ſecũda coll. Item deſinunt
poſſe aliqua bona poſſidere: & per conſequens præſcribere: vt
23. q. 7. per totum. 8. diſt. quo iure. iuncta cum c. ſine poſſeſſio-
5 ne. de regulis iuris. lib. 6. Circa † hanc tamen bonorum confi-
ſcationem, de qua ſupra præmittitur, eſt ſciendum, quod licet
bona ipſo facto, ſeu ipſo iure confiſcata intelligantur commiſ-
ſo crimine hæreſis; tamen neceſſaria eſt ſententia declaratoria
Iudicis ſuper ipſa confiſcatione, & adeptione bonorum. Quæ
ſententia declaratoria olim fiebat in terris Eccleſiæ per Iudicẽ
eccleſiaſticum, videlicet Epiſcopum, vel Inquiſitorem: in aliis
vero

Ipſo iure confiſcantur omnia bona. Dynus de Muſelo. Et hæc ſententia vera eſt, cõmunis, & vbiq; recepta. Deſinunt poſſidere, & præſcribere. Sentẽtia declaratoria ſuper cõfiſcatione requiritur: quæ

per Iudicem ec cleſiaſticũ vbiquefaciẽda eſt. adde Pegñam lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 151.

vero terris Imperii fiebat per Iudices, & principes ſeculares:
prout claret aperte in d.c.vergentis. Sed hodie indiſtincte Iu-
dex eccleſiaſticus facit vbique hanc declarationem ſuper confi
ſcatione bonorum: & Iudex ſecularis ſe non intromittit ante
ſententiam eccleſiaſtici Iudicis ſuper hoc crimine, nec etiam
ſuper confiſcatione bonorum, vel executione confiſcationis, ni
ſi quatenus per Iudicem eccleſiaſticum fuerit requiſitus; cum
hoc ſit ſibi penitus interdictum, vt ext. de hæret. c. vt Inquiſi-
tionis. §. prohibemus, & c. cum ſecundum leges. in fin. lib. 6. Et
aduertendum eſt, quod hæc pœna confiſcationis, ſeu adeptio-
nis bonorum vendicat ſibi locum ſolummodo in illis, quos
conſtat fuiſſe hæreticos, vel qui de hæreſi ſunt damnati, vt di-
cto. c. ad abole. & de ver. ſig. c. ſuper quibuſdam: non autem in
aliis, qui ſunt ſola ſuſpicione notabiles; ſicut fautores, & ſimi-
les, vt probatur ext. eod. c. accuſatus. §. porro. & §. in eo. lib. 6.

Confiſcatio tũc ſolummodo fit, quando de hæreſi damnati, ſunt.

Pœnæ ab homine.

Ab homine vero veniunt infligendæ aliæ pœnæ: & quædam
ex eis veniunt infligendæ de iure canonico, quędam de iure ci-
uili. De iure † canonico Iudex eccleſiaſticus fert ſententiam 6
contra hæreticum, per quam iudicat eum fore hæreticum: cō-
demnat illum; relinquens iudicio ſecularis poteſtatis punien-
dum pœnis, quibus puniuntur hæretici ſecundum legitimas
ſanctiones: & ſic tali ſententia lata relinquit illum ſic damna-
tum Iudici ſeculari, vt ext. de hæret. c. ad abolen. §. præſenti. &
§. laicus. & c. penul. §. damnati. & clarius patet infra de formis
ſententiarum. Et hoc eſſet verum, niſi taliter damnatus eſſet
clericus. Si enim eſt clericus; debet attendere diligenter Inqui-
ſitor, an velit illum ſolum deponere ab officio, & beneficio: an
velit etiam quod ille degradetur; vt ſic relinquatur puniendus
per Iudicem ſecularem. Nam vbi vellet ipſum deponere, &
priuare ſolummodo ab officio, & beneficio ipſe Inquiſitor po-
terit per ſe facere hoc, requiſito conſilio Epiſcopi diœceſani,
vel eius Vicarij: vt ext. de hæret. c. vt commiſſi. §. priuandi.
lib. 6. Vbi vero deberet degradari; tunc, quando depoſitio ab
officio, & beneficio fuiſſet facta per Inquiſitorem vt ſupra; de-
gradatio relinquatur Epiſcopo. Et olim faciebat ipſam degra
dationem Epiſcopus ſuus conuocatis, & præſentibus pluribus
aliis Epiſcopis: ſed hodie fieri poteſt per ſolum Epiſcopū ſine
aliquibus alijs Epiſcopis; conuocatis tamen Abbatibus, & alijs
Prælatis, ac viris religioſis, & litteratis: vt patet ext. de hæret. c.
1. lib. 6.

Cap. ſi. Quomodo clericus deponẽdus aut degradandus ſit. adde Directoriū 3. par. in 9. modo proceſſum terminãdi, vbi habes huius rei praxim: & ibidem Schol. 63. & qualiter hodie fieri debeat degradatio præſcribit conciliū Trident. ſeſſio. 13. de reformatio. cap. 4.

7 i.lib.6. Et † ſi quæratur quando erit degradandus, & tradendus Iudici ſeculari; dic quod quando tranſiuit in profundum omnium malorum: & prorſus oſtendit ſe incorrigibilem, vt ext. de iudiciis. ca. cum non ab homine. cum ſi. Nec credas
b quod Iudex eccleſiaſticus manualiter tradat [b] Iudici ſeculari puniendos: ſed per ſuam damnationem, & ſententiam declarat ipſos fore exutos priuilegio clericali: & per hoc eos relin- *Quomodo quis iudici ſeculari tradatur.*
c quit Iudici ſeculari ſub eius iuriſdictione: ſupplicans [c] tamen quod agatur miſericorditer cum eiſdem. Ita patet ext. de ver. ſig. nouimus. & de pœnis. c. degradatio. lib. 6. His expeditis Iudex eccleſiaſticus non intromittit ſe amplius de perſona: ſed
d Iudex ſecularis [d] illum punit ſecundum legitimas ſanctiones.
8 Circa quod † eſt videndũ quæ ſunt iſtæ pœnę, quæ infliguntur damnatis de hæreſi ſecundum legitimas ſanctiones, ſeu de iure ciuili. Et in hoc dic, quod olim erant aliæ pœnæ; & hodie ſunt aliæ. Nam olim diſtinguebãt in inquiſitione pœnæ, vt C. de hæreticis. l. quicunque. in fi. ext. eod. c. penul. §. damnati. ſed hodie indiſtincte illi, qui per Iudicem eccleſiaſticũ ſunt damnati de hęreſi, quales ſunt pertinaces, & relapſi, qui non petunt miſericordiam ante ſententiam, ſunt damnandi ad mortem per ſeculares poteſtates: & per eos debent comburi, ſiue igne concremari. Ita patet in quadam conſtitutione Federici Imperatoris, quæ incipit: Commiſſi. §. item mortis. & in alia eius conſtitutione, quæ incipit: Inconſutilem. §. contra tales. Et idẽ poſt eum declarauerunt Innoc. & Clemens 4. in quadam conſtitutione extrauaganti, quæ incipit: Statuimus. §. ſi quando. Quæ omnes conſtitutiones ſunt ſeruandæ, vt ext. de hæreticis. c. vt Inquiſitionis. in prin. & c. ſi. in fin. lib. 6. Iſtæ ſunt pœnæ, quæ damnatis de hæreſi infliguntur. De redeuntibus, & ſuſpectis ſtatim infra dicetur.

Hæreticorum, pœna eſt mors & combuſtio. adde Alfonſum Caſtrum li. 2. c. 12. de iuſta hæret. punitio. et Couarruuiã lib. 2. varia. reſolut. cap. 10. nu. 10.

Hic locus ita videtur reſtituendus: quæ incipit: Ad extirpanda. §. damnatos. habes in Bullario apud Direct. pag. 30 & ſeq. & pag. 148. & ſeq.

ADDITIO.

a Etiam ſi ſint omnino occulti, &c. *Adde quod hanc gloſſæ opinionem D. Author nec probare, nec improbare videtur, ſed illam tantummodo ſimpliciter recitat. Tu igitur vide Card. Caiet. ſuper ſec. ſec. D. Tho. q. 11. ar. 3. & 4. Tabie. in ver. excommunicatio. 5. caſu 4. §. 4. Syllueſt. in verſ. excommun. 7. excommunicatione 2. qui vnanimi ſententia diſtinguunt occultũ. Nam aliquid omnino occultum ſimpliciter & per ſe eſt: aliquid vero occultũ eſt per accidens*

quia

quia ſcilicet probari non poteſt. Id occultum per ſe & ſimpliciter eſſe dicitur, quod ſenſitiuæ cognitioni ex ſua ratione non ſubditur. At occultum per accidens illud eſt, quod & ſi ſenſibus percipi poſſit: actualiter tamen ab aliquo, qui de eo teſtificari valeat, non percipitur. Vlterius diſtinguit Card. Caiet. actum interiorem duplicem. Primo datur actus interior ſolus, vt cum quis malum aliquod facere excogitat aut intendit, vel aliquem odit, aut diſcredit, vel quidpiam aliud tantummodo in corde ſuo retinet. Secundo eſt actus interior qui cauſa eſt commiſſionis vel omiſſionis actus exterioris, vt cum quis ex odio quidpiam facit, ſeu omittit facere ad extra, ſiue illud ſit locutio, ſiue comeſtio, aut quæuis alia operatio.

Hæc ſententia quam ſequitur author vera eſt & communis, quã etiã profitetur Alexander Ales. par. 2. q. 182. mẽb. 2. Alfonſus Caſtrus lib. 2. c. 18. de iuſta hæret. punitio. & ceteri cõmuniter theologi.

Deduci nunc poteſt ex his, quod actus occultiſſimi per accidens, & actus interiores, qui tamen ideo exteriorum cauſa exiſtunt, quia ex his commiſſiones, aut omiſſiones aliquæ proficiſcuntur; eccleſiæ iudicio, & cenſuris ſubijciuntur. Nam & ſi tales actus occulti ſint quo ad homines, quia probari non poſſunt; aliquem tamen actum exteriorem annexum habent, qui illorũ interiorum ſignum exiſtens, internos ipſos actus manifeſtare, & humanæ cognitioni ſubijcere ex ſui natura poteſt. Et hac ratione dicimus quod tales interni actus, qui externum aliquod ſignum oſtendunt, ad eccleſiaſticum forum pertinent. Hæc enim & ſi notoria non ſint, poſſunt nihilominus ad multorum notitiam deuenire ob externos actus, quos annexos habẽt. Et ideo Eccleſiæ præcepta ſuper his cadunt. Si quis igitur clericum in nemore aliquo, nullo ſpectante, percuſſerit; aut libros hæreticos etiam in abditiſſimo loco legerit aut tenuerit; vel hæretica verba, nemine audiente, pronunciauerit; ſiue Dæmoni aut creaturæ alicui diuinos honores, etiam occultiſſime, exhibuerit; mox in canonem incidit. Actus quippe iſti ex ſui natura ſenſibiles ſunt, & quod non videantur, audiantur, &c. inde prouenit, quia nullo ibi exiſtente fiunt. Horum quippe iudicium ad eccleſiam ſpectat: quamuis ſententiam non pronunciet quamdiu latent. Vbi vero ſuſpicio aliqua etiam leuis, aduerſus aliquem inſurgit; ſtatim Inquiſitor contra eum procedere incipit. Quæ vero ſunt primo modo occulta, quia nullũ externum actum producunt, quo ſenſibus percipi valeant, ſed in ſola hominis mente conſiſtunt, nec verbo aut ſigno aliquo ad extra prodeũt, ſoli diuino iudicio ſubijciuntur; & de his Eccleſia non iudicat, quia nec ea cognoſcit, nec cognoſcere poteſt, quamdiu in ſola mente & cogitatione latent.

Excõmunicatio ad forũ externum pertinet.

Deciſionem hanc eo tutiorem eſſe cognoſcimus, quo a multis Doctoribus approbatur & præcipue Diui Tho. doctrinæ vndiq; conformior apparet. Ipſe enim in ea parte, quæ prima 2. dicitur. q. 91. ar. 4. in corp. in ratione 3. probans neceſſariam eſſe aliquam legem diuinam, dicit quod de his poteſt homo legẽ facere, de quibus iudicare poteſt.

poteſt. Verum hominis iudicium ad internos motus, qui latent, haudquaquam ſe extendit, ſed ad externos tantum qui apparent. Ex quibus colligit, quod cum lex humana internos actus ſufficiēter cohibere & ordinare non valeat, neceſſarium fuit quod id per legem diuinam abſolueretur. Rurſus in 4. ſen.diſt. 18. q. 2.ar.2.q.1.diſtinguens inter forum conſcientiæ & forum externi iudicij; dicit excommunicationem non ad primum, ſed ad ſecundum forum pertinere. Iterum in ſec. ſec. q. 104. ar. 5. in corp. circa fin. expreſſe dicit, quod in his quæ ad interiorem motum voluntatis pertinent, homo homini obedire non tenetur, ſed Deo tantum. Quæ verba Card. Caiet. ibidem conſiderans, ad iam explicatam doctrinam currit, dicitq́; dictum Diui Tho. intelligendū eſſe de actibus interioribus ſecundum ſe tantū, de quibus dicitur. 1.cor.4. Nolite ante tempus iudicare, &c. non autem de actibus interioribus quatenus exteriorum actuum rationes exiſtunt; quia uti tales, cum actibus externis computantur humano iudicio ſubditis; & ob eam cauſam ſub inhibitionibus eccleſiæ cadunt.

Subſcribunt his omnibus Petrus de Pal. Archiep. Flor. Hoſtien. in c. mulieres. de ſent. exc. a Tabie. citati in dicto ver. excom. 5. His addo Fely. in reſponſ. de conatu punien. circa prin. fallen. 3. vbi dicit, quod conatus non punitur quando non habet actum exteriorē, ſed ſtetit in ſola voluntate etiam cum conſenſu rationis. & adducit l. cogitationis. ff. de pœnis. Albe. de Roſate in 2. par. ſtatutorum. q. 168. incip. Cynus quærit. Salyc. is qui cum telo. C. de ſica. Card. poſt Matthæum in Clem. 1. in princ. in q. 3. de vſuris. vbi dicit quod errans in corde, non tamen procedens ad exteriora, non eſt excommunicatus quo ad eccleſiam, ſed quo ad Deum. & multa allegat. Item in Clemen. 1. de pœnis. q. 3. dicit quod veniens cum animo frangendi oſtium eccleſiæ, & non fregit, quia forte alius ante illum id fregerat, non incidit in canonem incip. fractorem. iuxta c. conqueſti. de ſent. excom. Adducit etiam Bal. in l. non minus. in 7. col. ver. ſexto quæritur. C. de accuſat. & alia quæ tu vide. Sed prætermittendum non eſt quod ibidem Fely. ipſe dicit in caſu 4. vbi in proprijs terminis negotium tangit, ac dicit quod ſola voluntas vel credulitas conſtituit aliquem hæreticum, per c. excommunicamus. §. credentes. de hæret. Sed licet ſit hæreticus; tamen ex quo non conſtat, non habet eū Eccleſia militans pro hæretico. Pro quibus remittit nos ad Bal. in l. ſi quis non dicā rapere. C. de Epiſc. & cler. in col. 1. vbi addit quod Inquiſitori poſſet liquere de voluntate iſta per confeſſionem hæretici, quia aliter cogitatio mentis probari non poſſet. Sequitur etiam hoc idem Io. de Ana. in c. ſi quis epiſcopus. in 3. col. de hæret. & in c. conſuluit. in 3. col. de vſuris. Confirmat quoq́; Carer. in ſuo tract. de hæret. nu. 2. qui allegat eundē Fely. in rubrica de hæret. vbi idē

Conatus abſq; actu exteriori nō punitur a lege, ſed a Deo.

Hæreticum voluntas ſola conſtituit.

virtualiter

virtualiter, quamuis nõ expreſſe, atteſtatur. Franc. Pozin. in tra. de lami. verſ. 6. & 7. Marſ. in l. qui falſam. col. 2. caſu 4. ff. de falſis.

Gloſſæ rationibus copioſe ſatisfacit Alfonſus percitato loco.

Ad gloſſam autem Clem. 1. de hæret. ſuper ver. eo ipſo incurrant. reſpondetur per Syluestr. Tabie. & Card. Caiet. in locis adductis. Decepta quippe eſt gloſſa, quia non diſtinxit inter occultum per ſe & occultum per accidens, nec inter actum internum ſolitarie ſumptum, & actum internum vt externi actus ratio ſeu cauſa eſt. Nam ex praadductis omnia facillime ſoluuntur, vt perſpicacius intuenti clariſſime conſtabit.

Ioãnis Medinæ opinio cum quo ſentiunt alij relati à Ioanne Roja tract. de hæret. par. 1. n. 246. et ſeq.

Nec ab ea ſententia multum diſtat Io. Medina ſuper tit. de pœnitentia. C. de oratione. in rubr. de poteſta. eccleſiæ reſpectu actuum cordis. vbi pro vtraque opinione argumenta & authoritates in medium producit. Verum quia in §. ſeu ver. his tamen non obſtantibus, probare nititur quod contrarium quoq; probabiliter teneri poſſet; & hoc per diuerſa conciliorum dicta perſuadere contendit; ideo aliquid ſuper his breuiter dicendum eſſe putaui. Doctrinæ igitur iam traditæ inhærendo recte illum reſpondere exiſtimarem, qui diceret, Concilia non damnaſſe cogitationem aut ſimplicem credulitatem, ſeu opinionem vel actum prorſus internum, ita vt anathemati ſic cogitantes, credentes, opinantes, tenentes & c. ſubijciantur, etiam ſi nullum externum actum produxerint, ſed talia damnata legimus, quia aut cõmiſſionis aut omiſſionis cauſa exiſtunt, vt iam explicatum eſt. Idq; ſic probo.

Conciliorum inſtitutum.

Nam Concilia ideo canones cõdunt, vt iam cognitos errores confutent. Prius quippe ex verbis & factis ceteriſq; externis ſignis, eccleſia errores ſubortos fuiſſe conſpicit, & lethale vulnus agnoſcit, deinde de conciliorum remedio adhibendo cogitat. Quod ex Apoſtolorum concilio Act. 15. & ex antiqua temporum ſerie adeo notum eſt vt probatione non egeat. Concilium enim Gangrenſe ab ipſo Medina citatum propter falſam Euſtachij doctrinam confutandam coactum eſt. Nicænum contra Arrium. Romanum. 1. contra eũdem Arrium, necnon et contra Calixtum Photinum & Sabellium, & vt Nicænum approbaret, congregatum fuit. Toletanum inſuper primum pariter ibidem citatum, ad multa ſcandala & ſchiſmata tollenda celebratum fuit. Item Bracharen. primum, Priſcillianiſtas damnauit, Conſtãtien. ſchiſma, quod eccleſiam diu vexauerat, abſtulit. & Io. Vuicleff & Io. Vſs damnauit. Tridentinum demum, cui & ego Pij 4. Sum. Pont. iuſſu interfui, Lutheri peſtifera dogmata ac ceterorum recentiorum hæreſes confutauit, damnauit, & eccleſiæ tranquillitatem reſtituit.

Quomodo canonum verba intelligenda ſint.

Cum itaq; conciliorum ſententia cauſæ cognitionẽ, vt iuris ordo expoſtulat, ſupponat, canonum verba iuxta primariam eccleſiæ intentionem accipienda ſunt. Hoc autem didici ex Doctoribus & ex communi eccleſiæ vſu. Nam vt in argumento eiuſdem concilij Gangren. legitur, pleraq; capitula ex cauſa, ex loco, ex tempore, ex

pore ex perſona conſideranda ſunt. Vnde Gregorius ibi poſt Iſidorũ adducitur, qui dicit: Regulæ ſanctorum patrum pro tempore, loco, & perſona, & negotio, inſtante neceſſitate, traditæ ſunt. De quibus habetur diſt. 29. ſciendum eſt. & c. regulæ ſanctorum. diſt. 30. c. illud autem. Similia quoq; habemus ext. de hæret. in c. ad abolendã. in princ. & c. excommuni. 1. in princ. & in §. credentes. In c. quippe ad abolendam. perpetuì anathematis vinculo innodati declarantur non modo praue docentes, ſed et ſentientes. Sed hæc iuxta contextum totius decretalis intelligenda ſunt. Nam ſtatim ſequitur de his qui in hæreſi manifeſte deprehenduntur; & de his qui ſola ſuſpicione notabiles inueniuntur: & ſic ad actus externos tranſit textus ille. Difficile quippe & fere impoſſibile eſt, vt aliquis hæreſim in corde teneat, et nihil ad extra effundat, loquendo ſeu ſcribẽdo, aut legendo, ſeu quidpiam aliud faciendo. Item in c. excommunicamus. credentes excommunicati declarãtur nõ ob ſimplicẽ credulitatẽ, ſed propter actũ externũ quo ſe credentes declararũt, nempe verbo aut facto, vt per Authorem, ſup. c. 3. nu. 2. & Tabie. in ver. excõmunicatio. 5. caſu 4. §. 11. Quod autẽ eccleſia in cõcilijs quãdoq; illo modo loquẽdi vtatur, videlicet ſi quis putauerit, ſi quis crediderit, ſi quis ſapit, & huiuſmodi, id fieri putandũ eſt, quia tales actus internos cũ externis iam antea colligatos agnouit. Nã ex illa credulitate, ex illo ſenſu, & ex illa ſapiẽtia, verba ac facta, & prauæ doctrinæ, quæ ceteros inficiũt oriuntur. Ideo Eccleſia prohibet ea quæ vt plurimũ cum actibus externis cõnectuntur. Adde rurſus id fieri in errorũ odium, quos ſtudioſa mater è filiorũ ſuorũ cordibus adeo euellere conatur, vt nec etiã de his cogitare liceat, propter periculũ cõnexionis vt iam dictũ eſt. Frequẽtior tamẽ eſt cõciliorũ vſus, vt cõdendo canones potius dicatur, ſi quis dixerit, vel ſi quis aſſeruerit, aut ſi quis damnauerit ſiue quid ſimile, quàm ſi quis crediderit, vt ex ipſis concilijs aperte conſtat.

Et ne diſputationem ſubterfugere videamur, ad productos canones ſigillatim reſpondeamus. Primo ex concilio Gangren. canonem ſub his verbis adducit: Si quis oblationes, quæ in Eccleſia fiunt, ſpernendas eſſe crediderit, &c. & nihilominus iſta verba in ipſo concilio nõ inueniuntur. Nullibi enim in dicto concilio de oblationibus agitur, niſi in c. 7. et in c. 20. vbi verbũ illud, crediderit, nõ habetur. Si quis, inquit, cap. 7. oblationes eccleſiæ extra eccleſiã accipere vel dare voluerit, &c. & in cap. 20. legitur: Si quis ſuperbiæ vſus affectu, cõuentus abominatur, qui ad confeſſiones martyrum celebrantur, & miniſteria quæ in eis fiunt ſimul cum eorum memorijs execratur, anathema ſit. Sed Gratianus diſt. 30. c. ſi quis per. aliter dictũ canonem retulit, & D. Medina Gratianum & non concilium in hoc ſecutus eſt, ſicuti etiã fecit in alio canone ſumpto ex eadẽ diſt. 30. ſi quis eorum. vbi verbum illud, putauerit, à Gratiano appoſitum,

Obiectionibus Medinæ occurretur.

Obſeruãdæ canonum inuerſiones.

in d. cõcilio minime reperitur, vt patet ibidẽ c.19. Rurſus canon ille, ſi quis nuptias. diſt.30. aliter habetur diſ.31. c. ſi quis vituperat nuptias. Itẽ in canone illo, ſi quis carnẽ. in dicto cõcilio c.2. poſito, nõ habetur verbũ, crediderit. Sed loco eius habetur, condemnat, quamuis Gratianus id abſtulerit, & loco illius, crediderit, ſubſtituerit, eadem diſt.30. Ex his æquus cenſor diiudicet, quæ nam fides præmiſſis allegationibus adhibenda ſit.

Quæ vero ex concilio Romano adducit, parum ſubſiſtere videntur, cum, vt Archiep. Toletanus in ſumma conciliorum atteſtatur, & etiam ex tom. 1. conciliorum patet, in exemplaribus illius ſynodi intolerabilis deprauatio deprehendatur. Immo verba illa per Medinam citata, in d. concilio non habentur. Ex concilio inſuper Toletano 1. producta, per diſtinctionem iam ſupra poſitam, adaptantur. Damnatur enim ibi credulitas quatenus verbis connexa eſt, ideo non dicitur ſi quis crediderit, ſed ſi quis dixerit vel crediderit. Deinde in fine quaſi generalem ſeu communem omnium præmiſſorũ canonum intentionem habemus, nihilq́; de credulitate legimus. Si quis, inquit, in errore Priſcilliani ſectam ſequitur, vel profitetur, vt aliud in ſalubri baptiſmo contra Sedem S. Petri faciat, anathema ſit. Ecce quod concilium credulitatem damnat, quatenus concernit ſequelam aut ſectam & errorem Priſcilliani: hoc autẽ non ſine actu externo fieri poteſt, vt ex verbo, faciat, in dicto canone poſito, aperte conuincitur. Et per hæc ſoluuntur etiam adducta ex concilio Bracharen. 1. can.8. in quo Priſcilliani ſecta ſimiliter damnatur.

Hoc eſt generale ĩ omnibus legibus prohibitiuis, vt dãnẽt opera mala iã facta, vel prohibeant facienda, quatenus cũ actibus exterioribus coniũctæ ſunt.

Nihil etiã obſtant quæ ex Cõſtãtien. cõcilio in mediũ producũtur; quia interrogationes illæ de credulitate, quæ per Inquiſitores fieri præcipiũtur, ſupponũt ſuſpicionẽ iam præceſſiſſe, quæ ex actibus externis ortum habuerat aut ex ipſa errorũ aſſertione eũ, qui interrogari debet, cõuictũ fuiſſe, vt ex ipſa cõcilij lectione perſpicuũ eſt. Nã ibi ſtatuitur vt quicunq́; de erroribus Ioãnis Vuicleff aut Ioannis Vſſ ſuſpectus, ſeu ĩ eorũ aſſertione deprehẽſus fuerit iuxta modũ illũ interrogetur. Ex quibus patet quod cõcilij intẽtio nunquã fuit, vt ſuper ſimplici & nuda credulitate in ſolo corde exiſtẽte, eccleſiæ iudiciũ feratur.

Concilium Baſilien. poſt diſſolutionem, fuit ſynagoga Satanæ.

Ad conciliũ Baſilien. nõ opus eſt vt reſpõdeamus, cũ nõ fuerit conciliũ, ſed ſynagoga Satanæ, præſertim poſt diſſolutionẽ & reuocationẽ per Eugeniũ verũ & legitimũ Rom. Pont. factã. Nã in 34. ſeſſione deponitur ipſe Eugenius, ex quo actu conciliũ illud ſeſe ſchiſmaticũ declarauit: & Medina noſter allegat ſeſſionẽ 38. immo ipſamet verba propria prohibentia ne libellũ contra ipſum cõciliũ per Eugeniũ quartũ factũ, publicare ſeu defendere quis præſumat, ſeu eidem quouiſmodo aſſentire, credere aut fauere, etc. Quod valde ſcãdaloſũ eſt. Plerũq; enim miratus ſum quod Hiſpani fidei zelatores, hæreticorũ hoſtes, ac Eccleſiæ Romanæ filij, conciliũ illud ſchiſmaticũ non

Hic lapſus non modo Hiſpanis, ſed multis quoſ

modo

modo nõ anathematizauerint, ſed voce & ſcriptis probareuint. Negare nemo poteſt, hac in Rom. Eccleſiæ iniuriã, Sũmiq; Pont. capitis eius cõtẽptũ fieri, dici, aut aſſirmari. Cõſtat enim Pium V. Põt. Max. quẽ cœleſtis Pater, qui Eccleſiæ ſuæ illum præeſſe voluit, diu nobis incolumẽ ſeruet, ex vera & legitima Eugenij ſucceſſione eſſe, cui Eugenio Nicolaus V. viuente adhuc antipapa Amadeo ſuffectus eſt. Hãc Pontificũ ſeriem, ad hæc vſq; tẽpora protractã, vniuerſalis eccleſia comprobauit, & cõprobat. Quibus non obſtãtibus, aliqui adhuc concilium illud, veluti catholicum & integrum paſſim allegãt, & conſequenter controuerſiam illam adhuc viuam conſeruant.

que alijs contingit neſciẽtibus, aut potius non aduertentibus in qua ſeſsione cœperit errare concilium.

Ad aliam ſequentem obiectionẽ dicitur quod falſum ſupponit. Nã ſupponit aliquẽ de hæreſi notatũ aut ex ſuſpicione accuſatum, & ſupponit talem nec dictis nec factis vnquã hæreticaſſe. Si nec factis commiſſis aut omiſſis, nec dictis vnquam hæreticauit, quomodo veluti ſuſpectus ad iudicium trahitur? Vnde obſecro ſuſpicio illa orta eſt? Dicendum igitur eſt, quod Eccleſia ipſum puniet, non vti hæreticum pure mentalem, ſed vti hæreticum, cuius errores aliqua ex parte innotuerunt, adeo vt iudex in rationabilẽ ſuſpicionẽ veniẽs, ipſum de fide iuxta indicia habita interrogauerit, & per confeſſionẽ propriã conuictum poſtea damnauerit. Reliqua per iam declarata ſoluuntur. Exiſtimo tamen Doctorẽ Medinã talia nobis in eo libro diſputationis gratia exhibuiſſe, vt ipſemet fateri videtur. Nolo enim eius excellentiæ & integritati detrahere, quẽ virũ optimũ eſſe puto. Scio præterea in his quæ ad cõcilia attinent, maximã reperiri in exemplaribus varietatem. Scio demum concluſionem quam antea propoſuimus, in ſuo robore adhuc perſiſtere, vt vnicuiq; bene ſentienti facile patebit.

b Manualiter tradat. *Adde Doctores in d.c. nouimus. & Direct. in 3. par. q. 101. vbi etiam docet quomodo abſens relapſus, qui haberi non poteſt, quamuis cõgruo tempore expectatus ſit, curiæ ſeculari tradi debeat, nempe ipſa curia præſente, ſententialiter declarãdo ipſum hæreticum impœnitentem ſeu relapſum eſſe, expellendo eum de foro eccleſiaſtico & relinquendo eum brachio ſeculari. Quod etiam fieri poteſt tradendo ipſius abſentis ſtatuam, prout Romæ, & vbiq; hodie ſeruatur. Obſerua vlterius, quod cum talis effectus ſit de foro ſeculari; quandocunq; ipſa ſecularis curia poterit illum habere, exercebit in eum pro qualitate facinoris vltionem, vt in c. ad abolendam. §. præſenti. de hæret. & per Direct. in d. q. 101.*

Hæc adnotatiuncula multa cõtinet nõ plene diſcuſſa, quæ tamẽ diligẽtiori indigẽt examinatione, vt per Pegñam. lib. 3. adnot. in Direct. Schol. 69. & 70.

c Supplicans. *Recurre ad ea quæ ſupra diximus in additione ad c. 5. ſuper ver. fundit pro eis preces, et ad Direct. in 3. par. q. 102. & in 10. modo terminandi proceſ. in fi. ſent. tradendi pertinacem non relapſum. & in mo. 11. in fine ſent. tradendi impœnitentem relapſum. & in modo 12. in fine ſent. contra conuictum in negatiua perſiſtentem. Vide etiam glo. in c. nouimus. de ver. ſig. in ver. intercedere.*

Ioannes Rojas ſingul. 175. apud Direct. lib. 2. Schol. 17.

Secularis iudex eccleſiaſtici ſententiā exequi debet.

Vide ſup. pag. 36. & ſeq.

Eccleſiaſticus non intromittit amplius, ſed ſecularis, &c. *Adde & iunge iam ſupradicta in additio. ad cap. 8. ſuper ver. crimen eccleſiaſticum. pag. 36. 37. & ſeq. & Adde Panor. in c. ad abolendā. nu. 7. & in c. excommunicamus 2. nu. 1. ibi, nota ſecundo. eo tit. & Fely. in d. c. ad abolendam. nu. 4. ibi, extra gloſ. quæro. vbi adducit Imol. & Abba. ibidē Ang. in l. diuus. ff. de cuſto. reo. Pet. de Ancha. in c. at ſi clerici. in princ. de re iud. Bal. in authen. clericus. C. de epiſ. & cler. Ang. in l. magiſtratibus. ff. de iuriſd. om. iud. & Abba. in c. fi. de ſtatu mo. vbi allegat caſum in c. vt Inquiſitionis. §. prohibemus. eod. tit. lib. 6. Ad tex. vero in authen. de ſanct. epiſ. in §. ſi vero crimen. dicunt quod non procedit in criminibus mere eccleſiaſticis; ſed in criminibus mixtis, vt in ſacrilegio & alijs, de quibus in c. cum ſit. de foro comp.*

Cautela hæc nō eſt neceſſaria poſtquā clariſſime conſtat de perſona damnata.

Addit nihilominus ibidem Fely. quod iudex ſecularis poterit ad cautelam facere, vt ille per inquiſitorem condemnatus, ſe illum eſſe fateatur de quo in ſententia per eccleſiaſticum iudicem lata, vt de bannito capto docet Bar. in l. demonſtratio. in pe. col. ff. de condi. & demon. & in l. inter ſtipulantem. §. ſi ſtichim. ff. de ver. obli. & Bal. in c. 1. de feu. ſine culp. non amit. & Ang. & Imo. in l. nominatim. ff. de hæred. inſt.

Immo reuera incideret, quia non puniret ſecundum legitimas et canonicas ſanctiones.

Poſtremo addit ipſe Fely. quod ſi Iudex laicus pœnam mortis in aliam corporalem commutare vellet, in pœnas forte incideret, de quibus ibi in c. ad abolendam. & in d. §. prohibemus. ſcilicet non exequentium ſententias, quia imperfecte exequeretur, cum illi debeatur pœna mortis de iure diuino. 24. q. 5. ſi mulieris. & q. 8. c. legi. & ex leg. ciuili. l. manichæos. C. de hæret. & omnes ibidem notant, ut etiam hic habes ab Authore. nu. 8. Et dicit vlterius quod ſi Inquiſitor viſitaret ac eum pœna mortis puniret; non credit illum irregularem ob id fieri; quia iure officij non prohibetur hoc alteri præciſe mandare ſi per hoc non poteſt, per tex. in c. 3. ne cler. vel mon. Hoc dicit Fely. ſe non inueniſſe ab aliquo tactum, ideo ſuper eo cogitandum eſſe: quare & tu cogita & quære, an id iuri conſonum exiſtat. Nec obſtant adducta per Hip. de Marſil. in ſingul. 367. incip. nemo prudens. quia illa procedunt in materia iuramenti; nec in caſu noſtro concludunt. Vide tamen Fely. in c. 2. de ſponſal. nu. 31. limit. 5.

An, & quando Inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere. Cap. XIX.

SVMMARIVM.

1 *Dānato hæretico nō poteſt imponi certa pœna pecuniaria, cū uniuerſa eius bona ſint confiſcata, nec poſſint pœnæ illius mitigari.*

2 *Suſpecto ſeu redeūti, poteſt Inquiſitor imponere pœnā pecuniariā.*

3 Et

3 *Et præſertim quãdo talis pœna magis timetur, & magis diſplicet.*
4 *Hanc facultatem habet Inquiſitor ab extrauaganti Innoc. IIII.*
5 *An tales pœnæ poſſint imponi clericis.*

CIRCA impoſitionem pœnæ pecuniariæ eſt dicẽ
1 dum† quod ſi Inquiſitor damnat aliquem tan-
quam hæreticum; non poteſt eum damnare in
certa pecuniæ quantitate, duplici ratione. Pri-
ma, quia ex quo damnat eum tanquam hæreti-
cum, omnia bona ſunt illi auferenda. Vnde ex
quo ei aufert totum, fruſtra quæretur de auferendo ſibi partẽ,
vel aliquid extra illud. Secunda, quia ex quo damnat eum de
hæreſi, & tanquam hæreticum, non poteſt mitigare pœnas,
commutando eas in pecuniam: quia contra hæreticos pœnæ
ſunt determinatę à iure; & ſunt certæ. Vnde non eſt in poteſta-
te Iudicis, ſeu Inquiſitoris ipſas conuertere, ſeu commutare in
pecuniam. Nam facti quidem quæſtio eſt in poteſtate Iudicis:
ſed pœnæ impoſitio eſt in poteſtate legis, ſeu iuris, vt ff. de ver.
ſigni. l. aliud. 2. §. 1. & l. ſi qua pœna. & melius ff. ad Turpil. l. 1.
§. 1. ver. nam vt Papinianus. Et ſic hoc caſu non poterit com-
mutare pœnam à iure determinatam in pecuniam per iura
prædicta: & maxime quia Inquiſitor eſt delegatus, vt ext. eod.
c. per hoc. lib. 6. Et immutatio pœnæ à iure ſtatutæ non poteſt
fieri per delegatum; ſed demum per delegantem, ideſt Papam,
qui poteſt ſuper ipſo crimine diſpenſare, vt ext. de pœnis. c. 2.
2 & ibi not. Si vero † Inquiſitor non condẽnat tanquã hæreticũ;
ſed vult inobedientẽ punire, vel ſuſpectũ, ſeu redeũtem corri-
a gere & purgare; tunc poterit indicere mulctã pecuniariã:[a] ſi-
cut & poſſet pro ſuo motu alias pœnas iniungere, vt infra in ſe
quentibus patet: cum in his caſibus pœna nõ inueniatur à iure
determinata: immo relinquitur talis purgatio arbitrio Inquiſi
toris, vt ext. de hæreticis. c. ad abolendam. §. præſenti. & c. ex-
communicamus. 1. §. 1. & §. addiicimus. & de pur. can. c. inter
ſollicitudines. Cum igitur relinquatur arbitrio Iudicis, ſeu In-
quiſitoris iſta purgatio; certe pro ſuo motu imponet pœnam
pecuniariam, vel aliam, vt ext. de offi. deleg. c. de cauſis. & ad
hoc ff. de effractoribus. l. 1. §. expilatores. Et poteſt hoc caſu in-
telligi ext. eod. tit. c. 2. circa prin. ver. Inquiſiroribus. in compi-
latione Clementis. ibi. vbi dicit, quibuſuis modis, & c. ergo à

De materia huius capitis, an, quando, & quibus poſſit inquiſitor pœnã pecuniariam indicere, plene tractat Pegña lib. 3. adnot. in Director. Shol. 147.

Quibus poſſit Inquiſitor. imponere pœnam pecuniariã. ad[a] de Simancam catho. inſti. ti. 46. nu. 76.

contrario ſenſu, modis licitis, ſicut ſupra præmittitur, poſſunt pœnas pecuniarias exigere: & ita tenet ibi glo. Caueat tamen, ne volens imponere pecuniariam pœnam, auferat ſibi omnia bona: quia hoc non licet, vt dicetur infra de confiſcatione bonorum: & fuit dictum ſupra c. proximo. ver. & aduertendum. circa medium. Hanc † autem pœnam pecuniariam nó imponet Epiſcopus, vel Inquiſitor ita improuide: ſed tunc demum, quando videt quod talis pœna magis timetur; & etiam magis dolet, quàm aliæ pœnæ pœnitentiales, vt puta, quia purgandus eſt diues, & cupidus; & dolet cordialiter de pecunia ſoluenda. Nam tunc merito imponet ſibi pecuniariam pœná, vt ext. vt lite non conteſtata. quoniam frequenter. infin. 23. q. 4. ea vindicta. & eadem cauſa. q. 5. prodeſt. Item ſi propter cupiditatem, & auaritiam ſuam diutius eſt fœneratus; poſtea reddit ſe ſuſpectum; dicendo, quod facere vſuram non eſſet peccatum; punietur in perditione pecuniæ; cum deliquerit, in ipſa acquirenda: vt ſic puniatur in eo; in quo deliquit, vt ext. de iurepatro. c. paſtoralis. cum ſimilibus. Et hac eadem ratione, ſi purgandus expendit certam quátitatem in ſuſtentationem, & alimoniam hæreticorum; poterit puniri, vt tantundem conferat in opera pietatis. Et hæc † poteſtas imponendæ pœnæ pecuniarię eſt attributa Inquiſitoribus in quadam Extrauaganti Innoc. Papæ, quæ incipit: Super extirpatione. vbi expreſſe dicitur, quod poſſunt pœnas pecuniarias imponere: & eas poſſunt expendere in ſuſtentationem ſui officii Inquiſitionis, & in fauorem fidei. Quamuis hodie in eorum priuilegiis, & ex conſuetudine ſit inductum; quod iſti tenentur certam partẽ iſtarum pœnarum cameræ Romanæ Eccleſiæ reſignare. Sed quæro † nunquid iſtæ pœnæ pecuniariæ poſſint imponi clericis. Dic, quod ſi ipſi non habent proprium patrimonium; non poſſunt eis imponi: quia non debẽt diminui bona Eccleſiarũ, vt ext. de hæreticis. c. 2. ver. nec ſcienter. in compil. Clementis. Nam delictum perſonæ non debet in damnum Eccleſiæ redũdare, vt ext. de regulis iuris. c. delictum. lib. 6. Si vero habent proprium; tunc poterit imponi ſicut aliis: quia ratio prædicta prohibens ceſſat omnino.

Bona omnia in his pœnis arbitrariis auferre non licet.

Pœna pecuniaria imponitur quando magis timetur.

3

Vide conſilium D. Marſ. Mãt. & D. Dyni in reſp. ad q. 6. nu. 11. & ſeq.

4

Hanc habes in bullario apud Director. pag. 134. ſed ibi Alexan. 4. eſt, quamuis & Innocentii eſſe potuerit, cũ ſæpe id cõtingat.

5

De hac quæſtione vide Bernardinum Diaz in prac. crimi. ca. 134. et Pegñã lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 147. & 154. vbi pleniſſime.

ADDITIO

ADDITIO.

a Poterit indicere mulctam pecuniariam. *Adde Gondiſ. in ſæpedicto tract. q. 8. nu. 6. Carer. in eo tract. nu. 79. Tab. in ver. Inquiſitor. §. fin. & ante eos Direct. in 3. par. q. 103. vbi quæſtionem in proprijs terminis tractans, conſtanter affirmat Inquiſitorem pœnas pecuniarias imponere poſſe, pro officij executione applicandas, vel in alios pios vſus conuertendas, quemadmodum etiam poteſt imponere peregrinationes, orationes, abſtinentias, & huiusmodi. Nec id eſſe dicit contra c. nolentes. in Clement. eo tit. vbi fertur excommunicationis ſententia contra Inquiſitores & Commiſſarios prætextu officij modis illicitis pecuniam extorquentes. Immo Io. And. ibidem ſuper ver. illicitis. dicit quod pœnas pecuniarias officio applicandas nō prohibentur imponere & exigere: ſed illicitas exactiones facere, & allegat ff. de offic. præſ. l. illicitas. in pri. de ſimo. c. in tantū. & c. audiuimus. & c. ſeq. Adducit præterea Direct. Paulū ſuper eodē verbo ita dicentem: illicitas, ergo licitas concedit. Et Zenzellinū dicentē: illicitis, ergo modos licitos non excludit, de quibus ſup. de offic. ord. c. dilectus. de pœnis. c. licet. quas gloſſas hic tangit D. Author, concluſionem prædictam confirmans per illam extrauag. Innoc. ſuper extirpatione. In hac enim datur facultas imponendi, exigendi, & expendendi pro ſuſtentatione officij Inquiſitionis & miniſtrorum in fauorem fidei. Quam extrauag. Matthæus non vidit; ideo aliter ſentire videtur, vt patet ex adductis per Lucer. in ver. pœnam pecun. §. 1. & ſeq. & per Gondiſ. vbi ſup. Nam Doctores ob particulariū extrauag. ignorantiam, Inquiſitores & alios miniſtros plerunq; dānant. Et quod hæc pœna pecuniaria poſſit per Inquiſitores imponi, tenet etiam Boſ. tit. de hæret. nu. 36. quāuis confuſe loquatur, quia non diſtinguit inter hæreticos qui ob hæreſim damnantur, & inter redeuntes & pœnitentes. Nam de primis id non intelligitur, ſed de ſecundis, quia nunc de pœnitentialibus pœnis tractamus, quæ pœnitentibus imponuntur.*

De pæna pecuniaria.

Idem confirmatur per Repertorium Inquiſitionis impreſſum Valentiæ anno 1494. in ver. pœnitentia pecuniaria. & in verſ. ſententia. ibi; vel ſi velit imponere pœnitentiā pecuniariā. et in §. ſeq. incip. item circa for. ſent. ad eandem. quem in pecunia. & etiā ſupra in §. item indictio ſeu impoſitio pœnæ pecuniariæ. Vide etiam in eodem Reperto. in ver. extorquere. & adde Iacob. Septim. in ſuis inſtitutionibus cathol. c. 46. de pœnitentibus & conuer. §. 15. & Sum. Tabie. in ver. hæret. §. 22. vbi ponuntur verba formalia Authoris noſtri ſumpta ex hoc cap. 19.

Sed huic malo nuper medicina facta eſt, cū omnes fere extrauagantes ad ſacrū inquiſitionis officium ſpectantes cum Directorio fuerint editæ.

Iudicem inſuper eccleſiaſticum poſſe pœnas pecuniarias imponere, Pœna pecuniaria.

ria quomodo p Iudicem eccleſiaſticum impo ni poſſit.

tenet gloſſa in d. c. licet. de pœnis. in ver. pœnam pecuniariam. Roma. in ſingul. 448. qui allegat d. c. 2. de pœnis. & c. 2. de delic. pue. & Io. An. in c. pro humani. de homic. lib. 6. in nouel. Ad ipſam autem gloſſam dicit Panorm. quotidie remiſſionem fieri. Nam triplicẽ caſum conſiderat, quia quandoq́ pœna pecuniaria à iure imponitur, & tunc quilibet iudex de ipſo crimine cognoſcens, pecuniariam imponere poteſt. Nonnunquam imponitur alia certa pœna, nempe depoſitionis aut priuationis, vel quid ſimile, & tunc pecuniariam imponere non poteſt, niſi iudex poteſtatem habeat diſpenſandi. Aliquando nulla eſt pœna certa à iure præſcripta, & in hoc caſu dicit gloſ. quod iudex pro ſuo arbitrio pecuniariā imponere poteſt. Addit præterea Abbas ad ſecundum ſectionis membrum, quod iudex eccleſiaſticus poteſt imponere pecuniariam mulctādo, ſi illa magis timetur, vt etiam hic dicit D. Author. arg. in c. de cauſis. de offic. del. & in l. vnica. ff. ſi quis ius dice. non obt. & not. Io. An. poſt Hoſt. in c. 1. de homicid. lib. 6. Si vero iudex eccleſiaſticus vult pecuniariā impo nere diffiniendo, quia ſtatutum vel conſuetudo loci diſponit, vt pro quolibet delicto pœna pecuniaria imponatur; tunc dicit Abbas id nō valere, quia inde ſurgit diſſolutio; nullam enim delinquēs pertimeſcit culpam, quam nūmis redimere ſperat, vt dicit tex. in c. pauper. 11. q. 3. & hoc tenuerunt Io. An. & Hoſt. in c. fin. de conſtitutio. & in c. 2. de delic. puer. Quod ſi ſtatutum ſeu loci conſuetudo ſubeſt, vt vltra pœnam iuris imponatur etiam pœna pecuniaria, tunc dicit valere, dūmodo ex radice cupiditatis non procedat. Poteſt, inquit Abbas, Epiſcopus adiuuando canonem, imponere nouam pœnam, vt in c. 2. de elec. & Io. An. in c. fin. de offic. archipresbyt. Si autem nullo exiſtente ſtatuto, nullaq́ ad id inducente cōſuetudine, prælatus vult extra iudicium pro delicto pecuniam exigere, id minime licere ex eo conſtat, quod certi modi procedendi contra delinquentem à iure ſtatuti ſunt. Et hoc putat Panor. eſſe caſum illorum Archidiaconorum de quibus in d. c. licet. de pœnis. quia extra iudicium abſq́ cauſæ cognitione, pro delicto commiſſo pecuniam exigebant, qua recepta, criminoſos in ſuis delictis poſtea ſuſtinebāt; quod omni ex parte iniquū eſt. At ſi iudicialiter iudex procedit, & certa pœna à iure impoſita non eſt, pecuniariam proculdubio imponere poteſt.

Addit rurſus quod etiam exiſtente certa pœna à iure ſtatuta, ſi cum cauſæ cognitione, iudices illam temperare volunt pronunciādo, poſſunt per iura ſuperius allegata. Id quippe conceſſum videtur cuicunq́ iudici de crimine cognoſcenti, vt ex cauſa pœnā tēperare poſſit dum pronūciat, vt 2. q. 3. §. notandū. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infa. & in l. hodie. ff. de pœnis. ſed poſtquam pronūciauit hoc nō poſſet, vt in d. §. notandū. & in l. 1. ff. ad Turpil. niſi poſſet diſpēſare ſuper dicto crimine, vt in c. at ſi clerici. in §. de

adul.

adul. de iud. Verũ in hoc hæreſis crimine Inquiſitores, etiã poſt pronũciationẽ, pœnas impoſitas mitigare & mutare poſſunt, per c. vt cõmiſſi. §. necnon. de hæret. in 6. vt etiam probat D. Author infra in c. 21. Laudabilis tamen conſuetudo eſt, vt ad cautelem, ne ſcrupulus ſuper dicta commutatione aliqua ex parte oriatur, in ſententia Inquiſitores facultatem mitigandi & commutandi ſeu remittendi pœnas impoſitas ſibi expreſſe reſeruent, vt habetur ex Direct. 3. par. in forma ſententiandi eum qui abiurauit vt deprehenſus in hæreſi propria confeſſione, in fin. de qua etiam dicam in d. c. 21.

Perſpicua itaq; ex his omnibus cõcluſio deducitur, quod cum redeuntium pœnæ à iure determinatæ non ſunt, ſed iudicis arbitrio relinquantur, per iura ab Authore noſtro hic producta, & facultatem Inquiſitores habeant mutandi pœnam, vt dictum eſt: poſſunt Inquiſitores ipſi redeuntibus aut ſuſpectis, ſiue inobedientibus pœnas pecuniarias imponere. Idq; exerceri poteſt contra laicos, vt probat Panorm. in d. c. licet. de pœnis. nu. 8. per tex. in c. ſtatuimus. 16. q. 1. & 17. q. 4. c. quisquis. & contra clericos, ſi proprium habent, vt notat Author in fine huius capituli.

Cui vero hæc pœna applicari debeat, ex ipſa extrauag. ſuper extirpatione. iam patet, nempe officio prædicto pro ſuſtentatione Inquiſitorum & miniſtrorum, & pro expenſis pauperum incarceratorum, qui non habent vnde alantur. Faciũt ad hæc adducta per Fely. in c. irrefragabili. §. ceterum. nu. 4. de offic. ord. qui dicit communem eſſe Doctorum opinionem in c. 2. de maledi. quod pœna pecuniaria impoſita per iudicem eccleſiaſticum, non ſeculari ſed eccleſiaſtico applicãda eſt, & confirmat per Hoſt. Domin. Cardinal. & alios quos ibi vide. Notat etiam ibidem quod ex c. cum ſecundum. de hæret. in 6. non poteſt deduci, quod nunquam in crimine hæreſis pœna pecuniaria ſit eccleſiaſtici, cum confiſcatio fiat contra quemlibet hæreticum: ſed dicit hoc declarari per Card. in clem. 2. §. 1. de hæret. qui adducit Matthæum dicentem, quod nonnunquam hæreticus eſt culpoſus, vt ſuis vtar terminis, & non purus hæreticus, vt quia per irã vel blaſphemiam errauit; & tunc, inquit, punitur pecuniariter, & pœna non eſt iudicis ſecularis. His cõcordare dicit Hoſt. But. Card. & Ana. de ſimo. c. ad aures. & Roma. in ſingul. 349. incip. ſtatutum epiſcopi. quem etiam vide in ſingul. 532. incip. fui interrogatus ab vno epiſcopo. Concordat etiam late Io. And. in d. c. irrefragabili. ſuper ver. pecuniæ. & But. in c. dilectus. de offic. ord.

Pœna pecuniaria officio applicari poteſt.

Addit deniq; ipſe Fely. ibidẽ quod cum eſſet Romæ tempore Xiſti, vidit in Bipliotheca Papæ in libro de Inquiſitoribus hæreſis. multas extrauagantes, in quibus derogatur diſpoſitioni d. c. cum ſecundum. Quæ omnia reduxit Fran. Pauinus Auditor Rotæ in conſ. ſuo incip. vt veritas eluceſcat ſuper hoc articulo. quem librum idem Fely. allegat

legat etiam in c.cum nobis.de præſcriptionibus.nu.12.ver.ceterum. dum dicit Ab.De arbitrio præterea iudicis in cõmutandis pœnis,vide etiam Pari.de Put.de ſyndica.in ver.pœna.§.licet dicatur.nu.5. & in §.quia multa.fere per totum.& præcipue nu.7.& ſeq.& in §. an ſi ſtatutum.per totum.& Paul.Ghirl.in tract. de relaxat. carceratorum.cap.6.vbi multa dicit quæ pulchre faciunt ad propoſitum. Vide etiam Ang.de malefic.in gloſ.quas ſi non ſoluerit. verſ.quid ſi. nu.6.& ſeq.& Aug.Arim.ibidem Vitali.in rubr.de pœnis condemnationis.nu.12.& ſeq.Boer.in deciſio.349.nu.3.Ioachim. Myſing. cent.2.obſeruat.30.nu.2.Et an ordinarius & delegatus poſſint pecuniariam imponere,vide per eundem Vitali.vbi ſup.nu.15.

Arbitrium cõmutãdi pœnas.

De expenſis uel ſalario Inquiſitorum.

Conſequenter nunc peti poteſt,an Inquiſitor expenſas ab his, contra quos procedit,exigere valeat, & eos in expenſis per ſententiam condemnare.Huic petitione ſatisfacit Direct.3.par.q.104. vbi affirmatiue reſpondet,adducens Raimũdum in ſumma,par.2. de iudicibus.dicentem,quod iudex delegatus poteſt expenſas moderatas petere,ſi beneficium ſufficiens non habet.Quod Abbas confirmat in c.cũ ab omni. de vita & hon.cleric.nu.11.vbi expreſſe fatetur,quod delegatus non habens beneficium ſufficiens vnde viuat,expenſas aut ſalarium petere poteſt.Idq; confirmat per tex.illius c.in ver. nõ obſtãte.à contrario ſumptum,& ſoluit rationes Ancharani & aliorum oppoſitum tenentium, vt ibi videre poteris. Quibus adde eundem Abb.in c.finem.nu.24.& in c.cum dilecti.nu.17.ext.de dolo & cõtuma.vbi tenet quod ĩ cauſa criminali ſiue procedatur per viã accuſationis,aut per viã inquiſitionis vel denunciationis, cõdemnatio in expẽſis locũ habet.His fauet Specul.lib.1.partic.4.tit.de ſalarijs.nu. 5.dicẽs,quod iudex qui nõ recipit ſalariũ à publico,poteſt ſumptus accipere.per l.plebiſcito.ff.de offic.præſid. dicitq; nu.9.& nu.13.valere conſuetudinem,quæ ſecundum locorum varietatem diuerſa eſt.

Quomodo ius canonicũ ſportulas non reprobat.

Cui ſententiæ Roma.aduerſatur in ſingul.183.incip.tu ſcis.dicẽs, quod ius canonicum ſportulas reprobauit per d.c.cum ab omni. & Io.And. in clem.ſtatutum. de elect.Sed D.Nicol. Pignol.in additionibus ad ipſum Roma.in d. ſingul. 183. plura adducit pro opinione Specul.quæ tu vide. Et adde Corſet. in ſingul. in ver. ſportulæ. vbi dicit,quod ſi iudex ſiue ordinarius,ſiue delegatus, non habet beneficium ſufficiens,nec redditus ſibi ſufficientes,eo caſu ius canonicũ non reprobauit ſportulas,per d. c. cũ ab omni.per arg. à cõtrario ſenſu,quod eſt validũ in iure.c.cũ apoſtolica.de his quæ fiunt à prælat.ſi con.ca.& in l.1.§.huius rei.ff.de offi. eius cui mãd.eſt iuriſdic.Idq; etiam probat,quia ceſſante ratione legis,ceſſat diſpoſitio legis.arg.c. cum ceſſante.de appellat.& l.adigere.§.quãuis.ff.de iurepatr.§.his omnibus.61.diſt.cũ ſi.Cũ itaq; in caſu ꝓpoſito ceſſet prohibitio d.c. cũ ab omni.ex quo nõ habet redditus ſufficiẽtes,poterit cõſequi ſportu-

las

lus etiã de iure canonico, & valebit cõſuetudo hoc modo cõſiderata.

Nunc ex his ita præmiſſis colligi poteſt, Inquiſitorẽ non modo expenſas, verũ etiã ſalariũ ſeu ſportulas accipere poſſe; tum quia delegatus eſt, vt iam millies oſtenſum eſt; tum quia nõ habet vnde officij onera perferre valeat. Quod vt clarius intueamur, ad Inquiſitorũ Italiæ conditionẽ deſcendamus. Nam ipſi ex regularibus mendicãtibus aſſumũtur, qui à ſuis monaſterijs vix habẽt vnde ſobrie alantur, & pauperrime induãtur. Quẽ victũ & indumẽta & reliqua neceſſaria, nõ à monaſterijs, ſed ab ipſo officio cui ſeruiũt habere deberẽt. Ipſi quippe Inquiſitores adeo officij negotijs dediti sũt, vt religioni ſeu monaſterio inſeruire nequeãt; vnde in hoc religio ipſa damnificatur, quod æquũ nõ eſt, vt in ſimili habemus ext. de fideiuſſor. c. peruenit. et de renũciatio. c. ſane. Nec beneficiũ de ſuo quis facere tenetur. c. precarie. 10. q. 2. nec proprijs ſtipẽdijs quiſpiã militare cogitur, vt habetur de præſcriptionibus. c. cum ex officij. 28. q. 1. iam nũc. & glo. in d. c. cum ab omni. de ui. & hon. cle. in ver. præter expẽſas. & 1. Cor. 9. Quis militat ſuis ſtipẽdijs vnquã? Quis plantat vineã & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregem; & de lacte gregis non manducat? Nam qui in ſacrario operantur; quæ de ſacrario ſunt, edunt. Et qui altario deſeruiunt; cum altario participant. Ita, inquit Paulus, Dominus ordinauit his qui euangeliũ annunciant, de euangelio viuere. Dignus eſt enim operarius mercede ſua. Mat. 10. & Luc. 10. Adde quod religio & monaſteria ipſa propter dictum officiũ plurimum etiam damnificantur, quia religioſi odio habentur, & multis eleemoſynis ob eam cauſam priuantur; & multa etiam vitæ pericula incurrunt. Nec eſt dicendum quod Sum. Pont. inſtituẽdo Inquiſitores, aut alios iudices delegando, cuiquam præiudicium intendat inferre, vt patet in c. licet. de offic. ord. & in c. cum inferior. de maior. & ob. §. fin. & de auth. & vſu pallij. c. ex tuarũ. Quod ſi dicitur hæreticorũ bona confiſcata ipſorum Inquiſitorum ſuſtentationi deputata eſſe, reſpondetur, id per quam raro euenire, cum redeuntibus bona cõdonentur, & pauci inueniantur qui pertinaces, aut relapſi exiſtant: & vt plurimum ſunt adeo pauperes, vt nec expenſas notariorum dare, nec ſeipſos, dum in carceribus detinentur, alere valeant.

Hæc Camilli *ſententia audienda non eſt, in hoc integerrimo tribunali itaq; et cum e cle indicantiũ vſus exploſit, et ſacri huius officij honeſtas exerceri prohibet. in hoc tamen articulo quid obſeruari poſſit, tradit* Pegña *lib. 3. adnot. in* Dir*ector.* Schol. 148.

Si vero dicatur quod Inquiſitoribus ſufficere deberet ſubſidium à cruceſignatis oblatũ ſeu exactũ, de quorũ obligatione & voto iã ſupra tactum eſt, in addition. ad c. 9. pag. 51. Reſpondetur id minime ſufficere, quia aut nõ poſſunt, aut nolunt. Pleriq; enim aſſumptũ inſtitutũ inuertũt, et potius Inquiſitori præeſſe, quàm ſubeſſe volunt, et nõnũquã huic ſancto Officio magis obeſſe quàm ꝓdeſſe noſcũtur. Multi quidẽ inter eos inueniũtur timorati et fidei Zelatores, qui iuxta emiſſi voti vinculũ, vitã, & opes pro fide libenter exponũt; ſed pauperes et ipſi cũ ſint, potius egent ſubſidio, quàm vt ſubſidiũ alteri ferre poſſint.

Cruceſignatorum *ſubſidium.*

Quibus

Quibus ita exiſtentibus, prout re ipſa exiſtunt; quomodo poterunt Inquiſitores Officij onera ſuſtinere? Quomodo carceres reficere, aut conficere valebūt? Quomodo cuſtodibus, & ceteris miniſtris ſatisfacient? Quomodo pauperibus carceratis victū & ſtratū ad dormiendū præbebunt? Quomodo Inquiſitores ipſi diœceſim ſeu prouinciam viſitabūt? Quis dabit illis equos aut naues? Quis in itinere ſumptus ipſis & ſocijs, & notarijs, & famulis miniſtrabit? Non enim decens aut tutum eſt, quod ſolus Inquiſitor incedat. Infinita pene ſunt huius miniſterij onera, quæ nec Epiſcopi, nec Cōmunitates, nec Principes digito attingere volunt. Quæ cum Sanctiſs. D. N. Pius V. in minoribus exiſtens, experimento didicerit: Inquiſitorum neceſſitati aliqua ex parte ſuccurrere cœpit. Det illi Dominus vt ſancta & pia deſideria perficere valeat.

Reſpublica, in qua degunt hæc præſtare debet inquiſitoribus, vel epiſcopus, cuius negotia ipſi inquiſitores tractant.

Non habentibus igitur Inquiſitoribus Italis beneficiū, ſeu aliquos redditus; aut ſi habent, minus ſufficientibus exiſtentibus, poterunt expenſas & ſalarium ſeu ſportulas exigere, per d. c. cum ab omni. & Abba. & Doctores iam ſupra citatos. Quod facere non debent Inquiſitores ac ceteri officiales Inquiſitionis, qui Epiſcopi ſunt, vt in Hiſpania, aut ab Ap. Camera ſumptus habent, vt Romæ ſeruatur, aut aliter pro ipſius officij oneribus ſuſtinendis ſuffragium ſeu ſubſidium recipiunt. Hæc omnia patent partim ex adducta extrauaganti, ſuper extirpatione. partim ex illa extrauag. Bened. 11. ſeu iuxta alios Io. 22. quæ incipit, ex eo. & habetur in extrauagantibus cōmunibus in tit. de hæret. Nam in hac poſteriori in §. verum. clare dicitur, quod Diœceſani, cum ordinarij ſint, officiū inquiſitionis proprijs debent explere ſtipendijs: nec ab Inquiſitoribus partem partis prouentuū de hæreticorum bonis Inquiſitionis officio deputatis, propter expenſas, quas ipſi Epiſcopi, dum in dicto negotio inquirunt, faciunt, exigere poſſunt. Ecce quod hæc decretalis diſtinguit inter ordinarium & delegatum. Vlterius decernit ordinarium proprijs ſtipendijs officium ſuum exercere debere. Ex quo ſequitur quod Inquiſitores ipſi ex prouentibus & obuentionibus, & c. in officij proſecutione ſuſtineri & ali debent. Nec ipſis Epiſcopis etiam petentibus, tenentur Inquiſitores de dictis prouentibus & obuentionibus rationem aliquam reddere: immo ipſis Diœceſanis id prohibetur expoſcere, vt ibidem in §. rationem. Quod etiam tenet Direct. in 3. par. q. 104. 105. 106. 107. & ſeq. Et ſcio me vidiſſe alias extrauagantes prædictæ deciſioni fauentes; quas, Domino dante, in vnum collectas communi vtilitati tandem exhibebo. Extat enim extrauagans diſponens de pœnis pecuniarijs à fideiuſſoribus exigendis, & de multis alijs vt patebit. Pro his rurſus vide conſilium D. Hippol. Riminaldi Ferrar. incip. quæritur an R.P. Inquiſitor hæreticæ prauit. quod conſilium meipſo inſtante, & rationes hinc inde proponente, celeberrimus

Ordinarij, proprijs ſtipendiis officium exercere debent.

rimus ille Doctor exhibuit, & illud forte habebis in fine huius voluminis. Vide etiam Specul.in lib.1.tit.de ſalarijs.Paul. Ghirlan.de relaxa.carcer.c.vlt.de expenſis.Foller.in 2.par.2.rubr.verum ſi citati.nu.8.in fi.Hippol.Marſil.in ſingul.485.& in ſing.545.& Guliel.de Ludo.ſingul.101.De pœnis & condemnationibus pecuniarijs habebis etiam in conſultationibus D. Marſilij de Mantechelis, & D.Dyni de Muſello per me collectis.q.1.2.3.& ſeq.

De pœnitentialibus pœnis, quæ ſuſpectis, vel redeuntibus infliguntur. Cap. XX.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ, quæ redeũtibus ſeu pœnitẽtibus imponũtur, ſunt arbitrariæ.*
2 *Pœnitentiales pœnæ ſunt multæ. nempe,*
Abiuratio.
Incarceratio ſeu perpetua detruſio in monaſteriũ, uel ad tempus.
Pecuniaria pœna.
Eccleſiarum ſeu hoſpitalium ædificatio, & alia pietatis opera.
Publica ſui erroris deteſtatio.
Ieiunia, & peregrinationes.
Vſurarum reſtitutio.
Crucis veſtibus ſuperioribus aſſutæ geſtatio.
Ab officio & beneficio ſuſpenſio.
Et aliæ iuxta perſonarum conditionem.
3 *Quando Inquiſitor iudicare debeat de vſurarum reſtitutione.*
4 *Quid præcipue attendendum in pœnarum impoſitione.*
5 *Inquiſitor poteſt clericum redeuntẽ ab officio & beneficio ad tempus ſuſpendere.*
6 *Non adimplens pœnitentiam, veluti hæreticus damnari poteſt.*
7 *Adimplens, poterit, veluti vir boni teſtimonij, ab Inquiſitore publicari.*

SVFFICIENTISSIME dictum eſt ſupra de pœnis hæreticorum, & credentium, qui de hære- *De materia huius c.late Repertorium inquiſitorum verbo, pœnitentia.*
1 ſi omnino condemnantur. Sed † quia aliis, qui non damnãtur tanquam hæretici; vt puta, quia redeunt, & petunt miſericordiam; vel quia nõ
a ſunt hæretici, ſed ſolum ſuſpecti;[a] iniungi debent pœnitentiales pœnæ; ſeu indici purgatio per Inquiſitorẽ, ſeu Epiſcopũ: prout dictum fuit ſupra, de hæreticis, & credẽtibus redeũtibus, &c. Et ſemper in iure huiuſmodi pœnitẽtiæ impoſitio,

Pœnæ peniten tiales.

impoſitio, & purgationis iniunctio relinquitur arbitrio Inquiſitoris, vel Epiſcopi, vt patet ext. de hæreticis. c. ad abolendam. §. prȩſenti. & c. excõmunicamus. §. addiicimus. & de pur. can. c. inter ſollicitudines . cum ſi. Ideo merito eſt videndum, quæ ſint iſtæ pœnæ, quæ pro motu Epiſcopi, vel Inquiſitoris poſſunt iniũgi. Et iſtæ pœnitẽtiales † pœnæ ſunt multæ, & omnes tendunt, & imponuntur aut ad afflictionem corporis tantum, aut ad ſalutem animȩ tantum, aut ad afflictionem corporis, & ſalutem animæ ſimul, vt infra patebit. Prima igitur pœnitentialis pœna, quam imponere poterit pro ſuo motu, eſt abiuratio [b] hæreſis. De hoc habetur in dicto c. ad abolendam. ext. eod. & c. accuſatus. li. 6. Et ſi ille recuſet hæreſim abiurare; non videtur vere redire, nec videtur correctus: & ideo tanquã hæreticus eſt damnandus, vt ext. de hæreticis. c. ad abolẽdam. §. laicus. & c. excommunicamus. §. addiicimus. ver. ſi qui vero ex his. Item incarceratio [c] ſeu detruſio in monaſterium in perpetuum, vel ad tempus; quȩ fuerit ad pœnitentiam peragendã, hoc eſt, vt ibi pœniteat; & per hoc apparere poſſint in eo ſigna veræ pœnitentiæ; & an ambulet in tenebris, vel in luce; & ne ipſum pecus morboſum, perſiſtens inter homines, inficeret alias oues ſanas. De hoc habetur ext. eod. c. penult. §. ſi qui autem. ext. eod. c. vt commiſſi. li. 6. & in compil. Clementis eo. c. 1. & dictum fuit ſupra in c. an Inquiſitor poſſit carcerare. Item indictio, ſeu impoſitio pœnæ pecuniariæ, quæ, quo modo, & quando poſſit imponi, ſupra c. proximo dictum fuit. Dum tamen illud non omittatur, quod loco pecuniariæ pœnæ, vel ſub illo colore non auferantur omnia bona ipſi redeunti, vt ibi dicitur, & dicetur infra, de confiſcatione bonorum . Item vt faciat ædificare eccleſias vel hoſpitale; ac induat pauperes; vel faciat alia opera pietatis, vt in auth. de eccleſiaſticis titulis. §. ſi quis ædificationem. coll. 8. Et ita debet intelligi ext. eod. c. accuſatus. §. ſi vero pro his. lib. 6. Item ſi talis male locutus fuit de fide; vel per ſua verba in aliquo oſtendit ſe male de fide ſentire; faciat eũ publice [d] in triuiis, vel prædicationibus recognoſcere, & deteſtari ſuum errorem. Item ſi olim fuerat indeuotus, & minus catholicus; vt quia nunquam viſitabat eccleſias; nunquam audiebat diuina officia; nunquam ieiunabat, nec ſeruabat præcepta Eccleſiæ; iniungi ſibi poterit vt ieiunet tot diebus in hebdomada: vt qualibet die viſitet eccleſiam : vt etiam aſſidue au-

Margin notes:

1. Abiuratio. De hac pleniſſime *Simancas catho. inſtit. ti. 1. et Pegña li. 3. adnot. in Direct. Schol. 55. Cõrradus Brunus. lib. 3. de hæret. c. 6. Ioãnes Rojas ſingul. 1.*

2. Incarceratio. De hac plene *idem Pegña in Direct. lib. 3. Schol. 65. & Schol. 117.*

Cap. 10. *3. Pecuniaria.*

4. Pia diſtributio.

5. Sui publica accuſatio.

6. Bonorũ malis preteritis contrariorum impoſitio.

Right margin: 1; b; c; d

duc au-

due audiat diuina officia: & viſitet limina Apoſtolorũ, & aliorum Sanctorum. Item ſi diutius fuerat fœneratus; & reperitur dixiſſe, vſuram nõ eſſe peccatum; poterit puniri, vt exactas vſuras reſtituat: & amplius non fœneretur. Ita intelligitur quod

7. Vſurarum reſtitutio.

3 not. ext. eod. c. accuſatus. §. de queſtionibus. lib. 6. Nec eſt † mirandum ſi Inquiſitor imponit pœnam reſtitutionis vſurarum tali: quia ex quo ipſe inciderat in errorem; dicendo vſuram non eſſe peccatum, vel alia verba hæretica; Inquiſitor potuit procedere contra eum. At ſi ille redit, & conuertitur; habet agere pœnitentiam de commiſſis: aliàs confeſſio, & pœnitentia non eſſet illi fructuoſa, eo remanente in peccato mortali, vt ext. de pœn. & remiſſi. c. quod quidam. Vt ergo perfecte profit; iniungit ſibi reſtitutionem earum, de qua tamen reſtitutione ſe amplius non intromittat, vt dicto §. de quæſtionibus. Vbi not. quod ſi ille reſtitutionem recuſaret earum, quæ manifeſte debentur; Inquiſitor poterit procedere contra eum, tanquam contra deficientem in purgatione, vt infra circa finem. Item ſi publice fuit deteſtatus fidem catholicam; vel publice oſtendit ſe infidelem; imponi

Proceditur cõtra recuſantẽ reſtituere debita.

f ſibi poterit, vt ad tempus portet crucem [f] magnam & patentem, aſſutam ad pannos ſuperiores in ſignum conuerſionis, & in deteſtationem erroris. Sic & alias ſimiles pœnitentias imponere poterit Inquiſitor, & Epiſcopus; per quas is, qui eſt purgandus, taliter ſe corrigat; quod præteritæ contradictionis rebellio per virtutem ſequentis obedientiæ valeat expiari, vt ext. de no. oper. nu. c. 2. in fi. & per quas delinquens puniatur in eo, in quo deliquit: & per quas is, qui fuerat infidelis, oſtendat ſe nunc eſſe fidelem: & per quas is qui oſtendit ſe eſſe corruptum, oſtendat ſe nunc eſſe correctum: & per quarum obſeruationem eius infamia conuertatur in famam: & omne ſcandalum ſopiatur. Ita debent intelligi prædicta capitula ſæpius allegata ſupra c. ad abolendam. §. præſenti. & cap. excommunicamus. §. addiicimus. & c. inter ſollicitudines. verſ. in pœnam. & cætera quæ dicunt quod purgationes huiuſmodi indicũtur ad arbitriũ Epiſcopi, vel Inquiſitoris: prout in eis patet. Et accedat ext. de pœnit. & remiſ. c. manifeſta. ext. de immu. eccle. c. fi. ad quod ext. de iur. patr. c. paſtoralis. & de prębendis.

8. Crucis deportatio. de his crucibus inſignis extat locus in Concilio Toloſano c. 8. & in Concilio Biterrẽſi c. 26 quæ refert Pegña. lib. 3. ad not. in Direct. Schol. 58.

4 c. pro illorum. Ad † vnum tamen debet aduertere Epiſcopus, vel inquiſitor; quod licet eius arbitrio relinquatur, quod imponat pœ-

Secundum conditionem perſo

ut pœna veriſimiliter implēda imponatur.

nat pœnitentialem pœnam;& dicatur quod illa ſit potius imponenda,quæ magis timetur;vt 23.q.4.ea vindicta. & ea. cau. q. 5.prodeſt.ad quod ext. vt lite non cōteſt.c.quoniā frequenter.in fi.tamen conſideret perſonam:& ſecundum conditionē perſonæ imponat pœnam,ſeu pœnitētiam:& talem quam credat veriſimiliter fore implendam,non deſerendam ab illo. 50. diſt.pœnitentes.& accedat quod not.ext.de cohab.cler.c. clericos.

Suſpēſio ad tēpus ab officio, & beneficio.

Item vltra præmiſſas pœnas † poteſt aliam pœnam pœni- 5
tentialem imponere nedum Epiſcopus,ſed etiam Inquiſitor:ſi modo purgandus ſit clericus:quia poteſt eum ſuſpendere ab officio,& beneficio,vt 21.diſ.nūc aut.in glo. ſed videtur.ſuper verſ.Marcellinus.in fin.& fuit dictum ſupra ca. de hæreticis, ſeu credentibus redeuntibus,&c.& not.do. Archidi. ext. eod. tit.vt commiſſi.lib.6.ſuper verbo,conſilio.

Cap. 16. pag. 126.in fin.

Iſtæ ſunt pœnæ pœnitentiales,ſeu purgatoriæ:de quibus multa iura faciunt mentionem.

An qui nō adimplet pœnitētias, poſſit vt hæreticus damnari nec ne: anceps eſt quæſtio, de qua late præ ceteris Peñia lib. 3.adnot.in Directo.Schol. 144.

Et ſcias † quod ſi purgādus deficit in purgatione;quia 6
pœnitentias,ſeu pœnas ſibi iniunctas non adimplet; g poteſt g
tanquam hæreticus damnari,vt ext.de hæreticis.c.excōmunica.§. addiicimus.ver.ſi qui vero ex eis.ext.de præſump.c.litteras.in fin.de pur.ca.c.inter ſollicitudines.in fi.Sed quid, ſi iſte purgandus fuerit impeditus ab adimplendo iniunctam pœnitētiam forte valetudine,vel temporis auſteritate, vel alio iuſto impedimento?Dic quod excuſatur.ff. de excuſat.tuto.l. ſi cum ipſe.& l.non ſolum.§.fi.& ff.ſi quis caut.l. 2.§.3. Si vero poteſt ſibi aliquid imputari,puta,quia potuit præuenire impedimentum,tunc non excuſatur,vt ff.ſi quis cau.l. 2.§.ſi quis tamen.cū concor.Et ſemper intelligas;quod eo caſu,quo fuit impeditus; nihilominus poſtea iniunctam pœnitentiam adimplebit:quia illud præceptum continuit in ſe duo : videlicet; quod ageret pœnitentiam:& quod intra diem.Vnde licet dies ſit tranſacta; tamen durat præceptum de pœnitentia implenda,vt ext.de dolo & contu.c.cum dilecti.

Adimplens pœnitentiam,boni teſtimonij vir poterit ab Inquiſitore publicari.

Si vero † eas purgationes ſibi iniū- 7
ctas impleuerit humiliter; tunc ad tollendam omnem infamiam ortam contra eum,poterit per Inquiſitorem in prædicationibus pronunciari vir boni teſtimonii,vt ext.de purg.ca. c. ex tuarum. 15. q. 5.c. 1.& 2.Sed quid,ſi in purgatione defecit morte præuentus? Dic de hoc vt infra in c.quæ pœnæ in filios deſcendant.vbi de hoc plene dicetur.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Suſpecti. *Adde caſus in iure expreſſos, in quibus ſuſpecti de hæreſi vehementer habendi ſunt; qui colliguntur à Direct. par. 2. q. 56. & ſunt decem caſus. Primus de vocato & non comparente, ſed ſe abſentante. c. cum contumacia. eod. tit. lib. 6. Secundus de directe vel indirecte officium Inquiſitionis impediente. c. vt inquiſitionis. §. fi. & in extrauag. præcunctis. Vrbani Papæ. Tertius de fauente & auxiliũ dante præfato impeditori, vt in d. c. & §. Quartus de inſtruente citatos, & c. c. accuſatus. §. ſi. eod. tit. lib. 6. Quintus eſt de quolibet excõmunicato ex cauſa fidei, quacunq́; de cauſa id euenerit, ſi per annũ animo pertinaci d. excom. ſuſtinuerit, vt iam patet in d. c. cum contumacia. & c. vt inquiſitionis. §. fin. Sextus eſt de hæreticorum fautoribus, defenſoribus & receptatoribus. c. excom. §. credentes. Septimus eſt de familiaritate hæreticorum. c. inter ſollic. de purg. can. Octauus de viſitante, recipiente, aſſociante. c. accuſatus. § . ille quoq́; li. 6. quia ſi ob prædicta poſt abiurationem commiſſa, cenſetur relapſus, ergo ante iudicandus ſeu vehemẽter præſumendus eſt lapſus. Nonus eſt de eo qui iudicialiter in cauſa fidei conuincitur negaſſe quod antea affirmauit, vel mendacium aſſeruiſſe, aut periurium commiſiſſe, per c. litteras. de præſumptionibus. Decimus caſus habetur in conſultationibus D. Archiep. Tarraconæ, de eo videlicet, qui dicit aut facit aliquid contra fidẽ, & id ſemel, quia ex hoc leuiter ſuſpectus efficitur. Si bis, fit vehementer ſuſpectus. Si pluries, vehementiſſime ſuſpectum ſeipſum cõſtituit, vt etiã dixi in fine additionis c. 3. pag. 18.*

> Suſpectus vehementer, quando quis habeatur.
>
> Adde plures alios caſus, quos refert locatus in opere iudiciali, verbo ſuſpicio.

b Abiuratio. *Adde abiurationis formam ex Direct. 3. par. vbi aſſignantur diuerſi modi abiurandi iuxta diuerſitatem delicti, quia aliter agendũ eſt cum illo qui cõuictus eſt: aliter cum eo qui vehementer aut leuiter aut violenter ſuſpectus apparet. Hæc abiurandi forma ſumpta eſt ex antiquis Sanctorũ Patrũ & conciliorũ decretis, vt patet 1. q. 7. c. ſi quis voluerit. quod ex concilio Nicæno c. 8. extractum eſt. Item in c. quotiens. & in c. maximũ. & in c. donatum. ea cau. & q. Rurſus diſt. 2. c. ego Berengarius. Ex quibus iuribus habetur quod abiurans tenetur ſubſcribere; quod etiam habemus in gloſ. in c. 1. de cenſibus. §. poſtquã. lib. 6. ſuper ver. in ſcriptis. caſu 5. & per Fran. Ponzin. in tract. de Lami. nu. 89. & Syluest. in ver. hæreſis. 1. §. 13. Quibus iunge regulam Innoc. adductam à Panor. in c. 1. de his quæ fiũt à præl. ſi. con. cap. nu. 4. videlicet, quod nõ requiritur ſubſcriptio, niſi in caſibus à iure expreſſis, quia regulariter in qualibet diſpoſitione ſufficit conſenſus nec requiritur ſcriptura l. pactum. C. de pactis. Quia tamen non omnes abiurantes ſcribere poſſunt aut ſciunt, non puto hoc de eſſentia abiurationis eſſe. Satis enim erit ſi de actu illo per ſcripturam publicam & teſtes conſtabit. Quod ex longa huius officij conſuetudine ſatis comprobari poteſt.*

> Quando abiurans, teneatur ſubſcribere.

c Item incarceratio. *Adde his quæ ſupra in c. 10.pag.74.diximus. ſuper ver.detruſus in carcerem.de carcere ad pœnam iure ciuili nõ deputando. Roman. in ſingul. 711. incip.tu ſcis quod de iure.qui ad hoc adducit l. aut damnum.§.ſolent.ff.de pœnis.& Corſet. in ſingul. in ver. cuſtodia.qui ad idem adducit gloſ. celebrem in l.agens. C.de curio.li.12.vbi dicitur aliud eſſe in carcerem mittere, & aliud ſub cuſtodia detinere, vt ibi Bar.Diſtinguit tamẽ ibi Corſet. & dicit quod etiã de iure ciuili datur quandoq; carcer ad pœnã, & nõ ad cuſtodiã tantum, videlicet vbi non eſt certa pœna pro delicto, vt per l.ſenatus.ff.de iniur.& in l.1.§.fin.ff.de aleato.& Bar.in d.§.ſolent.& in.l. imperium.ff.de iuriſd.om iud.Cyn.in l.1.C.de infam. De iure uero canonico nulla eſt dubitatio per c.quamuis.de pœnis.li.6. Et hanc pœnam poſſe per Iudicem eccleſiaſticum etiam laico imponi, probat idem Roma.in d.ſing.711.quia ratione criminis, laicus effectus eſt de foro eccleſiæ, vt in c.ſi duobus.de appellat.cum ſi.Dicit tamen quod d.c. quamuis. habet locum in perſona eccleſiaſtica, & non in laica, & multa allegat de quibus etiam in additione Nic.Pig. quæ omnia ceſſant in crimine hæreſis, per iura iam ſæpius adducta, quæ omnes tam laicos quàm clericos comprehendunt.*

Carcer ad pœnam.

Videto quos ſupra citaui apud Zanchinum.

d Publice in triuijs vel prædicationibus. *Adde Direct.in 3.par. in modo 5.terminandi proceſſum, poſt princ. vbi ponitur forma diſponendi ad abiurandam hæreſim, &c. & poſt ſenten.ibi, attendendum.& in modo 6. de diſpoſitione ad abiurationem.*

e Si diutius fuerat fœneratus, &c. *Adde Marſilium Mant. & Dynum de Muſ. in conſilio quodam facto ſuper quibuſdam quæſtionibus ab Inquiſitore propoſitis. & vide præcipue q.6.ar.1.nu.11.& ſeq.vbi declaratur quod ad Inquiſitorem ipſum pertinet dictarũ vſurarum reſtitutio, & plura ibi allegantur, quæ vide in fine huius tractatus.Et quomodo Inquiſitor ſuccedit hæretico dãnato, & veluti hæres, vniuerſa illius bona occupat, vide ibidem ad q.9.nu.16.& 17.*

f Portet Crucem. *Adde Direct. vbi ſup.in modo 5.qui dicit, quod ſuſpectis non eſt imponenda crucis delatio ſeu geſtatio, quia cruces ſunt inſignia hæretici pœnitentis, ſuſpecti vero non fuerunt hæretici, & concludit quod ſuſpecti crucibus conſignandi non ſunt, ſed poteſt eis imponi quod ſtent certis diebus ſolemnibus in valuis talium eccleſiarum, vel circa altare dum miſſarum ſolemnia celebrantur, habentes in manibus cereum ardentem tanti ponderis: vel quod ad talẽ peregrinationẽ pergant, prout negotij qualitas expedit & requirit.*

Crux hæretico pœnitenti ferẽda antiquo more datur, vt ex litteris B. Dominici infra patebit.

Aliter tamen agendum eſſe dicit cum illo qui violenter ſuſpectus eſt, in modo 6. vbi dicit præparandam eſſe veſtem ad inſtar ſcapularis religioſorum, in qua veſte ſint duæ cruces vna ante, & alia retro longitudinis trium palmorum, & latitudinis duorum. Sed hæc arbitraria ſunt, vt ſæpe dictum eſt.

Pœnas

g Pœnas iniunctas non adimplet. *Vltra ea quæ dicta ſunt in additione ad d. cap. 10.pag.74. adde Direct.3.par.q.97.vbi dicit quod talem dãnare poſſunt iudices, quia officio ſuo functi non ſunt. Nam ipſum ab excommunicationis ſententia abſolutum carceri tradiderunt, ne alios inficeret, & vt de culpis ſuis pœniteat, & vt videatur an ambulet in tenebris vel in luce: & hoc non eſt ſententiam contra illum ferre, ſed pœnitentiam ei iungere, vt patet ex c.excommunicamus 2. de hæret. Quare adhuc durat & perpetuatur iudicũ poteſtas & iuriſdictio: quod etiam probatur per c.vt commiſſi.eo tit.lib. 6. quia poſt ſententiam illam, largo modo dictam, poſſunt pœnas impoſitas commutare. Vide de hoc Authorem in d.c.10.nu.4.& 5.*

Adde poſtremo quod cum redeuntibus & conuerſis pœnæ pro motu & arbitrio iudicum imponi poſſint, vt iam ſatis ſuperq; oſtenſum eſt, non eſt putandum contra iura fieri, ſi quandoq; triremibus tales deputantur. Sicut enim pœna perpetui carceris à iure reprobata nõ eſt.c.excommu.2.§.ſi qui autem.eod.tit. & c.tuæ diſcretionis.de pœnis: ita nec iſta quæ loco carceris ſuccedit. Quod ſi dicitur hanc eſſe rigoroſam & corporis nimis afflictiuam; reſpondetur quod ideo pœnæ imponuntur vt corpus affligant, vt in princ. huius cap. Author dicebat. Facit ad hoc Innoc.in c. qualiter & quando.de accuſat. citatus à Fely. in d. c. in §. ad corrigendos.nu. 26.qui dicit, quod & ſi pœna cauearum, ſeu damnationis in metallum, non videatur eſſe de iure canonico: ſi tamen imponeretur, non eſſet retractãda. Ad idem adduci poteſt c. 1.de calumniat. in fin. & quod notat Abb.in c. in archiepiſcopatu.de rapto.nu. 4. videlicet quod ſine ſanguinis effuſione licite per eccleſiã pœna corporalis imponi poteſt, per tex.in eodẽ c. Rurſus in c.præterea.de clerico percus.nu.2.dicit quod Epiſcopus mulierẽ propter delictũ fuſtigari facere poteſt, & adducit c. 2. de calumniat. & 5.q.5.illi qui. De qua fuſtigatione habes etiã à Roma. in ſing.667.incip. tu ſcis quod iſti diuinatores. per c.cõtra idol.26.q. 5. Vlterius adde quod eccleſia poteſt pœnã ſeruitutis imponere, vt per text.in c.ita quorundã.de iudæis. & per not.ab Abb.ibi nu.2. & per Fely.in d. §.ad corrigẽdos.nu.28. & per Doct.in d. c.ita quorũdã. Item poteſt eccleſia caractherem in facie imprimi facere, per text.in c. ad audientiam.de crim. falſi.quæ pœna & ſi periculoſa ſit, tamen eccleſia illam introduxit, vt dicunt Doct. & gloſ. in odiũ maleficij.

Triremium pœnam non eſſe contra ius canonicum.

Fuſtigatio.

Seruitus.

Caracther.

Ex his iam patet quod nec carceres nec ſeruitus nec verbera de iure canonico prohibẽtur. Cum itaq; triremibus deputati, in vinculis & cõpedibus veluti in carceribus maneant, & verberibus ſubiecti ſeruiant; non video quare hæc triremium pœna, exiſtimanda ſit à iure canonico reprobata. Nec valet ſi dicatur mortẽ ex hac pœna veriſimiliter ſequi, quia hoc falſum eſt, cum plures inueniantur, qui, in eo vitæ genere, ad decrepitam vſq; ætatem perdurant. Quod ſi

Hæc triremiũ pœna in locum carceris perpetui ſucceſſiſſe ĩ multis videtur.

aliqui ibi moriuntur, iudici non magis imputandũ eſt quàm ſi in peregrinatione ſibi pro pœnitentia impoſita, aut aliter quiſpiam decederet. Id quippe nec regulariter nec vt in pluribus euenire conſpicimus. Accedit quod ſcrupulum hunc Sacri Officij vſus à Pio V. Pont. Sanctiſs. & ab alijs Pont. approbatus, amputauit. Quotidie enim & Romæ, & alibi, triremium pœna conuerſis & redeuntibus, ac falſis teſtibus infligitur, habita tamen perſonarum, & criminum ratione. Confirmat hæc Boſ. in tract. de hæret. nu. 18.

Contra Prælatos indiſcretos.

Tu tamen circa pœnam perpetui carceris & alias corporales pœnas, nota ad monitionem D. Abbatis in d. c. ad audientiam. nu. 4. contra prælatos illos, qui clericos in duriſſimo carcere mãcipant, & alimenta adeo diminuunt, vt in breui admodum tempore expirare cogantur. Tales, inquit ille, pœnam irregularitatis non euadunt. Licet enim prælatus cibum & potum diminuere poſſit, ſicut agentes pœnitentiam faciunt, vt in c. nouimus. de ver. ſig. non tamen ita vt inde pœna mortis ſequatur. & allegat Io. de Lig. in Clem. 1. de pœn. et remiſ. Hoc idem damnat Fely. in d. §. ad corrigendos. nu. 24. vbi adducit c. ſententiam. ne cle. vel mo. contra id quod fieri quotidie dicit; quia ſæpe imponitur pœna perpetui carceris vt reſpectu victualiũ vita ipſa deficiat, ita quod carcerati citius moriuntur. Damnat iterum eos qui ponunt clericos in gabijs, & dicit quod male ſe fundãt ſuper d. c. nouimus. in fi. & ſuper c. quamuis. de pœnis. in 6. & ad hoc allegat Ant. Ana. Io. An. & alios. Adducit etiam Abb. in c. cum non ab homine. in fin. de iud. qui dicit quod immo text. in d. c. nouimus. eſt contra tales prælatos, qui tex. dicit ſuſtentandus, non autem conſumendus; & dicit vita, & ſic vult quod viuat. Quare in his diligenter ſibi cauendum eſt..

Sed cum hodie diſpenſari ſoleat cum damnatis ad carcerẽ perpetuum, vel ad triremes, benignitas huius tribunalis non conſueuit eos actualiter degradare, ſed ſolũ verbaliter. Pegña libr. 3. adnot. in Director. Scho. 65. §. tametſi vero.

Obſerua deniq; quod ſicut clericus qui perpetuo carceri tradẽdus eſt, prius degradari debet, per tex. in c. 1. de hæret. in 6. §. concedimus. Fely. in c. excomm. 2. Direct. 3. par. q. 94. & Doctores ſuper d. c. 1. ita cum clerico agendum eſſe putarem, qui triremium ſeruituti perpetuo ſubijciendus eſſet, quia par ratio in vtroq; conſpicitur. Et ſicut impœnitens ille cenſendus eſt qui à carcere ſibi deputato fugit, vt iam dictum eſt c. 10. pag. 74. & in hoc c. 20. pag. 146. ita fugiens à triremibus veluti hæreticus impœnitens damnandus erit.

Qui vero de pœnitẽtialibus pœnis, quæ in huius Officij ſacri infantia conuerſis imponebantur, notitiam aliquam habere cupit, has Diui Dominici litteras inter antiqua quædam fragmenta repertas, legat & contempletur.

Litteræ B. Dominici.

VNIVERSIS Chriſti fidelibus ad quos præſentes litteræ peruenerint, Frater Dominicus Oxomẽſis canonicus, Prędicator minimus, Salutẽ in Chriſto. Auctoritate D. Abbatis

Ciſtercienſis,

Ciſtercienſis, Ap. Sedis Legati, qui hoc nobis iniunxit officiũ, reconciliauimus præſentium latorem Pontium Rogerium ab hæreticorum ſecta, Deo largiente, conuerſum: mandátes in virtute præſtiti ſacramenti, vt tribus Dominicis feſtiuis diebus ducatur à ſacerdote nudus in femoralibus ab ingreſſu Villæ vſq; ad eccleſiam verberando. Iniũgimus etiã ei, vt à carnibus, ouis, & caſeo, ſeu omnibus, quæ ſementinam trahunt carnis originẽ abſtineat omni tempore, excepta die Paſcæ, & die Pentecoſtes, & die Natalis Domini, in quibus ad abnegationem erroris priſtini, præcipimus, vt eis veſcatur. Tres quadrageſimas in anno faciat à piſcibus abſtinens. Tribus diebus in hebdomada ſemper à piſcibus & ab oleo, & vino abſtineat, & ieiunet: niſi corporalis infirmitas, vel labores æſtatis exegerint diſpẽſationem. Religioſis veſtibus induatur tũ in forma, tum etiam in colore, quibus in directo vtriuſq; papillæ ſingulæ cruces paruulæ ſint aſſutæ. Quotidie, ſi opportunũ fuerit, Miſſam audiat, & diebus feſtiuis ad veſperas in eccleſiam pergat. Alias horas tam nocturnas quàm etiam diurnas, vbicunque fuerit, Deo reddat, ſcilicet ſepties in die decies Pater noſter. dicat: media nocte vigeſies. Caſtitatem obſeruet, & mane apud Cererim villã chartam iſtam Capellano ſuo per ſingulos mẽſes oſtendat. Capellano etiã pręcipimus, vt de vita eius curã diligẽter habeat. Hæc omnia diligẽter obſeruet, donec aliàs ſuper his D. Legatus ſuã nobis exprimat voluntatem. Quod ſi ea obſeruare contempſerit, tanquam periurum & hęreticum & excommunicatum ipſum haberi præcipimus, & à fidelium conſortio ſequeſtrari.

Has litteras B. Dominici Patris noſtri, qui primus Inquiſitionis Officiũ exercuit, eò libẽtius huic tractationi de pœnis addẽdas eſſe putaui, quò vetuſtã in coercẽdis criminibus ſeueritatẽ, cũ moderna ſacri huius Tribunalis benignitate omnes per quã facile conferre valeant.

Abbas iſte vocabatur Arnaldus, & vnà cum vndecim alijs Abbatibus contra Albigenſes legationis munus obiuit, auctoritate tamen penes ipſum ſolum reſidente. Id autem extitit anno D. 1206. & 1207. & 1208. Huic Petrus Diaconus Cardinalis in legatione ſucceſſit, qui eam exercuit vſq; ad annum 1215. quo Lateranenſe Concilium celebratum fuit. Cui B. Dominicus cum D. Didaco Epiſcopo Oxomenſi interfuit. Concilio itaq; abſoluto Bernardus presbyter Cardinalis ipſum legationis officiũ obtinuit, qui prædeceſſorũ exemplo, B. Dominicum Inquiſitorem ſimiliter inſtituit, vt ex alijs litteris eiuſdẽ Sãcti Patris mox ſequentibus quilibet dignoſcere poterit.

B. Dominicus & duodecim abbates in partibus Toloſanis cum Albigenſibus, quorum errores fuerũt damnati, publice diſputauit apud Fanum Iouis ſub Iudicibus deputatis

Litteræ Beati Dominici.

VNIVERSIS Chriſti fidelibus ad quos litteræ præſentes peruenerint, Frater Dominicus Oxomẽſis canonicus, prædicationis humilis miniſter, Salutẽ & ſincerã in Domino charitatem. Diſcretio veſtræ vniuerſitatis præſentium auctoritate cognoſcat, quod nos Raimũdo Guilielmo de Altaripa pelaganirio licentiã conceſſimus vt Guilielmum Vgutionem hæreticali quodam habitu, vt idem corã nobis aſſeruit, inueſtitũ, ſecum in domum ſuam apud Tholoſam teneat, more aliorum hominum conuerſantem, quouſq; ſuper hoc nobis vel ſibi expreſſius mandatum faciat D. Cardinalis. Et quod ſibi non cedat, videlicet Raimundo Guilielmo, ad infamiam ſeu damnũ.

An, & quando Inquiſitor poſſit pœnas remittere, vel mutare. Cap. XXI.

SVMMARIVM.

1 *Pœnam damnati hæretici Inquiſitor mutare non poteſt, ſuſpecti vero, aut redeuntis poteſt.*

2 *Laicorũ pœnam mitigare poteſt Inquiſitor Epiſcopi cõſilio petito, quamuis non obtento conſenſu, clericorum vero cum conſenſu.*

Diffinitiue de hæreſi damnato, nõ fit remiſſio aut commutatio, ſed ſuſpectis vel redeuntibus tantum.

CIRCA hunc articulum eſt dicendũ,† quod quã- 1
do Inquiſitor pœnam impoſuit, damnãdo ali-
quem tanquam hæreticum; pœnam huiuſmo-
di non poterit remittere, vel mutare:[a] quia illa a
eſt pœna a iure determinata; quæ non dependet ex arbitrio Inquiſitoris: & per talem damnationem dicitur protuliſſe diffinitiuam ſententiam: & ſic deſiit eſſe iudex: vnde amplius ſe non intromittet, vt ext. de offi. del. c. in litteris. ff. de re iudi. l. iudex: & plene fuit dictum in c. an, & quando Inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere, in prin. Sed ſi nõ condemnat tanquã hæreticum; ſed ſuſpectis de hæreſi, vel redeuntibus pœnitentiales impoſuerat; (de quibus pœnitentialibus pœnis ſupra proximo c. dictum fuit) tunc illas poterit mitigare, vel commutare, vt ext. de hæreticis. c. vt commiſſi. §. necnon. ver. illorum. lib. 6. Concordat ext. de voto, & voti redemptione. c. 1. & 82. diſtin. presbyter. in fi. Nec eſt mirum: quia iſtæ pœnæ ſunt arbitrariæ, vt ſupra proximo c.

Cap. 19.

mo c. fuit dictum. & per earum impoſitionem non deſinit eſſe iudex: cum talis impoſitio pœnitentiæ, non ſit diffinitiua ſententia, ſed potius iniunctio pœnitentiæ & preceptum, ſeu mãdatum purgationis, vt patet ext. eod. c. penult. §. ſi qui. & de pur-
2 ga. can. inter ſollicitudines. cũ ſi. Et † hanc mitigationẽ, ſeu mutationem pœnæ aut Inquiſitor vult facere circa laicos, aut circa clericos. Si circa laicos; poterit Inquiſitor conſilio petito, licet non obtento conſenſu Epiſcopi, cum iſtud ſit de leuibus: nec conſiſtat in condemnando: quia tunc ſecus eſſet, vt dictum fuit ſupra in c. de collationibus, & conſiliis, &c. Si circa clericos; tunc requiret conſilium: & expectabit conſenſum Epiſcopi in commutatione prædicta. Ita videntur intelligenda iura, quæ de hoc loquuntur. ext. eod. cap. per hoc. li. 6. & in compil. Clementis, eod. tit. c. 1. & ita no. do. Archidi. in dicto c. vt commiſſi. ſuper verbo conſilio. Quando autem quis habeat petere, & ſequi conſilium alterius; not. ext. de elec. c. cum in veteri.

Sed verius videtur diffinitiuam ſententiã eſſe. Simancas catho. inſtit. ti. 60. nu. 9.

Laicorum pœnas, conſilio petito Inquiſitor mutare poteſt: clericorum autem conſenſu, obtento.

Cap. 15.

Vide ſupra in additione cap. 15. pag. 103.

ADDITIO.

a Mutare. *plura iam ſupra ſæpe de pœnarum commutatione dicta ſunt, & præſertim in additione ad c. 19. pag. 136. & ſeq. quibus addi poteſt Abb. in c. Deus qui. de pœnit. & remiſ. nu. 4. & in c. licet. de pœnis. nu. 6. Et de reſeruatione in ſententia commutandi, &c. vide per Fely. in d. c. qualiter & quando. §. ad corrigendos. nu. 3. vbi per Bal. in auth. interdicimus. C. de Epiſ. & cler. qui dicit quod contra naturam pœnæ declaratæ in ſententia, non poteſt fieri reſeruatio; quia eſſet implicare contradictoria. arg. not. in l. per ſeruum. ff. de vſu & hab. Si vero reſeruatio non eſt contra naturam pœnæ, quia pœna eſſet arbitraria, aut quia reſeruatio ad aliquid declarandum tendit, non autem ad perimendum iam pronunciatum: vel reſeruatio non eſt ſuper ſubſtantialibus, ſed ſuper accidentalibus; poteſt fieri reſeruatio, per not. per gloſ. item labeo. §. 1. ff. famil. erciſc. Quæ autem ſint cauſæ mutandi, vide per eundem ibi nu. 37. vbi enumerat ſeptem cauſas, quas vide. Non enim reperitur aliqua difficultas ſuper hoc articulo commutationis & mitigationis in cauſa fidei, cum textus d. c. vt commiſſi. ſit clarus. Vide tamen Doct. in c. 1. de vot. & voti redemptio. & in c. de cauſis. de offic. deleg. & de trãſact. c. vlt. & c. at ſi clerici. §. de adulterijs. de iudic. & Abb. in c. niſi. de offic. deleg. & in c. 3. de pœnis. Quibus adde Pet. a Plaza lib. 1. Epitom. delic. cap. 33. nu. 4. 5. & ſeq.*

Vide Directorium inquiſit. 3. par. in 8. modo proceſſum terminandi n. 196. & ibidẽ latiſſime Scho. 62. vbi traduntur cauſæ iuſtæ ad minuendãs & aggrauandas pœnitẽtias ſemel iniunctas.

De Diuinatoribus, Incantatoribus, & ſimilibus. Cap. XXII.

SVMMARIVM.

1 *Diuinatores, Incãtatores, Sortilegi, Idololatræ, Magici, ſeu Mathematici, qui dicantur.*
2 *Arioli, Auriſpices, Augures, qui dicantur.*
3 *Hæc omnia à iure prohibita ſunt.*
4 *Sortibus, an & quando vti liceat.*
5 *Aſtrologia, an ſit licita.*
6 *Epiſcopus eſt horum omnium iudex.*
7 *Inquiſitor quandoq. poteſt etiam de his iudicare & cognoſcere.*
8 *An Inquiſitor poſſit punire venerantes corpus alicuius non canonizati ab Eccleſia.*
9 *Pœnæ prædictis diuinatoribus, incantatoribus, &c. de iure canonico infligendæ, hæ ſunt*
Sacræ Euchariſtiæ denegatio.
Infamiæ nota.
A fidelium communione ſegregatio.
Ab vxore, fratribus, & filijs ſeparatio.
Admoniti non deſiſtentes ſunt coercẽdi, & pœnis alijs arbitrarijs plectendi.
10 *Pœnæ de iure ciuili infligendæ, ſunt vltimum ſupplicium, & bonorum omnium confiſcatio.*

Præter illos quos Campegius memorat in additio. huius capitis, videtõ de hac materia Simã. catho. inſtit. 11. 62. Alſonſum Caſtrum lib. 1. de iuſta hære. punit. cap. 13. Bernardinum Diaz in pract. crim. can. ca. 100. & 101. et Pegñam qui plures refert

QVIA ſupra eſt dictum de hæreticis; & quibus pœnis veniant puniendi per Epiſcopum, vel Inquiſitores; nunc merito eſt videndum de quibuſdam, qui proximi ſunt hæreticis, & tamen Inquiſitores non intromittunt ſe de ipſis indiſtincte. Circa quod eſt ſciendum, quod quidam † ſunt Diuinato- 1
res, quidam Incantatores, quidam Sortilegi, quidam Idololatræ, quidam Magici, ſeu Mathematici. Et primo, pro declaratione dicendorum, videndum eſt quis ſit vnuſquiſque iſtorum, vt per hoc notetur differentia inter ipſos. Secundo, ad quem finem tendunt iſti: & in quo eſt differentia inter eos. Tertio, quis eſt Iudex ad hæc talia punienda. Quarto, quæ pœnæ veniant talibus infligendæ. Reſpondeo ad primum, Diuinatores [a] à diuinitate dici: quia Diuinatores a
ſimulant ſe fore plenos diuinitate, ſeu Deo: & ex quadam

dam aſtutia fraudulenta oſtendunt ſe ſcire futura. Incantatores ſunt illi, qui ſuam artem peragunt verbis, vt quia dicunt in ſuis verbis fore ſupernaturalem quodammodo poteſtatem, quam exercent. Ita patet de prædictis duobus 26. q. 4. c. 1. Sortilegi ſunt, qui ſub nomine fictæ religionis, per quaſdam quas vocant ſortes ſanctorum Apoſtolorum, ſcientiam diuinationis profitentur: aut quarumcunque ſcripturarum inſpectione futura promittunt, vt 26. q. 4. c. 1. & eod. c. q. 5. aliquanti. Idololatræ ſunt illi, qui adorant Idola; vel ea venerantur: ſeu eis faciūt holocauſtum, ſiue ſacrificium. 26. q. 2. illud. & 50. diſt. presbyteros. 28. q. 1. idololatria. & C. de paga. & tempo. & eo. ſacrif. per totum. Magici, ſiue Mathematici ſunt illi, qui non ſolum conantur vaticinari futura, & ſcire omnino occulta; ſed per quandam magicam artem (puta faciendo imagines cæreas, vel aliter) conantur cor alicuius torquere, ſeu cruciare: & aliquam aliam perſonam in ſuam, vel alterius flectere voluntatem, vt C. de malefi. & mathem. l. eorum. & quaſi per totum. Et iſti omnes effectualiter ad hoc tendunt; videlicet, aut ad diuinandum, & prædicendum futura, ſeu prorſus occulta: vel ad faciendum, ſeu conſequendum aliquid præter poteſtatem, & permiſſum Dei, ſiue ab alio, quàm à Deo: prout ex inferioribus clare patebit. Ad quod 26. q. 2. illud. Et denominantur prædicti variis modis; prout ſunt variæ opiniones eorum. Nam † quidam ex

2 eis, vt ſunt Arioli, adorant Idola: & in eorum aras faciunt ſacrificium, vt conſequātur quod optant: & recipiunt reſponſa dæmonum. Quidam, vt ſunt Aruſpices; reſpiciunt ad dies, & horas, vt ſciant quid per ſingula tempora ſit agendum. Quidam alii, vt ſunt Auſpices, & Augures in ſuis agendis intendunt ad volatus, & voces auium: vel ex eis, quæ hominibus improuiſe occurrunt, dicunt ſe præmeditari futura. De his, & aliis ſimilibus habetur C. de malefi. & mathem. l. nullus. & l. nemo. 26. q. 4. igitur. Et † hæc quidem omnia, & his

3 ſimilia ſunt à iure vetita, & ab Eccleſia improbata. Non enim licet alicui diuinare. C. de malefi. dicta l. nullus. Nā hoc vltra poteſtatem humanæ naturæ tranſcendit: cum ſit proprium ſolius Dei, vt 26. q. 1. c. 1. vt eccl. ben. c. 1. ad quod ff. ſi certū petatur. l. cum ad præſens. cum ſeq. Item non licet colere, nec adorare idola, vel dæmones, ſeu aliqua elementa, vel ſolem, lunam vel

lib. 2. in Dire. Schol. 49.
Diuinatores.
Incantatores.
Sortilegi.
Idololatræ.
Magici.
De his latiſſime Paulus Ghrillā dus tract. de ſortileg.
Conuenientia omnium prædictorum.
Arioli.
Aruſpices.
Augures.
Omnia iſta à iure ſunt prohibita.

vel ſtellas,ſeu planetas,nec etiã arbores, animalia, vel corpora aliqua animata,vel inanimata,præter vnum Deum,in quem ſolum eſt fidendum; vt patet in ſymbolo fidei, Credo in vnum Deum.& probatur 26.q.5.non liceat.22.q. 1.conſidera.Item non licet credere,quod aliquis ſuis magicis artibus poſſit aliquid facere ſine permiſſu,& nutu Dei: qui omnia quæ fiunt, aut ſuo iuſto iudicio facit,aut ſaltem ipſe ſuo permiſſu fieri ſinit,vt 26.q.5.nec mirum.in medio. Hæreticum enim eſt credere,quod aliquid ſit diuinũ præter Deum: vel quod aliquid poſſit creari,vel tranſmutari ab alio,quam a Deo, qui eſt creator omniũ, vt patet in dicto ſymbolo,& in Euan. Io. cap.1.& patet 26.q.5.c.Epiſcopi.& dicto c.nec mirum. Item non licet dæmones adorare,vel recipere ab eis reſponſa, vt 26. q. 2. hi

Sortes quando licitæ, vel illicitæ.

qui.& c.illos.Item non licet †vti ſortibus indiſtincte; ſeu fieri 4
ſortilegos.Circa hoc tamen eſt talis diſtinctio adhibenda,quia
quandoque ſortes ſunt licitæ [b], quandoque illicitæ:& illicitæ b
ſunt,quæ fiunt per magicas incantationes,vel ad exercẽdas aliquas vanitates,ſeu ad præſciendum aliqua futura,vel ad inquirendum prorſus occulta. Licitæ vero ſortes,quæ fiunt ex cauſa quodammodo neceſſitatis: puta cauſa dirimendi aliquas contentiones,ſeu diſcordias, vt patuit in Matthia.& probatur 21. diſt. cleros.ad quod veniat ff.de iudic.l.ſed cum ambo.& familiæ erciſcundæ. l. ſi quæ. C. communia de leg.l.ſi duobus. in prin.Hæc autem dicta de licitis,& illicitis ſortibus probantur 26.q.2.c.1.& c. non exemplo.& eadem cauſa. q. 5. aliquanti. & c. ſortes. 33.q. 1.ſi per ſortiarias. ad quod ext. de ſortilegiis per totum. Item non licet nobis in noſtris agendis inſpicere, vel attendere curſum ſtellarum, vel inanem fallaciam planetarum: qui debemus omnia quæcunque agimus verbo, aut opere;in nomine domini noſtri Ieſu Criſti facere: & Deo gratias agere,vt habetur.1.Cor.c.10.& ad Colloſ. cap. 3. & patet 26. q.5.non liceat.& q.2.c.illos.Item non licet ſperare noſtram ſalutem ab alio,quam a Deo,qui eſt omnium vera ſalus, & vera ſapientia:& qui ab alio ſuam ſalutem expectat, non eſt fidelis, ſed infidelis: non eſt ſanus, ſed æger: non eſt ſapiens, ſed demens;& decipitur a dæmone,qui eum inducit,& allicit,vt faciat eum participem ſuæ perditionis.26.q.2.qui ſine ad quod

Necromantia.

37.di.c.legimus.§.hinc etiam.Et ex hoc concluditur,quod necromantia proprie non poteſt dici ſcientia: & eſt penitus improbata.

5 probata,vt patet dicto c.qui ſine.in fine. Sed† quid de aſtrologia? certe eſt vna de ſeptem ſcientiis liberalibus: nec prohibetur a iure,vt ff. de iniuriis. l. item apud. §. ſi quis aſtrologus. quod patet ibi:quia ſeparatur ab illicitis diuinationibus. Sed tamen inter catholicos abiit in deſuetudinem: ne propter nimiam aſſiduitatem traheretur ad idololatriam,vt 26.q.2. cap. ſors.in fi.Quia igitur prædicti omnes tendunt ad vnam nequitiam ſceleris;vt ſupra eſt oſtēſum; & ſunt omnes prorſus ſimiles;& veniunt pariter coercēdi;vt 26.q.5.per totum. & maxime in ca.ſi quis Epiſcopus.ad quod concor.C.de male. & ma-

Aſtrologia, an ſit licita. de qua præ ceteris B. Thomas. 2. 2.q.95.ar.5.

6 th.l.nullus. & l. nemo. dicendum eſt † quod vnus ſit iudex omnium prædictorum: & iudex iſte erit Epiſcopus loci ex ſua ordinaria poteſtate, vt 26.q.5.c.contra idolorum. & c. Epiſcopi.& c. peruenit.Hæc enim ſunt crimina eccleſiaſtica,quæ ſūt Epiſcopis reſeruata, vt no.in dicto.c.contra idolorum.& c.Epiſcopi.& c.peruenit.ad quod facit ext.de pœ.& remiſ. c. 2. lib. 6.& probatur aperte in quadam extrauag.Bonifacii Papę.inter

Quis omnium iſtorum ſit Iudex.

7 cunctas.Inquiſitor † autem c,cui eſt ſolummodo commiſſa iu-
c riſdictio in cauſis hęreſis;non intromittet ſe de iſtis talibus indiſtincte: ſed demum quando exceſſus talium ſaperet hæreſim manifeſte,vt puta quia tales dicunt manifeſte ſe poſſe ſuis magicis artibus præſcire futura: quod quidem eſt propriū ſolius Dei;vt ſupra eſt dictum. vel quia vadunt ad aras idolorum: & dæmones colunt:& recipiunt ab eis reſponſa: vel quia adorant ſolem,lunam,vel ſtellas,planetas,vel aliqua elementa; ſeu etiā aliqua corpora terrena, dicentes, & credentes ſe poſſe aliquid conſequi ab alio,quam a Deo: vel aliquid poſſe fieri præter nutum Dei;per quem omnia facta ſunt, & fiunt:& præter quem nihil poteſt eſſe diuinum, vt dictum eſt ſupra. vel etiam quia dicant,& teneant aliqua tanquam vera,& licita; quæ tanquam falſa,& illicita ſunt ab Eccleſia improbata: & hæc cōſtāt manifeſte ſine dubietate Inquiſitori. Nam certe his caſibus Inquiſitor contra tales ſuam iuriſdictionem exercere poterit:cum iſta ſapiant hæreſim manifeſte;vt probant iura prædicta. Et ita debet intelligi ext.eod.c.accuſatus.§.ſane.lib. 6. Secularis autem poteſtas ſe intromittet de talibus circa pœnæ corporalis impo-

Quæ hæreſim manifeſte ſapiunt, iuriſdictioni inquiſitorum ſubdūtur: quæ autem ea ſint,tradit Simancas catho. inſtit. tit. 62. nu. 3. adde lib. 2. adnot. in Director. Schol. 49. §. quidam autem.

8 ſitionē;prout infra dicetur. Sed† pone quod aliqui venerātur, & adorant aliquod corpus hominis viuentis, vel defuncti; dicentes ipſum eſſe ſanctum,& facere miracula; quod tamen nō

Quæſtio. De venerantibus corpus ali-

dum

cuius non canonizati.

Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. in decreto de inuocatione ſanctorum & ſacris imaginibus. §. hæc vt fidelius. adde Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi, par. 3. conſideratione 48.

dum erat canonizatum ab Eccleſia, ſeu annexum catalogo Sanctorum: quid erit? nunquid tales licite faciunt? & per quem poterunt prohiberi? Dic, quod ſi ipſi venerantur, & adorant illud, credentes illud corpus aliquid poſſe pręter Deum, ſeu nutum Dei; hæc ſapiunt hæreſim: & per Inquiſitorem poterunt coerceri, vt ſupra in ſimili eſt oſtenſum. Sed ſi id faciunt, credentes ipſum habere ex ſuis Chriſtiq; meritis gloriam apud Deum; & credentes quod poſſit ſuis precibus à Deo gratias impetrare, quod iſti tales non ſunt hæretici; & contra eos non habebit ſe intromittere Inquiſitor: quia vere ipſi non deprehenduntur per hoc errare in fide; licet poſſint deprehendi errare in facto: & de hoc nihil ad Inquiſitorem, vt dicto c. accuſatus. §. ſane. Immo fuit opinio Hoſti. & Inno. ext. de reliquiis, & vene. ſanctorum. c. 1. in fin. quod liceat vnicuique in ſecreto honorare defunctum, quem reputat fuiſſe bonum, & eſſe ſaluum; quod pro eo fundat preces ad Deum, vt ibi patet in commentis eorum. Sed tamen ſi iſti publice, & palam venerantur, & adorant non canonizatum, male faciunt: & debent ab huiuſmodi veneratione abſtinere, donec canonizetur; & per Eccleſiam approbetur: & ſi non abſtineant; debent, & poſſunt per ſuum Epiſcopum penitus coerceri: quia faciunt rem prohibitam publice fieri, vt 11. q. 3. ſi quis hominem. ext. de reliquiis, & vene. ſanctorum. c. 1. & 2. Nec excuſantur propterea, quia vidiſſent miracula de tali homine: quia illa quandoque fiunt dæmonis [d] poteſtate; qui conatur, & quotidie ſatagit populum decipere. 26. q. 5. ca. penul. & fin. Et circa hanc materiam, vide quod not. Dominus Ioan. An. ext. de reliquiis, & vene. ſanctorum. cap. 1. lib. 6. in gloſ. quæ incipit: Solus Papa. Reſtat modo videre de vltimo, videlicet de pœnis [e] illorum Diuinatorum, Incantatorum, & ſimilium, de quibus dictum eſt ſupra. Et circa hoc videtur dicendum, quod vbi exceſſus talium ſapit hæreſim manifeſtam; quod ipſi tanquam hæretici puniuntur: & pœnæ hæreticorum ſunt determinatæ à iure, vt ſupra patet, de pœnis hæreticorum. At vbi exceſſus eorum non ſapit hæreſim manifeſte; tunc nihilominus eſt eis pœna multipliciter infligenda. Et quædam eis infligitur de iure canonico, & per iudicem eccleſiaſticum: quædam de iure ciuili, & per iudicem ſecularem: ſicut contingit in crimine hæreſeos: pro-

d

De pœnis uideto Simancam catho. inſtit. ti. 21. nu. 23. & lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 49. §. ſed amplius.

e

pter

pter quod variæ pœnæ à diuerſis iudicibus infliguntur, vt ſupra patuit de pœnis hæreticorum. Pœnæ igitur, quæ talibus infliguntur de iure canonico, ſunt iſtæ. Nam primo † talia exercens incurrit mortale peccatum: & ob hoc eſt ſibi euchariſtia deneganda, vt ext. de ſortil. c. 1. & per totum. de conſe. diſt. 2. c. pro dilectione. Item talia exercens, & ad eam concurrens eſt infamis, vt dicto c. pro dilectione. in fi. ad hoc. ff. de his qui. not. infa. l. 2. §. ait prætor. & 2. q. 8. quiſquis. Quæ quidem intellige eſſe vera; ſi modo crimen tale eſt notorium: aliàs non, vt de conſe. diſt. 2. ca. non prohibeat. & c. ſequenti. Accedat ext. de officio ordi. c. 2. Item cum talia exercente nullus debet conuerſari ſub pœna anathematis: nec eum in ſua domo recipere, vt 26. q. 5. c. 1. & c. ſi quis ariolos. Et hæc certe non eſt parua pœna, ſed magna: verſari inter homines; & hominum carere ſuffragiis, vt C. de apoſtatis. l. hi qui ſanctam. Item talia exercens poteſt ab vxore, fratribus, ſororibus, & filiis dimitti, vt 28. q. 1. non ſolum. & c. ſi infidelis. Item eſt admonendus quod talia deſerat: & niſi deſiſtat; eſt coercendus. 26. q. 5. non oportet. & c. aliquanti. & c. ſortes. & c. ſi quis clericus. Item poteſt alia pœna arbitraria pro motu Epiſcopi caſtigari. 26. q. 5. peruenit. & c. contra idolorum. & c. Epiſcopi. & c. ſi quis Epiſcopus. & c. quicunque. & c. nec mirũ. & quaſi per totum. Pœnæ † vero quæ talibus infliguntur per iudices ſeculares ſecundum legitimas ſanctiones, ſunt iſtæ: quia patiuntur vltimum ſupplicium, hoc eſt pœnam mortis, vt C. de mal. & math. l. nemo. & l. nullus. & l. fi. Item confiſcantur, & eis auferuntur omnia ſua bona, vt C. de paga. & ſacrific. l. 1. Multa alia poſſent dici circa præmiſſa: ſed pro nunc ſufficiant ſupradicta.

Pœnæ de iure canonico. 9

Pœnæ, a iudicibus ſecularibus infligendæ 10

ADDITIO.

a Diuinatores. *Adde D. Auguſt. cuius ſententiam habes in decretis, 26. q. 3. & 4. cap. igitur. & D. Tho. ſec. ſec. q. 95. ar. 3. qui dicit omnem diuinationem ad futurorum euentuum præcognitionem, vti aliquo Dæmonum auxilio ſeu conſilio, quod vel expreſſe vel tacite imploratur. At quoniam Dæmones expreſſe inuocati, multipliciter futura prænunciare ſolent, ideo diuinationum variæ ſpecies aſſignantur. Quæ enim per præſtigioſas quaſdam apparitiones fit,*

Diuinationum, ſpecies.

Præſtigium.

ex eo

ex eo præſtigium dicitur, quia mortalium oculi perſtringuntur, vt etiam D. Aug. atteſtatur in li. de ciuitate dei. & habetur in decr. 26.q. 5.c.nec mirum.§. præſtigium. Quæ fit per ſomnia, diuinatio ſomniorum vocatur. Quæ inſuper fit per mortuorum apparitionem, necromantia appellatur, vt in d. c. nec mirum. Nam quibuſdam præcantationibus mortui reſuſcitati diuinare, & ad interrogata reſpondere videntur. Quod abſq; ſanguinis admixtione non fit. Nam ſanguinem Dæmones amare, & colore ſanguinis facilius prouocari dicuntur. Diuinatio vero quæ fit per viuorum hominum apparitionem, vt in arreptitijs conſpicimus, vocatur diuinatio per pythones. Quæ autem fit per figuras vel ſigna in aliquo terreſtri corpore, ſiue id ligneum ſiue ferreum, aut lapideum ſit, geomantia vocatur. Si in aqua, hydromantia dicitur. Si in aere, aeromantia; Si in igne, pyromantia: Si deniq; in viſceribus animalium quæ in aris Dæmonum imolantur, haruſpicium appellatur.

Somniorum diuinatio. Necromantia. Pythones. Geomantia. Hydromantia. Aeromantia. Pyromantia. Haruſpicium.

Hæc omnia cum expreſſa Dæmonum inuocatione fieri D. Tho. in d. loco atteſtatur. Qui etiam ea ſubnectit, quæ abſq; expreſſa Dæmonum inuocatione ad aliquid præcognoſcendum fieri noſcuntur, nempe dum aliquid in rerum diſpoſitionibus conſideratur. Qui itaq; ex ſyderum motu & ſitu quidpiam præſcire contendit, ad aſtrologos attinet. Qui ex auium aliorumue animalium voce aut motu, vel ex hominum ſternutatione, ſiue ex membrorum ſaltu id conſequi ſtudent, ad augures pertinere dicuntur. Nam augurium ab auium garritu, ſicut auſpicium ab auium inſpectione denominatur: & primum ad aures, ſecundum ad oculos ſpectare dignoſcitur. Quod ſi diuinatio ex hominũ verbis abſq; intentione aliqua prolatis, exhauritur, omen vocatur. Si vero figurarum diſpoſitiones in corporibus aliquibus conſiderentur, prout viſui obijciuntur, alia diuinationis ſpecies conſtituetur. Diuinatio quippe ex lineamentis manus, chiromantia vocatur. Quæ vero ex quorundam ſignorum inſpectione fit, quæ in cuiuſpiam animalis ſpatula appareant, ſpatulamantia dicitur.

Aſtrologi. Augurium. Auſpicium. Omen. Chiromantia. Spatulamãtia.

Quædam inſuper eſt diuinatio abſq; expreſſa Dæmonum inuocatione, quæ ex eorum fit conſideratione, quæ, ex quibuſdam ſerio factis, ad aliquod occultum inquirendum eueniunt. Quod ſi per punctorum protractionem fiat, ad geomantiam reduci poteſt. Quidam præterea diuinationẽ exercent per figuras, ex liquefacto plumbo in aqua proiecto, prouenientes. Nonnulli ex cedulis ſcriptis in occulto repoſitis, & occulte etiã acceptis. Aliqui ex inæqualibus feſtucis extractis. Quidam ex taxillorum proiectione maiorem vel minorem punctorũ numerum conſiderant. Alij librum aperiunt, & quod primo ſibi occurrit legunt, & ex eo occultũ præſcire exiſtimant. Hæc omnia, inquit D. Tho. ſortium nomen habent. Vide etiam de his Archiep. par. 2. tit. 12.

Geomantia. Figuræ plumbeæ. Cedulæ. Feſtucæ. Taxilli. Libri.

tit. 12. c. 1. §. 3. 4. & ſeq. Syluеſt. in verſ. ſuperſtitio. §. 4. 5. & ſeq. Tab. in ver. Sorſ. §. 2. 3. 4. & ſeq. Card. Caiet. ſuper ſec. ſec. in d. q. 95. & in Sum. pec. in ver. diuinatio. & eundem D. Tho. in Opuſc. 25. c. 4. & 5. Et adde Paul. Ghirl. in tract. de ſortileg. q. 2. nu. 6. 7. & ſeq. Bonif. Vitali. in tit. de ſortileg. & mat. nu. 2. 3. & ſeq. Azon. in Sum. C. de malef. & mat. nu. 2. Hoſt. in Sum. eo tit. §. quot ſint eius ſpecies. & Iodoc. in pract. cap. 61. nu. 87. Adde Siman. catho. inſtit. 11. 21. & tit. 63.

b Licite. *Adde doctrinam D. Tho. ſec. ſec. d. q. 95. ar. 8. per totum. & in Opuſc. 25. c. 4. Archiep. par. 2. tit. 12. c. 1. §. 9. Sylueſtr. in ver. ſuperſtitio. §. 6. Tabie. in ver. Sorſ. §. 1. Card. Caiet. in Sum. in ver. ſortilegium. ſed melius ſuper d. art. 8. q. 95. ſec. ſec.*

c Inquiſitor autem, &c. *Adde & nota diſtinctionem poſitam à Direct. par. 2. q. 42. videlicet quod aliqui ſunt diuinatores & ſortilegi meri & ſimplices, vt Chiromantici, & alij de abſconditis iudicantes, qui in tit. de ſortilegijs comprehenduntur, & præſertim in c. ex tenore. De his Inquiſitor iudicare non debet. c. accuſatus. §. ſane. eod. tit. lib. 6. Quidam vero ſunt diuinatores & ſortilegi non meri, ſed ad hæreſes contracti, vt qui Dæmonibus honorem latriæ vel duliæ impendunt, puerum rebaptizant, & ſimilia faciunt vt futura ſeu cordis abdita diuinent. Et hæc hæreſim manifeſte ſapiunt, ideo tales diuinatores Inquiſitoris iudicium non effugiunt.* Quos nam diuinatores, Inquiſitor iudicet.

Subdit vlterius Direct. quod tales conuicti & pœnitentes & abiurantes, ad miſericordiam recipiendi ſunt. Quod ſi pœnitere & abiurare noluerint, ſeculari brachio tradantur. Si vero non clare conuicti, ſed tantum ſuſpecti inueniuntur, iuxta qualitatem ſuſpicionis aut leuis, aut vehementis, abiurare debent. Si deniq; infamia tantummodo laborant, purgatio canonica illis indicenda eſt. prout dictum eſt de his, qui in hæreſim lapſi deprehenduntur, ſeu ſuſpicione aut infamia laborant, &c.

Rurſus adde q. mox ſequentem, quæ eſt 43. vbi egregie diſputat an Dæmones inuocantes, tanquam ſortilegi vel tanquam hæretici vel ſuſpecti de hæreſi ſint habendi, ita quod Inquiſitoris iudicio ſint ſubiecti. Et iactis fundamentis de triplici modo inuocandi Dæmones, tribus concluſionibus reſpondet, quarum hæc prima eſt. Si inuocantes Dæmones honorem latriæ his exhibuerint, & de hoc conuicti fuerint, non vt ſortilegi, ſed vt hæretici in omnibus ſunt iudicandi. Idq; primo probat per quamplures Theologos. Secundo per Canoniſtas. Tertio per eccleſiæ determinationem. Adducit in primis D. Aug. in lib. 10. de ciui. dei. dicentem quod Dæmoni ſeu alij à Deo holocauſtũ aut ſacrificium, vel quid ſimile offerentes, læſæ maieſtatis crimen incurrunt. Nam tales Dæmonem, ſuum eſſe Deum actu illo fatentur. Et in 2. de doctri. chriſti. tales infideles & ſuperſtitioſos appellat. Inſuper allegat D. Tho. ſuper Iſai. cap. 3. dicentem quod inquirere à Inuocantes Dæmones, an vt hæretici ſint habendi. Conclu. 1. D. Aug. D. Tho.

Dæmonibus

Apoſtaſia. Dæmonibus eſt ſemper peccatum & apoſtaſia à Deo. quod etiã confirmat in 2. ſen. diſt. 7. q. 3. ar. 2. vbi quærit an vti auxilio Dæmonis ad effectus corporales, ſit malum. Cui quæſito reſpondens dicit, quod ea quæ ſunt ſupra facultatem humanæ naturæ, à ſolo Deo requirenda ſunt. Et ideo ſicut grauiter peccat qui illud quod eſt Dei, creaturæ impendit per idololatriæ cultum: ita etiam grauiter peccant qui ea quæ à Deo expetenda ſunt, auxilio Dæmonum implorant. Et huiuſmodi eſt vaticinatio de futuro. vnde dicitur Iſa. 8. Nunquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem pro viuis ac mortuis? Et ſimiliter etiam in alijs operibus magicis, in quibus complementum operis ex virtute Dæmonum expectatur. In his enim omnibus eſt apoſtaſia à fide per pactum initum cum Dæmone, vel verbotenus ſi inuocatio interſit, vel facto aliquo etiam ſi ſacrificia deſint. non enim poteſt homo duobus dominis ſeruire, vt dicitur Mat. 6.

Vaticinatio de futuro.

Pactum.

Alber. mag. Confirmatur hoc etiam per Albertum Magnum eodem loco, art. vlt. Dicit enim quod in talibus eſt ſemper apoſtaſia verbi vel operis. Nam ſi inuocationes, coniurationes, ſacrificia, ſubfumigationes, & adorationes fiant, tunc aperte pactum initur cum Dæmone; & tunc aperte eſt apoſtaſia ibi oris. Si autem non fit niſi opere ſimplici, tunc eſt apoſtaſia operis. Quare per illud opus expectatur aliquid à Dæmone. Cum autem expectatur aliquid à Dæmone, vel aliquid percipere per ipſum, ſemper eſt fidei cõtumelia, & ideo apoſtaſia. Hæc Albertus. Adducit etiam ibi Petrum de Tarant. Ord. Præd. qui fuit Papa Innoc. V. ſuper 2. ſen. ead. diſt. Card. Bonauent. Alex. de Hales, & Guidonem Carmel. Quibus adde D. Tho ſec. ſec. q. 92. ar. 1. & 2. & q. 94. ar. 1. & Card. Caiet. in dictis locis. & præſertim in d. q. 92. ar. 1.

Apoſtaſia.

His præterea addo eundem D. Tho. eadem par. & q. ar. 4. vbi reſpondens quæſito de diuinatione per inuocationem Dæmonum facta, eam prorſus illicitam duplici de cauſa atteſtatur. Primo quia inuocatio ipſa pactum eſt cum Dæmone expreſſe initum, quod omnino illicitum eſt, iuxta illud Iſa. 28. Dixiſtis enim percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Quod tunc grauius eſſet, ſi ſacrificium vel reuerentia inuocato Dæmoni exhiberetur. Secundo quia perditionem hominum ex ſuis reſponſis Dæmõ intendit. Nam & ſi vera dicat, nil aliud tamẽ magis intẽdit quàm homines ad hoc aſſuefacere vt illi credãt. Idq́; auctoritate Athanaſii cõprobatur, ſuper illud Luc. 4. & increpauit illum Ieſus dicẽs: Obmuteſce.

Inuocatio, eſt pactum expreſſum.

Facit etiã quod dicit idem D. Tho in d. Opuſc. 25. c. 4. in fin. Huiuſmodi, inquit, immundi & fallaces ſpiritus ambiunt honorem diuinitatis ſibi ab hominibus deferendum: & ideo illis rebus ſe ingerunt, quæ ad Deum pertinere videntur, vt diuinitatis eis honor ab hominibus deceptis exhibeatur. Et inde eſt quod imaginibus, quas à

Diuinum honorem, Dæmon ambit.

principio

principio fecerant homines ex inordinato affectu ad mortuos, Dæmones ſe incluſerunt, in quibus reſponſa dabant, vt ex hoc diuinum honorem ſibi conquirerent. Similiter etiam cum per ſortes, vel quolibet alio modo, homines præter debitum ordinem occulta exquirunt; ingerunt ſe Dæmones, vt diuinationis prætextu homines in errorem inducant. Confirmat hæc omnia per D. Aug. ſuper Gen. ad lit. & in 2. de Doct. chriſt. & per Valerium Max. De quibus vide illum etiã in d. q. 95. ar. 5. & in lib. 3. cont. gent. cap. 154. ibi. maligni autem ſpiritus veritatem fidei corrumpere molientes. Et in eodem Opuſc. 25. cap. 5. in prin. dicit: Nulli Chriſtiano licet aliquod pactum ſocietatis cum Dæmonibus habere. Dicit enim Apoſtolus 1. Cor. 10. Nolo vos ſocios fieri Dæmoniorũ. Ad quam ſocietatem pertinent non ſolum manifeſte Dæmonum inuocationes, quibus Necromantici vtuntur, ſed etiam quæcunq́; occulta pacta cum Dæmonibus inita. Et hoc confirmat per eundem Aug. in 2. de doctri. chriſt. Omnes, inquit, artifices huius vel nugatoriæ vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & Dæmonum, quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta penitus ſunt repudianda & fugienda Chriſtiano. Quæ verba canonizata ſunt. 26. q. 2. c. illud.

Idololatriæ origo.

Pactum ſocietatis.

Poſſem quamplures alias Theologorum ſententias ſuper id in medium producere, ſed ne diſputationem nimium protrahere, & lectoris mẽtem locorũ multiplicitate à veritatis cognitione retardare videar, duo præcipue ex his omnibus à Sacri huius Officij miniſtris cõſideranda eſſe putaui. Horum primum eſt, pactum & fœdus cũ Dæmonibus initum; ſecundum vero eſt, quod in his Doctores Theologi apoſtaſiam à Deo ſemper inueniri fatentur. Quod autem ad pactum attinet, id primo notandum eſt, quod pactum quandoq́; conuentionem ſignificat, vt ſi inter duos conuentum ſit, quod altero hoc vel illud faciente vel dicẽte, alter faciet hoc, &c. Nonnunquam pro ſociali actu accipitur. Inuocatio itaq́; Dæmoniorum, quæ pactum expreſſum cum Dæmone eſſe dicitur, actus ſocietatis cum ſit, pactum initum ideo vocatur, quia ſocietas pactũ ſeu fœdus includit. Nullus quippe ad Dæmonem recurrit; niſi de illo veluti ſaltem amico benefico confidat. Quare inuocatio illa aut inita ſocietas, aut ſocietatis initium eſt.

Quæ Inquiſitor perpendere debeat.

Huc tendunt figuræ, & verborum ignotorum prolationes, quibus aliqui per artem notoriam ad ſcientiam conſequendã vtuntur. Talia quippe cum ſcientiæ cauſa eſſe non valeant, ſigna nõ diuinitus inſtituta, ſed ad Dæmonũ conuentiones & fœdera ſpectãtia eſſe neceſſe eſt. De quibus D. Tho. ead. par. q. 96. ar. 1. quem vide ibidem in ar. 2. & 3. vbi de ſignis agitur ad corporum immutationem & ſanitatem, & ad futurorũ præcognitionem. Huc inquam tendunt ſigna, & characteres quæ ad ſanitates & alios effectus inducendos fiunt. Horum enim figura & forma cum naturaliter quidpiam efficere non

Ars notoria.

Signa & characteres.

poſſit, ſi aliquid operantur, Dæmonum virtuti aſcribendum eſt, vt in ar. 2. in reſp. ad 2. habemus. Idem de cartulis & ligaturis ad collũ ſuſpenſis in quibus characteres & ignota nomina, ſeu Dæmonũ inuocationes aut falſitates & mendacia conſcribuntur, vt ibidem in ar. 4. mox ſeq. Ipſi quippe per talia mendacia & vana inuocati veniunt, vt hominibus perſuadeãt ea eſſe vera, & in talibus lapidibus aut herbis ſeu verbis, & characteribus eſſe virtutem aliquam ad fugandum, ſeu ad conſtringendum Dæmones. D. Thom. de po. q. 6. ar. 10. Et alliciuntur his & diuerſis animalium generibus, & carminibus, &c. non vt animalia cibis, ſed vt ſpiritus ſignis, quatenus ſcilicet hæc eis exhibentur in ſignum diuini honoris, cuius ipſi ſunt cupidi. par. 1. q. 115. ar. 5. in reſp. ad 3. & ſec. ſec. q. 85. ar. 2. in reſp. ad 2. de po. q. 6. ar. 10. Item ſub certis conſtellationibus vocati veniunt, vt homines in errorem inducant ad credendum videlicet numẽ aliquod in cœlis eſſe. par. 1. eod. ar. ad 2. Rurſus vocati à virginibus obediũt, vt in hominibus opinionẽ ſuæ diuinitatis inducant quaſi munditiam ament. de po. q. 6. ar. 10. ad 4. quem articulum vide, ſi Dæmonũ malitiam explorare cupis. De quorum poteſtate & aſtutia vide collecta per Syluestr. in ver. maleficium. §. 2. 3. & 4.

Cartulæ & ligaturæ. Dæmonum aſtutia.

Ex his itaq; ſubtiliter perpẽdendũ eſt ſocietatis cũ Dæmone initæ conditionẽ. Nam cum Dæmon Regis noſtri perpetuus hoſtis exiſtat, qui nullo modo reconciliari poteſt, quicunq; cum eo fœdus pepigit, aut ſocietatẽ habet læſæ maieſtatis criminis, ex eo quoq; reus eſt, quia contra fidelitatẽ Chriſto debitã, facit. Quare optime D. Aug. à D. Tho. ſæpe citatus, dixit amicitiam hanc infidelẽ & doloſam exiſtere. Quibus admiſſis alterũ quod antea propoſitũ fuit iam patere poteſt, nẽpe id apoſtaſiam à Deo eſſe. de qua vide D. Tho. ſec. ſec. q. 12. ar. 1.

Dæmon hoſtis perpetuus.

Et vt ad Direct. reuertamur adducit pro ipſa concluſione ex Canoniſtis Io. An. ſuper c. accuſatus. §. ſane. in ver. ſaperẽt. Archid. ſuper eodem ver. Io. Mo. ibidem. & Oldra. in compilatione quæſtionum, in conſ. 200. q. 6. qua quærit, an Io. de Poliaco, qui pocula amatoria mulieri dederat, ſit de hæreſi vehementer ſuſpectus. Guiliel. de monte Land. & Barthol. Raimundi ſuper eodem ver. ſaperent. Ex horum quippe ſententia clare percipitur, quod hæc hæreſim manifeſte ſapiũt, nempe circa aras idolorum nefarias preces emittere, ſacrificia offerre, Dæmones conſulere, eorumq; reſponſa ſuſcipere, hæreticos propter ſortes exercendas ſibi aſſociare, his corpus & ſanguinem Chriſti miſcere, in ſortibus, vt reſponſa habere poſſint, puerum rebaptizare. Ratio pro his adducitur, quia ſi adorare hæreticos, hæreticum eſt. §. ille quoq;. c. accuſatus. eod. tit. hoc autem non propter perſonam, ſed propter vitium, ergo vbi erit maius vitium, ſicut eſt in adoratione diaboli, erit maius peccatum.

Vide Alſonſum Caſtrum lib. 1. c. 15. de Iuſta hæret. punit. Quæ hæreſim manifeſte ſapiant.

His addo Panor. in c. 1. de ſortileg. nu. 4. qui dicit quod in prædi-

ctis

ctis cõmittitur idololatria. Fely. in rubr. de hæreticis. qui allegat Oldra. in conſ. 20. incip. regulis. habetur traditio, vbi dicit quod inuocatio Dæmonum ad ſciendum futura eſt hæreſis, quia attribuitur creaturæ quod eſt creatoris. iuxta illud Iſai. 41. Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos. Io. An. in additionibus ad Specul. in par. 3. tit. de ſortileg. vbi adducit ſupra poſitam doctrinam D. Tho. ſec. ſec. q. 95. ar. 4. & conſ. Oldra. 210. quod an idem ſit cum illo conſilio à Direct. & à Fely. & alijs adducto, tu vide; & Gondiſal. in d. tract. q. 9. nu. 6. & ſeq. vſq; in fin. q. vbi ſatis erudite iuxta D. Tho. & Canoniſtarum ſententiã de his diſſerit. Paul. Ghirl. in tract. de ſortileg. q. 10. per tot. & vide omnino Iodoc. in ſua pract. cap. 61 nu. 109. & ſeq. vbi agit de profeſſione tacita, quæ fit cum miniſtris Dæmonis, & de profeſſione expreſſa quæ fit cum Dæmone ipſo.

Tertio Direct. adducit c. Epiſcopi. 26. q. 5. vbi de ſortilegis & magicis profeſſoribus tractando adducitur illud Apoſtoli; Hæreticũ hominem poſt primam & ſecundã correctionẽ deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, & is etiam qui huiuſmodi eſt. Rurſus de mulieribus illis quæ cũ Diana vel Herodiade nocturnis tẽporibus equitare credunt, dicitur quod à recta fide deuiãt, et errore paganorũ inuoluũtur: quia aliquid diuinitatis aut numinis, extra vnũ Deum arbitrantur. Item in c. quidã. 24. q. 3. vbi hæreticorũ ſectæ numerantur, Ophitæ recenſentur, qui ſerpentẽ colunt. Caiani qui Caim adorant. Angelici qui Angelos ſimiliter colũt: ex quibus arguitur, quod ſi adorãtes aut colentes homines aut angelos, inter hæreticos cõputantur, multo magis Dæmones colentes, adorantes, vel his ſacrificantes, hæretici cenſendi ſunt, & ab Inquiſitoribus iudicãdi. Adducit præterea pro dicta concluſione extrauag. Io. 22. Super illius ſpecula. in qua tales nomine ſolo Chriſtiani vocãtur, quia, relicto primæ veritatis lumine, tanti erroris caligine obnubilantur, quod cum morte fœdus ineunt, et pactũ faciunt in inferno cum Dæmonibus. Et ſtatim actus quoſdã enumerat quos ipſi peragũt. Nam, inquit, Dæmonibus immolãt, hos adorãt, fabricãt et fabricari procurãt imagines, annulũ, vel ſpeculũ vel phialã vel rẽ quãcunq; aliã magice ad Dæmones inibi alligãdos. Ab his petunt reſpõſa, ab his recipiunt, & pro implẽdis prauis ſuis deſiderijs, auxilia poſtulãt, pro re fœtidiſſima, fœtidã exhibent ſeruitutẽ, & infra. Statuẽtes firmiter, quod præter pœnas prædictas contra tales, qui admoniti de prædictis ſeu prædictorũ aliquo, infra octo dies à monitione cõputandos præfata, nõ ſe correxerint, ad infligẽdas pœnas omnes & ſingulas, præter bonorum confiſcationem dumtaxat, quas de iure merentur hæretici, per ſuos competentes iudices procedatur.

Sed intellectus huius c. Epiſcopi. ualde eſt difficilis. de quo vide Paulum Ghrillandũ tracta. de ſortile. q. 7. & Alfonſum Caſtrum lib. 1. c. 16. de iuſta hæret. punit.

Hãc refert etiam repertorium inquiſito. verbo, ſanguine.

Obſeruat demũ Direct. quod actus iſti à Io. An. Io. Mo. Archid. & Io. 22. enumerati, non ſunt copulatiue ſumendi, adeo vt omnes

ſimul iuncti hæreſim manifeſte ſapiant, & nõ aliter, immo dicit quẽlibet illorũ hæreſim manifeſte ſapere. Nam inuocare Dæmonem, aut aram illi conſtruere, vel ſacrificiũ illi offerre, ſeu actus alios, qui ſoli Deo iuxta latriæ cultũ debentur, ei exhibere, ad hæreſim manifeſte ſpectat. Satis quippe eſt in aliquo iſtorum delinquere, ad hoc vt quis Inquiſitorũ cenſuræ & iudicio ſubijciatur. De iſto cultu latriæ vide D.Tho. in 3. cont. gent. c. 120. & 3. ſent. diſt. 9. q. 1. & par. 3. q. 25.

Concl. 2. Non facile veniendum eſt in hanc ſentẽtiã, ſed plurimum ſpectanda eſt perſonarũ qualitas & conditio, et cauſa ob quam inuocãt, & modus inuocandi, quæ & augere culpam & ſuſpicionẽ, & minuere plerunque ſolent. lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 50. §. ſecundus caſus.

Secunda concluſio eſt. Et ſi Dæmonum inuocatores, honorẽ latriæ Dæmonibus inuocatis non exhibeãt, ſed quidpiã ad cultũ duliæ dumtaxat agant; nihilominus veluti hæretici habendi & puniendi ſunt. Id autẽ fit cũ quis Dæmones inuocans aliorũ falſorũ deorũ nomina inter nomina ſpirituũ beatorũ vel ſanctorũ in ſuis quibuſdã nefarijs orationibus miſcẽdo, mediatores in illis orationibus à Deo exaudiẽdos eos appellat, vel cereos accẽſos apponit, aut Deum per eorum nomina vel merita obſecrat, vel quidpiam ſimile facit. Nam ſi modũ exorandi ſanctos ab eccleſia inſtitutum conſpicimus, proculdubio videbimus quod hæc non Dæmonibus, ſed ſanctis, & beatis ſpiritibus exhibenda ſunt. Probatur itaq; cõcluſio, quia duplici ex cauſa honor duliæ cuiquã exhibetur, nempe ratione ſanctitatis, & ratione gubernationis, vt habetur à D.Tho. in 3. ſen. diſt. 9. q. 2. ar. 3. Primo modo Abraham adorauit Angelos Gen. 18. & Loth ſimiliter, Gen. 19. & Manue. Iud. 13. & Aſſuerus Mardocheum, Eſter. 6. & Salmanaſar Tobiam præ cæteris honorauit, Tob. 1. Et hac de cauſa nos ſanctos angelos & beatos in patria cæleſti regnantes hymnis, canticis, laudibus, templis & aris, necnõ & diebus feſtiuis honoramus. Secundo modo Nathan & Berſabee adorauerunt Dauid Regem, 3. Reg. cap. 1. & nos Reges Principes, & Pontifices Dei vices in regimine gerentes, honore duliæ veneramur. Sed in Dæmonibus nulla ſanctitas eſt, nec aliqua mundi gubernatio illis commiſſa eſt: igitur honor duliæ eis exhibendus non eſt.

Qui itaq; Dæmones cultu ſeu honore duliæ venerantur, illos ſanctos, Dei amicos, aut vicarios, vel rectores aut gubernatores à Deo conſtitutos eſſe proteſtantur; quæ omnia falſa & hæretica ſunt. Nam ipſi in malitia obſtinati, & ignibus æternis deſtinati ſunt, nullumq; dominiũ proprie habent, niſi reſpectu ipſorũ Dæmonũ, quia inter eos eſt ordo naturalis, & cõſequenter prælatio, teſte D.Tho. par. 1. q. 109. ar. 1. & 2. ſed ſerui & captiui in inferorum carceribus detinentur: nec quidpiam habent, quod dulia dignum exiſtat. Quamuis enim excellens ſit Dæmonum natura, virtutem tamen in vitium adeo cõmutarunt, vt nec virtus in illis amplius inueniatur, nec naturalẽ aptitudinem ad virtutem ipſam liberam habeant, vt dicit D.Tho. in dicto ar. 3. q. 2. diſt. 9. 3. ſent. in reſp. ad 5. In Dæmonibus, inquit, eſt ligata aptitudo naturalis ad virtutem: & ideo non debet

eis dulia

cis dulia exhiberi, & in par. ſec.ſec.q.103.ar.2. ad 2.dicit: ſi prælati ſunt mali; non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, ſed propter excellentiam dignitatis ſecundum quam ſunt Dei miniſtri, & etiam in eis honoratur tota communitas cui præſunt. Dæmones autem ſunt irreuocabiliter mali; & pro inimicis habendi, magiſq; honorandi. De adoratione latriæ vide D. Tho. ſec.ſec.q.84. Archiep. par. 3. tit. 12. cap. 9. per tot. Sylueſtr. in verſ. latria. Tab. in ver. adorare. De duliæ habes in eiſdem locis quàm diffuſiſſime. Ideo vide.

Prælati mali, cur honorantur.

Tertiam concluſionem Direct. conſtituit, nempe inuocātes, & conſulentes Dæmones, etiam ſi in inuocationibus & conſultationibus manifeſte nō appareat quod honor latriæ vel duliæ ipſis exhibeatur, non vt ſortilegi, ſed vt hæretici iudicandi ſunt. Quæ concluſio ideo poſita eſt, quia quamplures actus iſti Dæmonū inuocatores exercent, in quibus non ita clare percipitur an ipſis Dæmonibus honorem latriæ vel duliæ exhibeant, immo nullus quandoq; videtur honor in his reddi aut dari. Nam circulum in terra faciunt, quem ſignis aliquibus cœleſtibus exornant, & alijs ignotis characteribus muniunt, puerum virginem in circulo ponunt, enſem, ſpeculum, amphoram, vel aliud corpus planum vel lucidum aut perſpicuum coram virgine ſtatuunt, & ſuper his Necromanticus artis magiſter ſeu miniſter librum tenens Dæmonem inuocat, &c.

Concl. 3. Hæc tertia concluſio multā habet difficultatē, nec eſt facile admittenda: ad quam intelligēdam vide tradita per Peñā li. 3. adn. in Director. Schol. 50. §. tertius caſus.

Concluſio probatur, quia inuocare idem eſt quod colere & deprecari per gloſ. ſuper illud Gen. 4. in fin. Et iſte cœpit inuocare nomen Domini, et ſuper illud Ioel. 2. in fin. Omnis qui inuocauerit nomē Domini. dicit gloſ. inuocauerit ſe ſubijciendo & colendo. Rurſus inuocare vt actus latriæ à Deo præcipitur in Pſ. Inuoca, inquit, me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Ibi enim prius enumerat quamplures actus latriæ, vt ſunt ſacrificia, holocauſta, vitulorū & hircorum oblationes ſeu imolationes. deinde dicit: Imola Deo ſacrificium laudis & re. al. vo. tua. & inuoca me, &c. & Iſai. 55. Inuocate eum dum prope eſt. Item Iud. 10. inuocare vt actus latriæ prohibetur ne erga Dæmonem fiat. Reliquiſtis, inquit, me & coluiſtis deos alienos. & infra: Ite & inuocate deos quos elegiſtis. Ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ veſtræ. Et 3. Reg. cap. 18. dixit Elias prophetis Baal. Inuocate nomina Deorum veſtrorum; & ego inuocabo nomen Dei mei. Confirmat hoc D. Tho. ſuper illud Rom. 10. Omnis quicūq; inuocauerit nomē Domini ſaluus erit. Dicit enim, eſt autē inuocare in ſe vocare per affectū et deuotū cultū, & allegat Pſ. Inuocauit me, & ego exaudiā eum. Cum itaq; inuocare actus latriæ ſit, & fieri Deo præcipiatur, et ne Dæmoni fiat, prohibeatur, abſq; vlla cōtrouerſia colligi videtur, quod inuocātes Dæmones, etiā ſi alios actus latriæ vel duliæ nō exerceant, Inquiſitorū iudicio ſubijciuntur.

Adde quod inuocare non eſt ſemper actus latriæ. B. Aug. libro vnico locutionis de Geneſi circa finē.

Obiectio Archiep. *Verũ deciſioni prædictæ aduerſatur doctrina Sancti præſulis Anton.in par.2.tit.12.c.5.§.vnico per totum.quia omnes iſti actus fieri poſſunt abſq; errore in intellectu, & pertinacia in voluntate,quæ duo ad conſtituendum quempiam hæreticum neceſſario requiruntur, vt idem Archiep.ibidem dicit ante.§.& in ipſo §. & ego annotaui in addit.c.2.Nam dicit ille,quod baptizare imagines,adorare Dæmones,eis thurificare,cõculcare corpus Chriſti in luto, & omnia huiuſmodi,quæ ſunt horrenda peccata,niſi ſit error in intellectu, hæreticũ hominem non faciunt. Qui itaq; hæc agens,non male ſentit de ſacramento baptiſmi,aut de Dæmonum vi,cultu,natura, & poteſtate,magis ſortilegus quàm hæreticus eſt.*

Solutio. *Pro his intelligẽdis opus eſt ea notare,quæ ſupra in addit.cap.18. de externo Eccleſiæ iudicio,iuxta Theologos & Canoniſtas pertractauimus. Quibus iunge ea quæ ipſemet Archiep. ibidem dicit. Nã ipſe non negat quod talia facientes, veluti hæretici ab eccleſia iudicandi ſint: ſed dicit eos ex natura rei hæreticos non eſſe, cum ea in ſe non habeant,quæ hæreticum conſtituunt: hæreticos autem illos eſſe ex iuris fictione aut præſumptione admittit iuxta.c.accuſatus.de hæret.in 6.Eccleſia quippe iudicat ex verbis et factis,vt ſupra iam patuit c.3.nu. 2.& 3.pag.15.& ſeq. & cap.7. nu.2.3.& ſeq.pag.27. Et eccleſiæ iudicium ad forum externum pertinet,vt iam explicatũ eſt pag. 126.& ſeq. Et iudex ſecundum allegata & probata iudicat. per D. Tho. ſec. ſec.q.67.ar. 2.& Card.Caiet. ibi. & ſecundum leges.3.q.7.c. iudicet.& dictum fuit ſupra pag.2.de Inquiſitorum qualitate.& habes a D. Tho.in dicta par. 2.q.60.ar.5. Hinc habemus quod fieri poteſt,vt eccleſiæ iudicio aliquis iuris fictione aut præſumptione iudicetur hæreticus,qui ex natura rei hæreticus non eſt, vt ſi quidpiam fecerit,quo male de fide ſentire exiſtimetur. Qui enim imagines baptizauit,aut ſacro perunxit oleo, vel ſacratiſſima abuſus eſt Hoſtia,vel plures vxores ſimul duxit,de prædictis ſacramentis perperam ſentire videtur, & ideo licet abſq; errore in intellectu, & pertinacia in ratione talia fieri potuerint,vt ſi impudicitiæ cauſa ea fecerit,hic tamen merito ſuſpectus habetur, & contra illum Inquiſitor procedere debet.*

Quod ſi quis dicat hos effectus nõ tãtum ab errore in fide,ſed etiã aliunde euenire poſſe,vel ſi aliquis conuictus exiſtens quod talia fecerit,excuſet ſe ea feciſſe libidinis explendæ cauſa,de ſacramentis verò & eccleſiæ doctrina recte ſentire: reſpondemus quod niſi ipſe oppoſitum probauerit,pro hæretico haberi debet. Nam præſumptio iuris ſtat contra illum.arg. C. de iniurijs. l.ſi non conuicij. & gloſ. & Doct.ibi.Præſumuntur enim hæc animo hæretico facta, niſi contrarium probetur.ſicut ſi quis dicat ſe aliquid ioco dixiſſe, hoc probare debet.ff.de iniur. l. 3. & C. ad leg. Cor. de ſicarijs.l. 1. Facit

ad hoc

ad hoc c. accuſatus. eod. tit. lib. 6. & c. ad abolendam. §. præſenti. & c. excommunicamus. 1. & 23. q. 5. c. ſi vos.

Procedat itaq; Inquiſitor contra ſimilium ſcelerum auctores, & facto probato, quærat de cauſa ſeu intentione agentis. Quod ſi fatetur ſe ea feciſſe, quia credebat ſacramentum baptiſmi non modo hominibus, ſed etiā imaginibus ac cæteris irrationabilibus miniſtrandum eſſe: vel oleum ſanctum, ſacramq; Euchariſtiam profanis rebus licite miſceri, ac hominē plures vxores ſimul habere poſſe, &c. proculdubio hic vti hæreticus iudicandus atq; damnandus erit, niſi pœniteat, & errorem ſuum ad arbitrium iudicum deteſtari & abiurare uelit, vt ſæpe dictum eſt. Si vero dicat illa non ea intentione feciſſe, vt contra fidem catholicam quidpiam ageret, ſed vt his ſuffragium à Dæmone petitum facilius impetraret, non eſt ſibi credendum, niſi hoc ipſe probauerit. Non video tamen quomodo dicta Archiep. conſiſtant, dum adorantes Dæmones, illiq; ſacrificantes, ab hæreſis nota ſaluare cōtendit, cum tales actus ad latriæ cultum ſpectare apertiſſime conſtet, vt in hac eadem addit. ſatis ſufficienter oſtenſum eſt. Adorare etenim Dæmonem idolatrum eſt, & ſimiliter offerre illi ſacrificium & oblationem. Hæc, inquit, Card. Caiet. ſuper ſec. ſec. q. 95. ar. 4. ſupracitato, ad manifeſtum cultum Dæmonum directe pertinent, & hæreſim manifeſte ſapiunt, vt ex præmiſſis clariſſime liquet. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, dicebat Rex & legislator Chriſtus, Mat. 4.

Adde quod ſi ſimiles excuſationes admitterentur, vix pauci inuenirentur qui in hæreſim lapſi iudicandi eſſent. Facit ad hoc doctrina tradita in quodam tractatu de hæret. abſq; authoris nomine, in par. 2. in rub. qui ſint hæretici, verſ. ſecundo dato. Ibi enim dicitur, dato quod aliqui ſcienter prædicauerint vel dixerint contra fidem & bonos mores, adhuc ſe excuſant & excuſantur, quod non crediderunt nec credunt dictos errores; & hoc modo ſe excuſauit Dulcinus, hæreſiarca maximus, de cuius erroribus habes in Direct. par. 2. q. 12. Nam hic dicebat ea docuiſſe propter commoda delectabilia tēporalia, & propter vanam gloriam. Quibus non obſtantibus ſeculari iudicio relictus fuit. Confirmatur hæc doctrina per c. hæreticus. 24. q. 3. quæ verba ex Aug. ſumpta ſunt. & per quādam gloſ. antiquam ſuper d. c. hæreticus. quæ ita dicit; hæreticus ergo eſt qui ſcienter cōtra fidem catholicam prædicat, licet quod dicit, verum eſſe non credat. Si vero ſe excuſat dicendo quod leuitate, aut ira, vel ioco, ſeu turbatione, & abſq; deliberatione talia dixit, &c. tūc, inquit, ipſe reus debet probare prædicta & perfecte: et Inquiſitor ea debet diligēter inueſtigare, nec facilis eſſe debet ad recipiēdū talē excuſationē, quia fere omnes moderni hæretici ſic ſe excuſant. Hæc ex illo tractatu, qui diuerſas ponit hæreticorum excuſationes, et optime faciūt ad propoſitū.

Videto in hunc locum Simancam in adnot. ad Zanchinum cap. 13.

Necromanticorũ prauitates.

Confirmat hæc Tabie.in ver.excom. 5. caſu 4.§.12. vbi tractatur de his quæ continentur in illa extrauag.Io.22.quæ incip.ſuper illius ſpecula.& clarius in quodam conſilio ſeu voto ſuper ſimilibus exhibito, quod vide poſt hunc tractatũ. Idem tenet Syluestr.in ver. hæreſis 2.§.3.verſ.quartum. Nota inſuper quod Direct. turpitudinem inuocantiũ Dæmones detexit ex libro qui inſcribitur tabulæ Salamonis, & ex alijs libris & ſcriptis Necromantiæ, quos ipſe ſe vidiſſe & combuſiſſe atteſtatur in princ.d.q.In his enim deſcribuntur ſacrificia, adorationes, preces, orationes, vota, & obedientiæ promiſſiones, adiurationes per nomina Dæmonũ, ac eorum laudes & cantus in eorum reuerentiam. Inſuper genuflexiones, proſtrationes, caſtitatis votum pro Dæmonis reuerentia, ieiunia, abſtinentiæ, vigiliæ, mortificationes. Præterea in his habetur forma & color veſtium, quibus inuocatores vti debẽt, & benedictiones gladiorum, veſtium, virgarum, & aliorum inſtrumentorũ, quibus diabolici illi miniſtri vtuntur. Vlterius traduntur purificationes, cõfeſſiones, quadrupedũ, & auium nomina, quæ ſingulis Dæmonibus iuxta eorum conuenientiam & proprietatem imolari debent. Rurſus in eorum orationibus interponuntur nomina Sanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, Patriarcharum, Sanctorum Angelorũ, Beatæ Mariæ & etiam D. N. Ieſu Chriſti. Et alia quamplura in d. libris & ſcriptis ego quoq; vidi & legi: dum quoſdam incarceratos pro prædictis criminibus haberem, & didici quomodo et ſuper quibus de ſimilibus ſuſpecti interrogandi ſint. Nam plura nefandiſſima ſcripta, ſacri Officij cauſa ad manus meas venerunt, quæ igni tradidi. Ex quibus agnoui verã eſſe Diui Tho. Alber. & aliorum Theologorum ſententiã ſuper pag. 160. & ſeq. explicatam, nempe quod in his omnibus eſt apoſtaſia à Deo. Vide eundem D.Tho. de pot. q.6.ar. 10.& Rober.Holcoth. in li.ſap.c.13.et cap.17.& D.Bernardinũ in quadrageſimali.ſer.10.

d Dæmonis poteſtate. *Adde & obſerua quod Dæmones vera miracula facere nequeunt, ſed nec angeli boni nec aliqui viri ſancti miracula, propria virtute faciunt. Ita quippe docet D. Tho. par. 1.q. 110. ar.4.& 3.li.cont.gent. cap.102.103.& ſeq. Nam ſolus Deus miracula facit. de quo dicit ſcriptura. Qui facit mirabilia magna ſolus. Solus, inquam, ille aliquid facere poteſt præter ordinem totius naturæ creatæ, quod ad rationem miraculi proprie pertinet. Dæmones vero & Magi quidpiam facere poſſunt præter ordinẽ naturæ particularis. Cum autẽ virtus cuiuſcunq; naturæ creatæ nobis nota haud quaquam exiſtat, nos proſpicientes aliquid præter ordinem naturæ fieri per virtutem creatam nobis ignotã, admiramur, & opus illud miraculoſum exiſtimamus. Quare concludit D.Tho.par.1.ar.iam citato.in reſp. ad 2. quod cum Dæmones aliquid faciunt ſua naturali virtute, dicũtur miracula facere, nõ ſimpliciter, ſed quo ad nos.*

Vera miracula Dæmones facere nõ poſſunt.

Dæmones, & Magi, quomodo miracula facere videantur.

Et hoc

Et hoc modo dicit quod Magi per Dæmones miracula faciunt, per initum pactum cum Dæmone, & ſic per priuatum contractũ. Quia vero diuina iuſtitia eſt ſicut lex publica in ciuitate, ideo viri ſancti quatenus per diuinam iuſtitiam miracula faciunt, ea per publicam iuſtitiam facere dicuntur; mali vero per ſigna publicæ iuſtitiæ, ſicut inuocando nomẽ Chriſti, vel exhibendo aliqua ſacramẽta. Idem dicit ea. 1. par. q. 114. ar. 4. vbi de ſignis coram Pharaone factis, & Antichriſti tempore faciendis tractat: ideo vide ibi. De his etiam habes ab Archiep. par. 1. tit. 6. cap. 13. §. 4. poſt med. & à Silueſtr. in ver. maleficium. per to. & vide ibi §. 5. de his quæ fiunt per homines diabolicos, vt de ſanationibus, infirmitatibus, falſis apparitionibus, & alijs mirabilibus. Et præcipue de euomentibus acus, clauos, gladios, pilos, oſſa, plumas artificioſiſſime conſertas. De quibus vide D. Tho. in d. q. 114. ar. 4. ad 2. vbi dicit quod transmutationes rerum corporalium, quæ virtute naturæ fieri non poſſunt; nullo modo virtute Dæmonũ ſecundũ rei veritatem perfici valent. Et exemplificat, vt quod corpus humanũ mutetur in beſtiale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiſcat. Quod ſi quandoq; tale quidpiam, Dæmonum operatione fieri videatur, hoc non eſt ſecundum veritatem, ſed ſecundũ apparentiã. Idem dicit in 2. ſen. diſt. 8. q. 1. ar. 5. ad 4. & in quæſtionibus de Mal. q. 16. ar. 9. ad 2. & 3. De formis beſtiarum in quibus non per illorum electionem, ſed, diuina exigente iuſtitia, frequenter apparent, & præcipue de forma ſerpentis vide eum in 2. ſen. diſt. 21. q. 2. ar. 1. in cor. & ſec. ſec. q. 165. ar. 2. ad 3. Dæmonum mirabilia.

e De pœnis. *Adde Panor. in c. 1. & 2. de ſortileg. Ghirlan. in d. tract. de ſortileg. q. 11. & ſeq. vſq; in fin. tract. Bonif. Vital. in rubr. de ſortileg. & mat. nu. 8. Azo. in ſum. tit. de malef. & math. nu. 1. Hoſt. in ſum. tit. de ſortileg. ver. quæ ſit pœna ſortileg. & Roma. in ſingul. 667. incip. tu ſcis quod iſti diuinatores. qui dicit quod iure canonico, ſi nõ ſunt hæretici, & ſunt viles perſonæ, puniuntur pœna fuſtigationis. Si vero ſint nobiles, damnari debent pœna perpetui carceris, per tex. ſingularem 26. q. 5. c. contra idolorum. Et adde Panor. in c. at ſi clerici. de iudicijs. & Dec. ibidem. & Io. Bernar. Diaz in pract. cano. in ver. ſortilegi.*

Quid de confeſſo hæreſim, poſtea retractante, & contradicente. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Negans aut retractans, quod prius confeſſus fuerat, pro ficte conuerſo habendus eſt.*
2 *Qui crimẽ ſuũ primæuũ confiteri recuſat, impœnitẽs eſſe videtur.*
3 *Perſiſtens in negatione præcedentis confeſſi, in purgatione & pœnitentia ſibi iniuncta defeciſſe iudicatur.*

IN ſupe-

cuius non canonizati.

Vide concilium Trident. ſeſſio. 25. in decreto de inuocatione ſanctorum & ſacris imaginibus. §. hæc vt fidelius. adde Caſſaneum in catalogo gloriæ mundi, par. 3. conſideratione 48.

dum erat canonizatum ab Eccleſia, ſeu annexum catalogo Sanctorum: quid erit? nunquid tales licite faciunt? & per quem poterunt prohiberi? Dic, quod ſi ipſi venerantur, & adorant illud, credentes illud corpus aliquid poſſe prę̨ter Deum, ſeu nutum Dei; hæc ſapiunt hæreſim: & per Inquiſitorem poterunt coerceri, vt ſupra in ſimili eſt oſtenſum. Sed ſi id faciunt, credentes ipſum habere ex ſuis Chriſtiq; meritis gloriam apud Deum; & credentes quod poſſit ſuis precibus à Deo gratias impetrare, quod iſti tales non ſunt hæretici: & contra eos non habebit ſe intromittere Inquiſitor: quia vere ipſi non deprehenduntur per hoc errare in fide; licet poſſint deprehendi errare in facto: & de hoc nihil ad Inquiſitorem, vt dicto c. accuſatus. §. ſane. Immo fuit opinio Hoſti. & Inno. ext. de reliquiis, & vene. ſanctorum. c. 1. in fin. quod liceat vnicuique in ſecreto honorare defunctum, quem reputat fuiſſe bonum, & eſſe ſaluum; quod pro eo fundat preces ad Deum, vt ibi patet in commentis eorum. Sed tamen ſi iſti publice, & palam venerantur, & adorant non canonizatum, male faciunt: & debent ab huiuſmodi veneratione abſtinere, donec canonizetur; & per Eccleſiam approbetur: & ſi non abſtineant; debent, & poſſunt per ſuum Epiſcopum penitus coerceri: quia faciunt rem prohibitam publice fieri, vt 11. q. 3. ſi quis hominem. ext. de reliquiis, & vene. ſanctorum. c. 1. & 2. Nec excuſantur propterea, quia vidiſſent miracula de tali homine: quia illa quandoque fiunt dæmonis [d] poteſtate; qui conatur, & quotidie ſatagit populum decipere. 26. q. 5. ca. penul. & fin. Et circa hanc materiam, vide quod not. Dominus Ioan. An. ext. de reliquiis, & vene. ſanctorum. cap. 1. lib. 6. in gloſ. quæ incipit: Solus Papa. Reſtat modo videre de vltimo, videlicet de pœnis [e] illorum Diuinatorum, Incantatorum, & ſimilium, de quibus dictum eſt ſupra. Et circa hoc videtur dicendum, quod vbi exceſſus talium ſapit hæreſim manifeſtam; quod ipſi tanquam hæretici puniuntur: & pœnæ hæreticorum ſunt determinatæ à iure, vt ſupra patet, de pœnis hæreticorum. At vbi exceſſus eorum non ſapit hæreſim manifeſte; tunc nihilominus eſt eis pœna multipliciter infligenda. Et quædam eis infligitur de iure canonico, & per iudicem eccleſiaſticum: quædam de iure ciuili, & per iudicem ſecularem: ſicut contingit in crimine hæreſeos: propter

De pœnis uideto Simancam catho. inſtit. ti. 21. nu. 23. & lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 49. §. ſed amplius.

d

e

pter quod variæ pœnæ à diuerſis iudicibus infliguntur, vt ſupra patuit de pœnis hæreticorum. Pœnæ igitur, quæ talibus *Pœnæ de iur canonico.*
9 infliguntur de iure canonico, ſunt iſtæ. Nam primo † talia exercens incurrit mortale peccatum: & ob hoc eſt ſibi eucharistia deneganda, vt ext. de ſortil. c. 1. & per totum. de conſe. diſt. 2. c. pro dilectione. Item talia exercens, & ad eam concurrens eſt infamis, vt dicto c. pro dilectione. in fi. ad hoc. ff. de his qui not. infa. l. 2. §. ait prætor. & 2. q. 8. quiſquis. Quæ quidem intellige eſſe vera; ſi modo crimen tale eſt notorium: aliàs non, vt de conſe. diſt. 2. ca. non prohibeat. & c. ſequenti. Accedat ext. de officio ordi. c. 2. Item cum talia exercente nullus debet conuerſari ſub pœna anathematis: nec eum in ſua domo recipere, vt 26. q. 5. c. 1. & c. ſi quis ariolos. Et hæc certe non eſt parua pœna, ſed magna: verſari inter homines; & hominum carere ſuffragiis, vt C. de apoſtatis. l. hi qui ſanctam. Item talia exercens poteſt ab vxore, fratribus, ſororibus, & filiis dimitti, vt 28. q. 1. non ſolum. & c. ſi infidelis. Item eſt admonendus quod talia deſerat: & niſi deſiſtat; eſt coercendus. 26. q. 5. non oportet. & c. aliquanti. & c. ſortes. & c. ſi quis clericus. Item poteſt alia pœna arbitraria pro motu Epiſcopi caſtigari. 26. q. 5. peruenit. & c. contra idolorum. & c. Epiſcopi. & c. ſi quis Epiſcopus. & c. quicunque. & c. nec
10 mirũ. & quaſi per totum. Pœnæ † vero quæ talibus infliguntur per iudices ſeculares ſecundum legitimas ſanctiones, ſunt iſtæ: quia patiuntur vltimum ſupplicium, hoc eſt pœnam mortis, vt C. de mal. & math. l. nemo. & l. nullus. & l. ſi. Item confiſcantur, & eis auferuntur omnia ſua bona, vt C. de paga. & ſacrific. l. 1. Multa alia poſſent dici circa præmiſſa: ſed pro nunc ſufficiant ſupradicta. *Pœnæ, a iudicibus ſecularibus infligendæ*

ADDITIO.

a Diuinatores. *Adde D. Auguſt. cuius ſententiam habes in decretis, 26. q. 3. & 4. cap. igitur. & D. Tho. ſec. ſec. q. 95. ar. 3. qui dicit omnem diuinationem ad futurorum euentuum præcognitionem, vti aliquo Dæmonum auxilio ſeu conſilio, quod vel expreſſe vel tacite imploratur. At quoniam Dæmones expreſſe inuocati, multipliciter futura prænunciare ſolent, ideo diuinationum variæ ſpecies aſſignantur. Quæ enim per præſtigioſas quaſdam apparitiones fit,* *Diuinationum, ſpecies.* *Præſtigium.*

ex eo

ex eo præſtigium dicitur, quia mortalium oculi perſtringuntur, vt etiam D. Aug. atteſtatur in li. de ciuitate dei. & habetur in decr. 26. q. 5. c. nec mirum. §. præſtigium. Quæ fit per ſomnia, diuinatio ſomniorum vocatur. Quæ inſuper fit per mortuorum apparitionem, necromantia appellatur, vt in d. c. nec mirum. Nam quibuſdam præcantationibus mortui reſuſcitati diuinare, & ad interrogata reſpondere videntur. Quod abſq; ſanguinis admixtione non fit. Nam ſanguinem Dæmones amare, & colore ſanguinis facilius prouocari dicuntur. Diuinatio vero quæ fit per viuorum hominum apparitionem, vt in arreptitijs conſpicimus, vocatur diuinatio per pythones. Quæ autem fit per figuras vel ſigna in aliquo terreſtri corpore, ſiue id ligneum ſiue ferreum, aut lapideum ſit, geomantia vocatur. Si in aqua, hydromantia dicitur. Si in aere, aeromantia; Si in igne, pyromantia: Si deniq; in viſceribus animalium quæ in aris Dæmonum imolantur, haruſpicium appellatur.

Somniorum diuinatio. Necromantia. Pythones. Geomantia. Hydromantia. Aeromantia. Pyromantia. Haruſpicium.

Hæc omnia cum expreſſa Dæmonum inuocatione fieri D. Tho. in d. loco atteſtatur. Qui etiam ea ſubnectit, quæ abſq; expreſſa Dæmonum inuocatione ad aliquid præcognoſcendum fieri noſcuntur, nempe dum aliquid in rerum diſpoſitionibus conſideratur. Qui itaq; ex ſyderum motu & ſitu quidpiam præſcire contendit, ad aſtrologos attinet. Qui ex auium aliorumue animalium voce aut motu, vel ex hominum ſternutatione, ſiue ex membrorum ſaltu id conſequi ſtudent, ad augures pertinere dicuntur. Nam augurium ab auium garritu, ſicut auſpicium ab auium inſpectione denominatur: & primum ad aures, ſecundum ad oculos ſpectare dignoſcitur. Quod ſi diuinatio ex hominũ verbis abſq; intentione aliqua prolatis, exhauritur, omen vocatur. Si vero figurarum diſpoſitiones in corporibus aliquibus conſiderentur, prout viſui obijciuntur, alia diuinationis ſpecies conſtituetur. Diuinatio quippe ex lineamentis manus, chiromantia vocatur. Quæ vero ex quorundam ſignorum inſpectione fit, quæ in cuiuſpiam animalis ſpatula appareant, ſpatulamantia dicitur.

Aſtrologi. Augurium. Auſpicium. Omen. Chiromantia. Spatulamãtia.

Quædam inſuper eſt diuinatio abſq; expreſſa Dæmonum inuocatione, quæ ex eorum fit conſideratione, quæ, ex quibuſdam ſerio factis, ad aliquod occultum inquirendum eueniunt. Quod ſi per punctorum protractionem fiat, ad geomantiam reduci poteſt. Quidam præterea diuinationẽ exercent per figuras, ex liquefacto plumbo in aqua proiecto, prouenientes. Nonnulli ex cedulis ſcriptis in occulto repoſitis, & occulte etiã acceptis. Aliqui ex inæqualibus feſtucis extractis. Quidam ex taxillorum proiectione maiorem vel minorem punctorũ numerum conſiderant. Alij librum aperiunt, & quod primo ſibi occurrit legunt, & ex eo occultũ præſcire exiſtimant. Hæc omnia, inquit D. Tho. ſortium nomen habent. Vide etiam de his Archiep. par. 2. tit. 12.

Geomantia. Figuræ plumbeæ. Cedulæ. Feſtucæ. Taxilli. Libri.

tit. 12. c. 1. §. 3. 4. & ſeq. Syluest. in verſ. ſuperstitio. §. 4. 5. & ſeq. Tab. in ver. Sorſ. §. 2. 3. 4. & ſeq. Card. Caiet. ſuper ſec. ſec. in d. q. 95. & in Sum. pec. in ver. diuinatio. & eundem D. Tho. in Opuſc. 25. c. 4. & 5. Et adde Paul. Ghirl. in tract. de ſortileg. q. 2. nu. 6. 7. & ſeq. Bonif. Vitali. in tit. de ſortileg. & mat. nu. 2. 3. & ſeq. Azon. in Sum. C. de malef. & mat. nu. 2. Hoſt. in Sum. eo tit. §. quot ſint eius ſpecies. & Iodoc. in pract. cap. 61. nu. 87. Adde Siman. catho. inſtit. 11. 21. & tit. 63.

b Licite. *Adde doctrinam D. Tho. ſec. ſec. d. q. 95. ar. 8. per totum. & in Opuſc. 25. c. 4. Archiep. par. 2. tit. 12. c. 1. §. 9. Syluestr. in ver. ſuperſtitio. §. 6. Tabie. in ver. Sorſ. §. 1. Card. Caiet. in Sum. in ver. ſortilegium. ſed melius ſuper d. art. 8. q. 95. ſec. ſec.*

c Inquiſitor autem, &c. *Adde & nota diſtinctionem poſitam à Direct. par. 2. q. 42. videlicet quod aliqui ſunt diuinatores & ſortilegi meri & ſimplices, vt Chiromantici, & alij de abſconditis iudicantes, qui in tit. de ſortilegijs comprehenduntur, & præſertim in c. ex tenore. De his Inquiſitor iudicare non debet. c. accuſatus. §. ſane. eod. tit. lib. 6. Quidam vero ſunt diuinatores & ſortilegi non meri, ſed ad hæreſes contracti, vt qui Dæmonibus honorem latriæ vel duliæ impendunt, puerum rebaptizant, & ſimilia faciunt vt futura ſeu cordis abdita diuinent. Et hæc hæreſim manifeste ſapiunt, ideo tales diuinatores Inquiſitoris iudicium non effugiunt.* *Quos nam diuinatores, Inquiſitor iudicet.*

Subdit vlterius Direct. quod tales conuicti & pœnitentes & abiurantes, ad miſericordiam recipiendi ſunt. Quod ſi pœnitere & abiurare noluerint, ſeculari brachio tradantur. Si vero non clare conuicti, ſed tantum ſuſpecti inueniuntur, iuxta qualitatem ſuſpicionis aut leuis, aut vehementis, abiurare debent. Si deniq; infamia tantummodo laborant, purgatio canonica illis indicenda eſt. prout dictum eſt de his, qui in hæreſim lapſi deprehenduntur, ſeu ſuſpicione aut infamia laborant, &c.

Rurſus adde q. mox ſequentem, quæ eſt 43. vbi egregie diſputat an Dæmones inuocantes, tanquam ſortilegi vel tanquam hæretici vel ſuſpecti de hæreſi ſint habendi, ita quod Inquiſitoris iudicio ſint ſubiecti. Et iactis fundamentis de triplici modo inuocandi Dæmones, tribus concluſionibus reſpondet, quarum hæc prima eſt. Si inuocantes Dæmones honorem latriæ his exhibuerint, & de hoc conuicti fuerint, non vt ſortilegi, ſed vt hæretici in omnibus ſunt iudicandi. Idq; primo probat per quamplures Theologos. Secundo per Canoniſtas. Tertio per eccleſiæ determinationem. Adducit in primis D. Aug. in lib. 10. de ciui. dei. dicentem quod Dæmoni ſeu alij à Deo holocauſtũ aut ſacrificium, vel quid ſimile offerentes, læſæ maieſtatis crimen incurrunt. Nam tales Dæmonem, ſuum eſſe Deum actu illo fatentur. Et in 2. de doctri. chriſti. tales infideles & ſuperſtitioſos appellat. Inſuper allegat D. Tho. ſuper Iſai. cap. 3. dicentem quod inquirere à *Inuocantes Dæmones, an vt hæretici ſint habendi.* Conclu. 1. D. Aug. D. Tho.

Dæmonibus

Apoſtaſia. *Dæmonibus eſt ſemper peccatum & apoſtaſia à Deo.quod etiã confirmat in 2.ſen. diſt.7.q. 3. ar.2. vbi quærit an vti auxilio Dæmonis ad effectus corporales,ſit malum. Cui quæſito reſpondens dicit, quod ea quæ ſunt ſupra facultatem humanæ naturæ,à ſolo Deo requirenda ſunt. Et ideo ſicut grauiter peccat qui illud quod eſt Dei,creaturæ impendit per idololatriæ cultum: ita etiam grauiter peccant qui ea quæ à Deo expetenda ſunt,auxilio Dæmônum implorant. Et huiuſmodi eſt vaticinatio de futuro. vnde dicitur Iſa. 8. Nunquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem pro viuis ac mortuis? Et ſimiliter etiam in alijs operibus magicis,in quibus complementum operis ex virtute Dæmonum expectatur. In his enim omnibus eſt apoſtaſia à fide per pactum initum cum Dæmone,vel verbotenus ſi inuocatio interſit,vel facto aliquo etiam ſi ſacrificia deſint. non enim poteſt homo duobus dominis ſeruire, vt dicitur Mat.6.*

Vaticinatio de futuro.

Pactum.

Alber.mag. *Confirmatur hoc etiam per Albertum Magnum eodem loco,art. vlt. Dicit enim quod in talibus eſt ſemper apoſtaſia verbi vel operis. Nam ſi inuocationes,coniurationes,ſacrificia,ſubfumigationes, & adorationes fiant,tunc aperte pactum initur cum Dæmone; & tunc aperte eſt apoſtaſia ibi oris. Si autem non fit niſi opere ſimplici,tunc eſt apoſtaſia operis. Quare per illud opus expectatur aliquid à Dæmone. Cum autem expectatur aliquid à Dæmone, vel aliquid percipere per ipſum,ſemper eſt fidei cõtumelia, & ideo apoſtaſia. Hæc Albertus. Adducit etiam ibi Petrum de Tarant. Ord. Præd. qui fuit Papa Innoc. V. ſuper 2. ſen. ead. diſt. Card. Bonauent. Alex. de Hales, & Guidonem Carmel. Quibus adde D. Tho ſec.ſec. q. 92. ar. 1. & 2. & q. 94. ar. 1. & Card. Caiet. in dictis locis. & præſertim in d.q. 92. ar. 1.*

Apoſtaſia.

His præterea addo eundem D. Tho. eadem par. & q. ar. 4. vbi reſpondens quæſito de diuinatione per inuocationem Dæmonum facta,eam prorſus illicitam duplici de cauſa atteſtatur. Primo quia inuocatio ipſa pactum eſt cum Dæmone expreſſe initum, quod omnino illicitum eſt,iuxta illud Iſa. 28. Dixiſtis enim percuſſimus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Quod tunc grauius eſſet,ſi ſacrificium vel reuerentia inuocato Dæmoni exhiberetur. Secundo quia perditionem hominum ex ſuis reſponſis Dæmõ intendit. Nam & ſi vera dicat,nil aliud tamẽ magis intẽdit quàm homines ad hoc aſſuefacere vt illi credãt. Idq; auctoritate Athanaſii cõprobatur,ſuper illud Luc. 4. & increpauit illum Ieſus dicẽs: Obmuteſce.

Inuocatio, eſt pactum expreſſum.

Facit etiã quod dicit idem D. Tho in d.Opuſc.25.c.4. in fin. Huiuſmodi, inquit, immundi & fallaces ſpiritus ambiunt honorem diuinitatis ſibi ab hominibus deferendum: & ideo illis rebus ſe ingerunt,quæ ad Deum pertinere videntur, vt diuinitatis eis honor ab hominibus deceptis exhibeatur. Et inde eſt quod imaginibus,quas à

Diuinum honorem, Dæmon ambit.

principio

principio fecerant homines ex inordinato affectu ad mortuos, Dæmones ſe incluſerunt, in quibus reſponſa dabant, vt ex hoc diuinum honorem ſibi conquirerent. Similiter etiam cum per ſortes, vel quolibet alio modo, homines præter debitum ordinem occulta exquirunt; ingerunt ſe Dæmones, vt diuinationis prætextu homines in errorem inducant. Confirmat hæc omnia per D. Aug. ſuper Gen. ad lit. & in 2. de Doct. chriſt. & per Valerium Max. De quibus vide illum etiã in d. q. 95. ar. 5. & in lib. 3. cont. gent. cap. 154. ibi. maligni autem ſpiritus veritatem fidei corrumpere molientes. Et in eodem Opuſc. 25. cap. 5. in prin. dicit: Nulli Chriſtiano licet aliquod pactum ſocietatis cum Dæmonibus habere. Dicit enim Apoſtolus 1. Cor. 10. Nolo vos ſocios fieri Dæmoniorũ. Ad quam ſocietatem pertinent non ſolum manifeſte Dæmonum inuocationes, quibus Necromantici vtuntur, ſed etiam quæcunq; occulta pacta cum Dæmonibus inita. Et hoc confirmat per eundem Aug. in 2. de doctri. chriſt. Omnes, inquit, artifices huius vel nugatoriæ vel noxiæ ſuperſtitionis, ex quadam peſtifera ſocietate hominum & Dæmonum, quaſi pacta infidelis & doloſæ amicitiæ conſtituta penitus ſunt repudianda & fugienda Chriſtiano. Quæ verba canonizata ſunt. 26. q. 2. c. illud.

Idololatriæ ori go.

Pactum ſocietatis.

Poſſem quamplures alias Theologorum ſententias ſuper id in medium producere, ſed ne diſputationem nimium protrahere, & lectoris mẽtem locorũ multiplicitate à veritatis cognitione retardare videar, duo præcipue ex his omnibus à Sacri huius Officij miniſtris cõſideranda eſſe putaui. Horum primum eſt, pactum & fœdus cũ Dæmonibus initum; ſecundum vero eſt, quod in his Doctores Theologi apoſtaſiam à Deo ſemper inueniri fatentur. Quod autem ad pactum attinet, id primo notandum eſt, quod pactum quandoq; conuentionem ſignificat, vt ſi inter duos conuentum ſit, quod altero hoc vel illud faciente vel dicẽte, alter faciet hoc, &c. Nonnunquam pro ſociali actu accipitur. Inuocatio itaq; Dæmoniorum, quæ pactum expreſſum cum Dæmone eſſe dicitur, actus ſocietatis cum ſit, pactum initum ideo vocatur, quia ſocietas pactũ ſeu fœdus includit. Nullus quippe ad Dæmonem recurrit; niſi de illo veluti ſaltem amico benefico confidat. Quare inuocatio illa aut inita ſocietas, aut ſocietatis initium eſt.

Quæ Inquiſitor perpendere debeat.

Huc tendunt figuræ, & verborum ignotorum prolationes, quibus aliqui per artem notoriam ad ſcientiam conſequendã vtuntur. Talia quippe cum ſcientiæ cauſa eſſe non valeant, ſigna nõ diuinitus inſtituta, ſed ad Dæmonũ conuentiones & fœdera ſpectãtia eſſe neceſſe eſt. De quibus D. Tho. ead. par. q. 96. ar. 1. quem vide ibidem in ar. 2. & 3. vbi de ſignis agitur ad corporum immutationem & ſanitatem, & ad futurorũ præcognitionem. Huc inquam tendunt ſigna, & characteres quæ ad ſanitates & alios effectus inducendos fiunt. Horum enim figura & forma cum naturaliter quidpiam efficere non

Ars notoria.

Signa & characteres.

L poſſit

ctis cõmittitur idololatria. Fely. in rubr. de hæreticis. qui allegat Oldra. in conſ. 20. incip. regulis. habetur traditio, vbi dicit quod inuocatio Dæmonum ad ſciendum futura eſt hæreſis, quia attribuitur creaturæ quod eſt creatoris. iuxta illud Iſai. 41. Annunciate quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos. Io. An. in additionibus ad Specul. in par. 3. tit. de ſortileg. vbi adducit ſupra poſitam doctrinam D. Tho. ſec. ſec. q. 95. ar. 4. & conſ. Oldra. 210. quod an idem ſit cum illo conſilio à Direct. & à Fely. & alijs adducto, tu vide; & Gondiſal. in d. tract. q. 9. nu. 6. & ſeq. vſq; in fin. q. vbi ſatis erudite iuxta D. Tho. & Canoniſtarum ſententiã de his diſſerit. Paul. Ghirl. in tract. de ſortileg. q. 10. per tot. & vide omnino Iodoc. in ſua pract. cap. 61 nu. 109. & ſeq. vbi agit de profeſſione tacita, quæ fit cum miniſtris Dæmonis, & de profeſſione expreſſa quæ fit cum Dæmone ipſo.

Tertio Direct. adducit c. Epiſcopi. 26. q. 5. vbi de ſortilegis & magicis profeſſoribus tractando adducitur illud Apoſtoli; Hæreticũ hominem poſt primam & ſecundã correctionẽ deuita, ſciens quia ſubuerſus eſt, & is etiam qui huiuſmodi eſt. Rurſus de mulieribus illis quæ cũ Diana vel Herodiade nocturnis tẽporibus equitare credunt, dicitur quod à recta fide deuiãt, et errore paganorũ inuoluũtur: quia aliquid diuinitatis aut numinis, extra vnũ Deum arbitrantur. Item in c. quidã. 24. q. 3. vbi hæreticorũ ſectæ numerantur, Ophitæ recenſentur, qui ſerpentẽ colunt. Caiani qui Caim adorant. Angelici qui Angelos ſimiliter colũt: ex quibus arguitur, quod ſi adorãtes aut colentes homines aut angelos, inter hæreticos cõputantur, multo magis Dæmones colentes, adorantes, vel his ſacrificantes, hæretici cenſendi ſunt, & ab Inquiſitoribus iudicãdi. Adducit præterea pro dicta concluſione extrauag. Io. 22. Super illius ſpecula. in qua tales nomine ſolo Chriſtiani vocãtur, quia, relicto primæ veritatis lumine, tanti erroris caligine obnubilantur, quod cum morte fœdus ineunt, et pactũ faciunt in inferno cum Dæmonibus. Et ſtatim actus quoſdã enumerat quos ipſi peragũt. Nam, inquit, Dæmonibus immolãt, hos adorãt, fabricãt et fabricari procurãt imagines, annulũ, vel ſpeculũ vel phialã vel rẽ quãcunq; aliã magice ad Dæmones inibi alligãdos. Ab his petunt reſpõſa, ab his recipiũt, & pro implẽdis prauis ſuis deſiderijs, auxilia poſtulãt, pro re fœtidiſſima; fœtidã exhibent ſeruitutẽ, & infra. Statuẽtes firmiter, quod præter pœnas prædictas contra tales, qui admoniti de prædictis ſeu prædictorũ aliquo, infra octo dies à monitione cõputandos præfata, nõ ſe correxerint, ad infligẽdas pœnas omnes & ſingulas, præter bonorum confiſcationem dumtaxat, quas de iure merentur hæretici, per ſuos competentes indices procedatur.

Sed intellectus huius c. Epiſcopi. ualde eſt difficilis. de quo vide Paulum Ghrillandũ tract. de ſortile. q. 7. & Alfonſum Caſtrum lib. 1. c. 16. de iuſta hæret. punit.

Hæc refert etiam repertorium inquiſito. verbo, ſanguinæ.

Obſeruat demũ Direct. quod actus iſti à Io. An. Io. Mo. Archid. & Io. 22. enumerati, non ſunt copulatiue ſumendi, adeo vt omnes

ſimul iuncti hæreſim manifeſte ſapiant, & nō aliter, immo dicit quēlibet illorū hæreſim manifeſte ſapere. Nam inuocare Dæmonem, aut aram illi conſtruere, vel ſacrificiū illi offerre, ſeu actus alios, qui ſoli Deo iuxta latriæ cultū debentur, ei exhibere, ad hæreſim manifeſte ſpectat. Satis quippe eſt in aliquo iſtorum delinquere, ad hoc vt quis Inquiſitorū cenſuræ & iudicio ſubijciatur. De iſto cultu latriæ vide D.Tho. in 3. cont. gent. c. 120. & 3. ſent. diſt. 9. q. 1. & par. 3. q. 25.

Concl. 2. Non facile veniendum eſt in hanc ſentētiā, ſed plurimum ſpectanda eſt perſonarū qualitas & conditio, et cauſa ob quam inuocāt, & modus inuocandi, quæ & augere culpam & ſuſpicionē, & minuere plerunque ſolent. lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 50. §. ſecundus caſus.

Secunda concluſio eſt. Et ſi Dæmonum inuocatores, honorē latriæ Dæmonibus inuocatis non exhibeāt, ſed quidpiā ad cultū duliæ dumtaxat agant; nihilominus veluti hæretici habendi & puniendi ſunt. Id autē fit cū quis Dæmones inuocans aliorū falſorū deorū nomina inter nomina ſpirituū beatorū vel ſanctorū in ſuis quibuſdā nefarijs orationibus miſcēdo, mediatores in illis orationibus à Deo exaudiēdos eos appellat, vel cereos accēſos apponit, aut Deum per eorum nomina vel merita obſecrat, vel quidpiam ſimile facit. Nam ſi modū exorandi ſanctos ab eccleſia inſtitutum conſpicimus, proculdubio videbimus quod hæc non Dæmonibus, ſed ſanctis, & beatis ſpiritibus exhibenda ſunt. Probatur itaq; cōcluſio, quia duplici ex cauſa honor duliæ cuiquā exhibetur, nempe ratione ſanctitatis, & ratione gubernationis, vt habetur à D.Tho. in 3. ſen. diſt. 9. q. 2. ar. 3. Primo modo Abraham adorauit Angelos Gen. 18. & Loth ſimiliter, Gen. 19. & Manue. Iud. 13. & Aſſuerus Mardocheum, Eſter. 6. & Salmanaſar Tobiam præ cæteris honorauit, Tob. 1. Et hac de cauſa nos ſanctos angelos & beatos in patria cæleſti regnantes hymnis, canticis, laudibus, templis & aris, necnō & diebus feſtiuis honoramus. Secundo modo Nathan & Berſabee adorauerunt Dauid Regem, 3. Reg. cap. 1. & nos Reges Principes, & Pontifices Dei vices in regimine gerentes, honore duliæ veneramur. Sed in Dæmonibus nulla ſanctitas eſt, nec aliqua mundi gubernatio illis commiſſa eſt: igitur honor duliæ eis exhibendus non eſt.

Qui itaq; Dæmones cultu ſeu honore duliæ venerantur, illos ſanctos, Dei amicos, aut vicarios, vel rectores aut gubernatores à Deo conſtitutos eſſe proteſtantur; quæ omnia falſa & hæretica ſunt. Nam ipſi in malitia obſtinati, & ignibus æternis deſtinati ſunt, nullumq; dominiū proprie habent, niſi reſpectu ipſorū Dæmonū, quia inter eos eſt ordo naturalis, & cōſequenter prælatio, teſte D.Tho. par. 1. q. 109. ar. 1. & 2. ſed ſerui & captiui in inferorum carceribus detinentur: nec quidpiam habent, quod dulia dignum exiſtat. Quamuis enim excellens ſit Dæmonum natura, virtutem tamen in vitium adeo cōmutarunt, vt nec virtus in illis amplius inueniatur, nec naturalē aptitudinem ad virtutem ipſam liberam habeant, vt dicit D.Tho. in dicto ar. 3. q. 2. diſt. 9. 3. ſent. in reſp. ad 5. In Dæmonibus, inquit, eſt ligata aptitudo naturalis ad virtutem: & ideo non debet eis dulia

cis dulia exhiberi, & in par. ſec. ſec. q. 103. ar. 2. ad 2. dicit: ſi prælati ſunt mali; non honorantur propter excellentiam propriæ virtutis, ſed propter excellentiam dignitatis ſecundum quam ſunt Dei miniſtri, & etiam in eis honoratur tota communitas cui præſunt. Dæmones autem ſunt irreuocabiliter mali; & pro inimicis habendi, magiſq; honorandi. De adoratione latriæ vide D. Tho. ſec. ſec. q. 84. Archiep. par. 3. tit. 12. cap. 9. per tot. Sylueſtr. in verſ. latria. Tab. in ver. adorare. De dulia habes in eiſdem locis quàm diffuſiſſime. Ideo vide.

Prælati mali, cur honorentur.

Tertiam concluſionem Direct. conſtituit, nempe inuocãtes, & conſulentes Dæmones, etiam ſi in inuocationibus & conſultationibus manifeſte nõ appareat quod honor latriæ vel duliæ ipſis exhibeatur, non vt ſortilegi, ſed vt hæretici iudicandi ſunt. Quæ concluſio ideo poſita eſt, quia quamplures actus iſti Dæmonũ inuocatores exercent, in quibus non ita clare percipitur an ipſis Dæmonibus honorem latriæ vel duliæ exhibeant, immo nullus quandoq; videtur honor in his reddi aut dari. Nam circulum in terra faciunt, quem ſignis aliquibus cœleſtibus exornant, & alijs ignotis characteribus muniunt, puerum virginem in circulo ponunt, enſem, ſpeculum, amphoram, vel aliud corpus planum vel lucidum aut perſpicuum coram virgine ſtatuunt, & ſuper his Necromanticus artis magiſter ſeu miniſter librum tenens Dæmonem inuocat, &c.

Concl. 3. Hæc tertia concluſio multã habet difficultatẽ, nec eſt facile admittenda: ad quam intelligẽdam vide tradita per Pegñã li. 3. adn. in Director. Schol. 50. §. tertius caſus.

Concluſio probatur, quia inuocare idem eſt quod colere & deprecari per gloſ. ſuper illud Gen. 4. in fin. Et iſte cœpit inuocare nomen Domini, et ſuper illud Ioel. 2. in fin. Omnis qui inuocauerit nomẽ Domini. dicit gloſ. inuocauerit ſe ſubyciendo & colendo. Rurſus inuocare vt actus latriæ à Deo præcipitur in Pſ. Inuoca, inquit, me in die tribulationis, eruam te, & honorificabis me. Ibi enim prius enumerat quamplures actus latriæ, vt ſunt ſacrificia, holocauſta, vitulorũ & hircorum oblationes ſeu imolationes. deinde dicit: Imola Deo ſacrificium laudis & re. al. vo. tua. & inuoca me, &c. & Iſai. 55. Inuocate eum dum prope eſt. Item Iud. 10. inuocare vt actus latriæ prohibetur ne erga Dæmonem fiat. Reliquiſtis, inquit, me & coluiſtis deos alienos. & infra: Ite & inuocate deos quos elegiſtis. Ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ veſtræ. Et 3. Reg. cap. 18. dixit Elias prophetis Baal. Inuocate nomina Deorum veſtrorum; & ego inuocabo nomen Dei mei. Confirmat hoc D. Tho. ſuper illud Rom. 10. Omnis quicũq; inuocauerit nomẽ Domini ſaluus erit. Dicit enim, eſt autẽ inuocare in ſe vocare per affectũ et deuotũ cultũ, & allegat Pſ. Inuocauit me, & ego exaudiã eum. Cum itaq; inuocare actus latriæ ſit, & fieri Deo præcipiatur, et ne Dæmoni fiat, prohibeatur, abſq; vlla cõtrouerſia colligi videtur, quod inuocãtes Dæmones, etiã ſi alios actus latriæ vel duliæ nõ exerceant, Inquiſitorũ iudicio ſubyciuntur.

Adde quod inuocare non eſt ſemper actus latriæ. B. Aug. libro vnico locutionis de Geneſi circa finẽ.

Obiectio Archiep.

Verũ deciſioni prædictæ aduerſatur doctrina Sancti præſulis Anton.in par.2.tit.12.c.5.§.vnico per totum.quia omnes iſti actus fieri poſſunt abſq; errore in intellectu, & pertinacia in voluntate,quæ duo ad constituendum quempiam hæreticum neceſſario requiruntur, vt idem Archiep.ibidem dicit ante.§.& in ipſo §. & ego annotaui in addit.c.2.Nam dicit ille,quod baptizare imagines,adorare Dæmones, eis thurificare,cõculcare corpus Chriſti in luto, & omnia huiuſmodi,quæ ſunt horrenda peccata,niſi ſit error in intellectu, hæreticũ hominem non faciunt. Qui itaq; hæc agens,non male ſentit de ſacramento baptiſmi,aut de Dæmonum vi,cultu,natura, & poteſtate,magis ſortilegus quàm hæreticus eſt.

Solutio.

Pro his intelligẽdis opus eſt ea notare,quæ ſupra in addit.cap.18. de externo Eccleſiæ iudicio,iuxta Theologos & Canoniſtas pertractauimus. Quibus iunge ea quæ ipſemet Archiep. ibidem dicit. Nã ipſe non negat quod talia facientes, veluti hæretici ab eccleſia iudicandi ſint: ſed dicit eos ex natura rei hæreticos non eſſe, cum ea in ſe non habeant,quæ hæreticum conſtituunt: hæreticos autem illos eſſe ex iuris fictione aut præſumptione admittit iuxta.c.accuſatus.de hæret.in 6.Eccleſia quippe iudicat ex verbis et factis,vt ſupra iam patuit c.3.nu. 2.& 3. pag.15.& ſeq. & cap.7. nu.2.3.& ſeq.pag.27. Et eccleſiæ iudicium ad forum externum pertinet,vt iam explicatũ eſt pag. 126.& ſeq.Et iudex ſecundum allegata & probata iudicat. per D. Tho.ſec. ſec.q.67.ar. 2.& Card.Caiet. ibi. & ſecundum leges.3.q.7.c. iudicet.& dictum fuit ſupra pag.2.de Inquiſitorum qualitate.& habes a D. Tho.in dicta par. 2.q.60.ar.5. Hinc habemus quod fieri poteſt,vt eccleſiæ iudicio aliquis iuris fictione aut præſumptione iudicetur hæreticus,qui ex natura rei hæreticus non eſt, vt ſi quidpiam fecerit,quo male de fide ſentire exiſtimetur. Qui enim imagines baptizauit,aut ſacro perunxit oleo, vel ſacratiſſima abuſus eſt Hoſtia,vel plures vxores ſimul duxit,de prædictis ſacramentis perperam ſentire videtur,& ideo licet abſq; errore in intellectu, & pertinacia in ratione talia fieri potuerint,vt ſi impudicitiæ cauſa ea fecerit,hic tamen merito ſuſpectus habetur,& contra illum Inquiſitor procedere debet.

Quod ſi quis dicat hos effectus nõ tãtum ab errore in fide,ſed etiã aliunde euenire poſſe,vel ſi aliquis conuictus exiſtens quod talia fecerit,excuſet ſe ea feciſſe libidinis explendæ cauſa,de ſacramentis verò & eccleſiæ doctrina recte ſentire: reſpondemus quod niſi ipſe oppoſitum probauerit,pro hæretico haberi debet. Nam præſumptio iuris ſtat contra illum.arg. C. de iniurijs. l.ſi non conuicij. & gloſ. & Doct.ibi.Præſumuntur enim hæc animo hæretico facta, niſi contrarium probetur.ſicut ſi quis dicat ſe aliquid ioco dixiſſe, hoc probare debet:ff.de iniur.l. 3. & C. ad leg. Cor. de ſicarijs.l. 1. Facit

ad hoc

ad hoc c. accuſatus. eod. tit. lib. 6. & c. ad abolendam. §. præſenti. & c. excommunicamus. 1. & 23. q. 5. c. ſi vos.

Procedat itaq; Inquiſitor contra ſimilium ſcelerum auctores, & facto probato, quærat de cauſa ſeu intentione agentis. Quod ſi fatetur ſe ea feciſſe, quia credebat ſacramentum baptiſmi non modo hominibus, ſed etiã imaginibus ac cæteris irrationabilibus miniſtrandum eſſe: vel oleum ſanctum, ſacramq; Euchariſtiam profanis rebus licite miſceri, ac hominẽ plures vxores ſimul habere poſſe, & c. proculdubio hic vti hæreticus iudicandus atq; damnandus erit, niſi pœniteat, & errorem ſuum ad arbitrium iudicum deteſtari & abiurare uelit, vt ſæpe dictum eſt. Si vero dicat illa non ea intentione feciſſe, vt contra fidem catholicam quidpiam ageret, ſed vt his ſuffragium à Dæmone petitum facilius impetraret, non eſt ſibi credendum, niſi hoc ipſe probauerit. Non video tamen quomodo dicta Archiep. conſiſtant, dum adorantes Dæmones, illiq; ſacrificantes, ab hæreſis nota ſaluare cõtendit, cum tales actus ad latriæ cultum ſpectare apertiſſime conſtet, vt in hac eadem addit. ſatis ſufficienter oſtenſum eſt. Adorare etenim Dæmonem idolatrum eſt, & ſimiliter offerre illi ſacrificium & oblationem. Hæc, inquit, Card. Caiet. ſuper ſec. ſec. q. 95. ar. 4. ſupracitato, ad manifeſtum cultum Dæmonum directe pertinent, & hæreſim manifeſte ſapiunt, vt ex præmiſſis clariſſime liquet. Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies, dicebat Rex & legislator Chriſtus, Mat. 4.

Adde quod ſi ſimiles excuſationes admitterentur, vix pauci inuenirentur qui in hæreſim lapſi iudicandi eſſent. Facit ad hoc doctrina tradita in quodam tractatu de hæret. abſq; authoris nomine, in par. 2. in rub. qui ſint hæretici, verſ. ſecundo dato. Ibi enim dicitur, dato quod aliqui ſcienter prædicauerint vel dixerint contra fidem & bonos mores, adhuc ſe excuſant & excuſantur, quod non crediderunt nec credunt dictos errores; & hoc modo ſe excuſauit Dulcinus, hæreſiarca maximus, de cuius erroribus habes in Direct. par. 2. q. 12. Nam hic dicebat ea docuiſſe propter commoda delectabilia tẽporalia, & propter vanam gloriam. Quibus non obſtantibus ſeculari iudicio relictus fuit. Confirmatur hæc doctrina per c. hæreticus. 24. q. 3. quæ verba ex Aug. ſumpta ſunt. & per quãdam gloſ. antiquam ſuper d. c. hæreticus. quæ ita dicit; hæreticus ergo eſt qui ſcienter cõtra fidem catholicam prædicat, licet quod dicit, verum eſſe non credat. Si vero ſe excuſat dicendo quod leuitate, aut ira, vel ioco, ſeu turbatione, & abſq; deliberatione talia dixit, & c. tũc, inquit, ipſe reus debet probare prædicta & perfecte: et Inquiſitor ea debet diligẽter inueſtigare, nec facilis eſſe debet ad recipiẽdũ talẽ excuſationẽ, quia fere omnes moderni hæretici ſic ſe excuſant. Hæc ex illo tractatu, qui diuerſas ponit hæreticorum excuſationes, et optime faciũt ad propoſitũ.

Videto in hunc locum Simancam in adnot. ad Zanchinum cap. 13.

Necromanticorũ prauitates.

Confirmat hæc Tabie.in ver.excom.5. caſu 4.§.12. vbi tractatur de his quæ continentur in illa extrauag.Io.22.quæ incip.ſuper illius ſpecula.& clarius in quodam conſilio ſeu voto ſuper ſimilibus exhibito, quod vide poſt hunc tractatũ. Idem tenet Syluestr.in ver. hæreſis 2.§.3.verſ.quartum. Nota inſuper quod Direct. turpitudinem inuocantiũ Dæmones detexit ex libro qui inſcribitur tabulæ Salamonis, & ex alijs libris & ſcriptis Necromantiæ, quos ipſe ſe vidiſſe & combuſiſſe atteſtatur in princ.d.q.In his enim deſcribuntur ſacrificia, adorationes, preces, orationes, vota, & obedientiæ promiſſiones, adiurationes per nomina Dæmonũ, ac eorum laudes & cantus in eorum reuerentiam. Inſuper genuflexiones, proſtrationes, caſtitatis votum pro Dæmonis reuerentia, ieiunia, abſtinentiæ, vigiliæ, mortificationes. Præterea in his habetur forma & color veſtium, quibus inuocatores vti debẽt, & benedictiones gladiorum, veſtium, virgarum, & aliorum inſtrumentorũ, quibus diabolici illi miniſtri vtuntur. Vlterius traduntur purificationes, cõfeſſiones, quadrupedũ, & auium nomina, quæ ſingulis Dæmonibus iuxta eorum conuenientiam & proprietatem imolari debent. Rurſus in eorum orationibus interponuntur nomina Sanctorum Apoſtolorum, Prophetarum, Patriarcharum, Sanctorum Angelorũ, Beatæ Mariæ & etiam D. N. Ieſu Chriſti. Et alia quamplura in d. libris & ſcriptis ego quoq; vidi & legi: dum quoſdam incarceratos pro prædictis criminibus haberem, & didici quomodo et ſuper quibus de ſimilibus ſuſpecti interrogandi ſint. Nam plura nefandiſſima ſcripta, ſacri Officij cauſa ad manus meas venerunt, quæ igni tradidi. Ex quibus agnoui verã eſſe Diui Tho. Alber. & aliorum Theologorum ſententiã ſuper pag. 160.& ſeq. explicatam, nempe quod in his omnibus eſt apoſtaſia à Deo. Vide eundem D.Tho. de pot. q.6.ar. 10.& Rober.Holcoth. in li.ſap.c.13.et cap.17.& D.Bernardinũ in quadrageſimali.ſer.10.

d Dæmonis poteſtate. *Adde & obſerua quod Dæmones vera miracula facere nequeunt, ſed nec angeli boni nec aliqui viri ſancti miracula, propria virtute faciunt. Ita quippe docet D.Tho. par. 1. q. 110. ar.4.& 3.li.cont.gent. cap.102.103.& ſeq. Nam ſolus Deus miracula facit. de quo dicit ſcriptura. Qui facit mirabilia magna ſolus. Solus, inquam, ille aliquid facere poteſt præter ordinem totius naturæ creatæ, quod ad rationem miraculi proprie pertinet. Dæmones vero & Magi quidpiam facere poſſunt præter ordinẽ naturæ particularis. Cum autẽ virtus cuiuſcunq; naturæ creatæ nobis nota haud quaquam exiſtat, nos proſpicientes aliquid præter ordinem naturæ fieri per virtutem creatam nobis ignotã, admiramur, & opus illud miraculoſum exiſtimamus. Quare concludit D.Tho.par.1.ar.iam citato.in reſp. ad 2. quod cum Dæmones aliquid faciunt ſua naturali virtute, dicũtur miracula facere, nõ ſimpliciter, ſed quo ad nos.*

Vera miracula Dæmones facere nõ poſſunt.

Dæmones, & Magi, quomodo miracula facere videantur.

Et hoc

Et hoc modo dicit quod Magi per Dæmones miracula faciunt, per initum pactum cum Dæmone, & ſic per priuatum contractũ. Quia vero diuina iuſtitia eſt ſicut lex publica in ciuitate, ideo viri ſancti quatenus per diuinam iuſtitiam miracula faciunt, ea per publicam iuſtitiam facere dicuntur; mali vero per ſigna publica iuſtitiæ, ſicut inuocando nomẽ Chriſti, vel exhibendo aliqua ſacramẽta. Idem dicit ea. 1. par. q. 114. ar. 4. vbi de ſignis coram Pharaone factis, & Antichriſti tempore faciendis tractat: ideo vide ibi. De his etiam habes ab Archiep. par. 1. tit. 6. cap. 13. §. 4. poſt med. & à Silueſtr. in ver. maleficium. per to. & vide ibi §. 5. de his quæ fiunt per homines diabolicos, vt de ſanationibus, infirmitatibus, falſis apparitionibus, & alÿs mirabilibus. Et præcipue de euomentibus acus, clauos, gladios, pilos, oſſa, plumas artificioſiſſime conſertas: De quibus vide D. Tho. in d. q. 114. ar. 4. ad 2. vbi dicit quod tranſmutationes rerum corporalium, quæ virtute naturæ fieri non poſſunt; nullo modo virtute Dæmonũ ſecundũ rei veritatem perfici valent. Et exemplificat, vt quod corpus humanũ mutetur in beſtiale, aut quod corpus hominis mortuum reuiuiſcat. Quod ſi quandoq; tale quidpiam, Dæmonum operatione fieri videatur, hoc non eſt ſecundum veritatem, ſed ſecundũ apparentiã. Idem dicit in 2. ſen. diſt. 8. q. 1. ar. 5. ad 4. & in quæſtionibus de Mal. q. 16. ar. 9. ad 2. & 3. De formis beſtiarum in quibus non per illorum electionem, ſed, diuina exigente iuſtitia, frequenter apparent, & præcipue de forma ſerpentis vide eum in 2. ſen. diſt. 21. q. 2. ar. 1. in cor. & ſec. ſec. q. 165. ar. 2. ad 3. Dæmonum mirabilia.

e De pœnis. *Adde Panor. in c. 1. & 2. de ſortileg. Ghirlan. in d. tract. de ſortileg. q. 11. & ſeq. vſq; in fin. tract. Bonif. Vital. in rubr. de ſortileg. & mat. nu. 8. Azo. in ſum. tit. de malef. & math. nu. 1. Hoſt. in ſum. tit. de ſortileg. ver. quæ ſit pœna ſortileg. & Roma. in ſingul. 667. incip. tu ſcis quod iſti diuinatores. qui dicit quod iure canonico, ſi nõ ſunt hæretici, & ſunt viles perſonæ, puniuntur pœna fuſtigationis. Si vero ſint nobiles, damnari debent pœna perpetui carceris, per tex. ſingularem 26. q. 5. c. contra idolorum. Et adde Panor. in c. at ſi clerici. de iudicÿs. & Dec. ibidem. & Io. Bernar. Diaz in pract. cano. in ver. ſortilegi.*

Quid de confeſſo hæreſim, poſtea retractante, & contradicente. Cap. XXIII.

SVMMARIVM.

1 *Negans aut retractans, quod prius confeſſus fuerat, pro ficte conuerſo habendus eſt.*

2 *Qui crimẽ ſuũ primæuũ confiteri recuſat, impœnitẽs eſſe videtur.*

3 *Perſiſtens in negatione præcedentis confeſſi, in purgatione & pœnitentia ſibi iniuncta defeciſſe indicatur.*

IN ſupe-

Hanc ipſam au-ctoris ſententiã toto hoc capite, ſequitur au-thor repertorÿ inquiſitor. verbo, confeßio. circa finem §. nũc videndũ. [a] *adde Ioannem de Anania in c. excõmunicamus. §. adÿcimus de hæret.*

IN ſuperioribus dictum fuit, quod is qui confitetur, & recognoſcit ſuum errorem, reciptur ad miſericordiam, ſi eam petit: & indicitur ſibi purgatio. Sed † pone: aliquis poſt confeſſionẽ 1
erroris, & poſt indictam ſibi pœnam pœnitentialem, dicit publice quod non errauit: quod non exceſſit: & quod illud, quod fuit cõfeſſus, fuit cõfeſſus propter metum expenſarũ, vel propter metũ maioris pœnæ; & ſic modo negat & retractat [a] id, quod prius fuerat confeſſus; quid erit de eo? Dic, a
quod per hanc ſuam retractationẽ, & negationem non videtur vere, ſed ficte fuiſſe conuerſus, vt de pœ. diſt. 3. c. pœnitentia. cũ c. ſeq. Et præſumitur quod materia primi erroris fuerit per eũ recondita, & callide palliata, vt de pœ. diſ. 2. c. ſi quis ſemel. & facit quod no. Archid. in ſimil. ext. eod. cap. vt commiſſi. ſuper verbo. in carcerem. Impœnitens † enim videtur perſiſtendo 2
in tali retractatione, videlicet ex quo ſuum crimen primæum confiteri recuſat, vt de pœ. diſt. 1. c. quis aliquando. §. e contra. & c. ſeq. in fi. & ſibi ipſi videtur complacuiſſe in errore primæuo; quem iuſta remiſſio debuit expiare. 34. q. 1. cum per bellicam. nam exitus acta probat, 22. q. 2. quod autem ait. C. de iudi. l. rem non nquam. §. patroni. & ſequentia declarant præcedentia, vt C. de adult. l. ſi qui adulterii. 24. q. 1. c. 1. circa fi. Immo † videtur talis in hac negatione perſiſtens defeciſſe in pœ- 3
nitentia, & purgatione ſibi iniuncta: & ideo eſt tanquam hæreticus puniẽdus, vt ext. de præſum. c. litteras. in fi. de pur. can. inter ſollicitudines. in fi. cum ei demum ſit venia indulgẽda, qui redit ex puro corde, vt ext. eod. c. vt officium. §. ſi vero. in verſi. prouiſo. lib. 6. & peccati venia non concedatur niſi correcto, vt ext. de regulis iur. li. 6. c. peccati venia. & primęua confeſſio non debuit ſibi profuiſſe, cum eam modo contemnat, & deteſtetur. argu. ext. de vſuris. c. quia fruſtra. C. de apoſt. l. hi qui ſanctam. Vnde ſi in ſua prima confeſſione abiuraſſet; poſſet modo cenſeri ficte relapſus: & ſi in ſua negatione perſiſteret; poſſet tanquam pertinax hæreticus condemnari.

Concluſio totius.

ADDITIO.

Confeßionem, ratificatam reuocans, errorẽ

Negat & retractat. *Adde quod & ſi confeßio quandoq; reuocari poßit, vt per iura adducta ab Ang. de malefic. in gloſ. comparent d. Inquiſit. verſ. 1. Hippol. Marſil. in pract. in §. poſtquam. nu. 15. & nu.* a

& nu. 47. & in §. quæritur.nu.32.& in ſingul.201.ibi, poteſt tamē limitare omnia prædicta. Ioachi.Myſing.cent.4.obſeruat.51.Rom. in ſingul.304. incip. tu habes materiam. Io. de Arno.in ſing. 1. & in ſing. 94. Boer. in deciſ. 90. Boſ. in tit. de confeſſiſ. nu. 73. & in tit. de tortura.nu. 49. Bologni.in addit. ad Guid. verſ.denuo videre reſtat.nu.48. Franciſ.Bru. de indic.& tort.q. 6.par.2.nu.7.& per alios: dicunt nihilominus Doctores omnes, quod opus eſt vt error probetur: nec ita paſſim admittenda eſt reuocatio quando toties fuit ratificata, prout ſupponit Author hic, quia ponitur perſeuerātia vſq; ad & poſt iniunctionem pœnæ pœnitentialis. Probantur hæc per adducta ab Auguſt. Arim. in addit.ad Ang.in d. gloſ.& verſ.nu.2. vbi vide plura de reuocatione confeſſionis. Rurſus adde quod cum confeſſio iudicialis veriſimilis nō æquiuoca, ſed pura, nitida et clara in cauſa hæreſis adeo efficax & priuilegiata exiſtat, vt illa ſola ſufficiat ad condemnationem, quia aliter de crimine ſeu delicto conſtare non poteſt: nam ſolus Deus eſt ſcrutator cordium, vt no. Bal. in l. ſi quis non dicam rapere.C.de epiſc.& cler.citatus à Nicol.Arelat. in tract.de hæret.notab. 2.& à Franc. Ponz. in tract.de lamijs.nu. 52.& nu.70.quod in alijs delictis minime ſufficere probant dicti Arelatanus, & Ponzinibius in d. locis: non videtur quod ad reuocationem aditus facilis habeatur. Obſerua demum quod minus admitti debet completo iudicio, cauſaq; concluſa, vt in caſu ab Authore noſtro propoſito.arg.l.error.C.de iuris & facti igno.& Corſet. in ſing. in ver. confeſſio.1. nu. 1. Nam priuſquam ad pœnæ impoſitionem iudices deuenerint, credendum eſt quod imputatus congruum temporis ſpacium ad conſulendum, & ſe defendendum habuerit, & quod omnia iuxta iuris ordinem ſeruata ſint. Quibus exiſtentibus Authoris doctrinam optimam eſſe puto.

probare debet.

Ad hæc enim in hoc crimine priori dicto credi debeat, vt author docuit ſupra cap. 14. & tradit Directo. 3. par. q.65. vbi late Schol.122. ſit vt nullo pacto credi oporteat ei qui cōfeſſionē legitime factam reuocat, ideoq; poterit vt impœnitens condemnari.

Quomodo, quando, & ad quid procedatur contra defunctum ſuper hoc crimine. Cap. XXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Speciale eſt quod in crimine hæreſis procedi poſſit contra defunctum, prout in crimine læſæ maieſtatis.*
2 *Quod intelligitur de vere hæretico, non de ſuſpecto.*
3 *Et tunc multiplici ratione eius hæres citandus eſt.*
4 *Damnatur defuncti memoria, excommunicatur, confiſcantur bona, exhumatur corpus.*
5 *Infra quantum tempus inquiri poteſt contra defunctum.*

PRIVS-

De materia huius cap. late Direct. inquiſitor. 3. par. q. 121. Repertoriū inquiſitor. verbo, defunctus. Simancas catho. inſtit. tit. 18. & Pegña lib. 3. adnot. in Director. Schol. 161. vbi ordinem procedendi præſcribit.

PRIVSQVAM ad alia procedatur, poſt quam vi-
ſum eſt quomodo de hoc crimine accuſantur,
& damnantur viuentes; tunc merito eſt viden-
dum† an ſuper eo poſſit procedi contra defun- 1
ctum. Et videtur quod non: quia crimina extin
guuntur morte quo ad temporales pœnas, vt 23. diſtin. quo-
rundam. Mortuis enim eſt ignoſcendum, non iniungendum.
26.q.7.c.1.ad quod C.ſi reus, vel accuſator mortuus fuerit. l.
1.& 2.ff.de accuſatio.l.ex iudiciorum.cum ſimilibus. Sed dic
contra: quia mortuus potuit accuſari; & contra eum inquiri po
terit, etiam poſt mortem. Nec obſtant iura prædicta: quia ſpe
ciale eſt in hoc crimine. Ita patet 24.q.2.ſane.& quaſi per totū
C.de hæreticis.l.Manichæos.ext.eod.tit. c. ſi quis Epiſcopus.
& ext.eod.c.filii.lib.6. Nec eſt mirum: quia idē eſt in crimine
læſę maie. vt C.ad l.Iul.maie.l.quiſquis.& l.fi. Vnde multo for

Cōtra vere hæreticum defunctum proceditur: non autem cōtra ſuſpectū. Citādi ſunt defuncti hæredes vt eum tueantur, ſi fieri legitime poßit. Cap. 18.

tius in iſto, vt ext.eod.c.vergentis. Quod †tamen intellige eſſe 2
verum; vbi dicitur defunctum fuiſſe vere hæreticum: ita quod
bona eius veniant confiſcanda. Nam ſi ſolum dicitur ſuſpe-
ctus de hæreſi; tunc eius crimen eſt extinctum morte, vt
ext.eod.tit.accuſatus.§.porro. Et dicas quod quando procede-
re volet Epiſcopus vel Inquiſitor ſuper crimē defuncti,† faciet 3
citari eius hæredē ad defenſionem: cū ipſius hæredis interſit
propter conſeruādam famam, & memoriam defuncti; & pro-
pter bona, quæ veniunt ſibi auferenda. Item ex alia cauſa inte-
reſt hæredis, vbi ipſe heres eſſet filius defuncti; in hoc enim in-
tereſt tunc ipſius filii hæredis, quia vbi ipſe pater damnatur de
hæreſi, quædam pœnæ deſcendunt in filios, vt dicetur infra in
c.quæ pœnæ deſcendant, &c. Item filiis quandoque auferun-
tur bona defuncti; quandoque non, vt infra ſubiicitur: & latius
infra in ſequenti dicetur. Item fit iniuria hæredi; ſi defunctus
exhumatur, vt ff.de acquiren.hæredi.l.pro hęrede.§.fi.C.de ſe
pul.viol.l.qui ſepulchra.in prin.13.q.2.animæ. Vnde nimirū
ſi citandus eſt hæres; cum ſententia eum tangat per l. ff. de re
iud.de vnoquoq;.in fi.cum ſi.ad quod ext.de appel.c.per tuas,

Proceditur contra defunctum ob multiplicem finem.

de conſtit.c.eccleſia.in fi. Sed quæro † eo caſu quo procedetur 4
contra mortuum; ad quem effectum procedetur contra perſo-
nam defunctam. Et dic quod multiplex erit effectus. Pri-
mus, quia damnabitur memoria defuncti, vt præallegato c. ſi
quis Epiſcopus.in fi.dicta l.Manichæos.& dicta l.fi.ſupra pro-
xime

xime allegatis.& C.de epiſcopis, & cleri.l.quoniam venerabilis.Et etiam poterit excommunicari quantumcunque ſit mortuus,vt dicto c.ſane.24.q.2.Nam & quandoque in excommunicatione decedens abſoluitur,vt ext.de ſent.excom.à nobis.2. licet talis excõmunicatio eſſet ſuperflua: cum ipſo iure fuerit excommunicatus,vt dictum fuit ſupra de pœnis hęreticorum. Secundus effectus erit bonorum ademptio: nam propter bona proceditur ſuper crimine poſt mortem, vt patet in iuribus ſupra allegatis,in prin.vt C.ſi pendente ap.l. quamuis. & not.in dicto c.à nobis.2.in gloſ.puta in hæreſi.ſuper ver.mortuos.Et patet in quadam conſtitutione Federici Imperatoris,quæ incipit: Inconſutilem.& ext.eod.c.accuſatus.§.in eo.& ſic auferrentur bona defuncti. Quod intellige eſſe verum, niſi ipſa bona eſſent penes filios illius, qui filii eſſent fideles, & catholici: & poſſederint ea per quadraginta annos, vel vltra;& ille defunctus,de cuius crimine nunc quæritur, reputabatur catholicus, tempore quo deceſſit.Nam his,& aliis,de quibus dicetur infra de præſcript.bonorum.concurrentibus;iſti filii eſſent tuti quo ad bona defuncti,vt ext.de præſcript.c.fi. lib. 6. Erit & tertius effectus;quia ſi talis reperitur in cœmiterio tumulatus;Epiſcopus,vel Inquiſitor faciet ipſum exhumari. Nam ſicut tradi nõ debuiſſet eccleſiaſticæ ſepulturę, ſi viuẽs fuiſſet damnatus, vt ext.eod.c.2.lib.6. ita ſi poſt mortem reperitur talis, cui communicari non debuit in vita;exhumandus erit,vt ext.de ſepul. c.ſacris.cum ſuis concor. Quod quidẽ eſt verum: ſi modo eius oſſa poterunt diſcerni ab oſſibus fidelium,vt dicto c.ſacris.Ad alium autem effectum nõ inquiritur ſuper crimine defuncti; cum aliæ pœnæ non poſſint eidem infligi,vt ſupra in c.de pœnis hæreticorum. Sed † quæro infra quantũ tẽpus poſt[b] mortem inquiri poterit ſuper crimine defuncti. Dicunt quidam quod infra quinquennium tantum à tempore mortis,vt C.de apoſtat.l.ſi quis defunctũ.C.ne de ſtatu defuncti.per totũ.Alii dicũt quod vſque ad viginti annos.C.de illis.l. querela.alii dicũt,quod in fauorẽ fidei, & in deteſtationẽ huius maximi criminis inquiri poterit ſine tẽporis præfinitione: cũ nulla iura ĩueniãtur,quæ in hoc crimine præfiniãt tẽpus: & nos debemus erubeſcere, dũ agimus ſine lege, vt C.de coll.l.illã.ext.ne ſede vacã.c.2.Prima tamẽ opinio videt᷑ tutior.Forma autẽ ferendæ ſentẽtiæ cõtra defunctũ, ponetur infra de formis ſententiarũ.

Dic verius anathematizari, quia defunctus excõmunicari nequit. Sotus li. 4. ſentent. diſt. 22. q. 2. art. 2 adde Schol. 2. lib. 2. adnot. in Directorium. Cap. 18.

Hanc habes apud Directoriũ in bullario litterar. apoſto. pro officio. S. inquiſitio.

5 b *Conradus Brunus libr. 5. de hæret. cap. 17. Squllacenſis tract. de fide catho. c. 54. & ceteris copioſius Franciſcus Pegña lib. 3. adnota. i Direct. Schol. 105.*

ADDITIO.

ADDITIO.

a Contra defunctum. *Adde Carer.in d.ſuo tractatu nu.93.& nu. 135.& 147. qui huic doctrinæ ſubſcribit,eamq́ confirmat per gloſ. in c. accuſatus.eo tit. & in c.2.de præſcript.lib. 6. Panor. & Fely. in c.cum à nobis.de præſcript.& vide plura adducta per Gōdiſal.in d. ſuo tract. q. 22. à nu. 6. vſq́ in fin. quæſtionis.& adde Io. Ant. Rub. in tract.de poteſtate procur.nu.142. & vide late per Tabie.in ver. hæreticus.§.8.& per Io. de Manz.in conſ. incip.primo quæritur ſi aliquis citatus ex cauſa fidei.nu.6. Adde rurſus conſtitutionē, Inconſutilem.§.Statuimus in primis. vbi ſic dicitur. Statuimus inprimis vt crimen hæreſeos & damnatæ ſectæ cuiuslibet, quocunq́ nomine cenſeātur ſectatores (prout in veteribus legibus eſt indictū) inter publica crimina numerentur.* (l. Manichæos, C.de hæret.) *Immo crimine læſæ maieſtatis noſtræ debet ab omnibus horribilius iudicari,quod in diuinæ maieſtatis iniuriam noſcitur attemptatum, quamuis iudicij poteſtate alterum alteri non excellat. Nam ſicuti perduellionis crimen perſonas adimit damnatorum & bona; & damnat poſt obitum memoriam defunctorum,ſic & in prædicto crimine,quo Patareni notantur, per omnia volumus obſeruari.* (l.penult.C.ad l.Iuliam maieſtat.) *Hanc conſtitutionem allegauit Author in hoc c.nu.4.*

b Infra quantum tempus. *Adde Fely.in c. cum nobis.de præſc.nu. 12. vbi bene examinat. §. in eo.c.accuſatus.eo.tit.lib.6.& gloſ.ibidem.& diſtinguit de proceſſu contra defunctum ad effectū imponendi pœnam temporalem, & ad effectum imponendi pœnam excommunicationis, & ibi tractat opiniones de annis 40.& de ann. 10.& de ann. 5.Vide etiam Gondis.in tract.eod.q.22. per to. & præcipue nu. 3.& ſeq. Io.Franc.Ponz.in.de lamijs.nu.76. Lancil.Conra.in prætor.de cauſ.criminal. nu.7.& nu.13.limita. 26.*

De confiſcatione bonorum, & quando, & per quem fieri debeat: & an poſſit ex gratia remitti: & an filij poſſint ipſam impedire. Cap. XXV.

SVMMARIVM.

1 *Tantūmodo bona vere hæreticorū,& nō ſuſpectorū cōfiſcantur.*
2 *Sententia declaratoria ſuper confiſcatione bonorum, & eius executione ferri debet vbiq́ per iudicem eccleſiaſticum.*
3 *Damnato de hæreſi non poteſt iudex cōdonare bona ſicut redeūti.*
4 *Filijs quando relinquantur bona parentum hæreticorum, & quando non.*

CIRCA

1 CIRCA † bonorum confiſcationem ſcire debe-
mus; quod ſolummodo bona illorum, quos
conſtat vere eſſe, vel fuiſſe hæreticos, veniunt
confiſcanda: non autem illorum, qui ſolum fo
rent de hęreſi ſuſpecti, vt ext. de hæreticis. c. ac-
cuſatus. §. porro. Nam ex quo tales recipiuntur
ad miſer icordiam; bona ſunt eis dimittenda, vt ſtatim infra di
cetur. Et ipſa bonorum confiſcatio fit ipſo iure ſtatim commiſ
ſo crimine, vt ext. eod. c. cum ſecundum leges. lib. 6. Sed tamen
neceſſaria eſt ſententia ſuper crimine, & ſuper ipſa confiſcatio-
ne; & neceſſaria eſt etiam quædam declaratoria iudicis, prout
plene not. D. Archid. ext. de pœn. c. felicis. lib. 6. ſuper verbo,
2 infamis. & ibi vide. Quæ ſententia † ſuper confiſcatione olim
in terris Eccleſiæ ferebatur per iudicem eccleſiaſticum: in aliis
vero terris per principes ſeculares, vt eod. c. vergentis. ſed ho-
die indiſtincte iſta declaratoria ſuper confiſcatione bonorum
fertur vbique per iudicem eccleſiaſticum, qui iudicat de ipſo
crimine. Et inſuper confiſcationis executio, ſeu bonorum oc-
cupatio fit etiam per iudicem eccleſiaſticum; & ſic per Epiſco-
pum, vel Inquiſitorem: & iudex ſecularis non intromittit ſe,
niſi quatenus per illum fuerit requiſitus, vt ext. eod. c. vt inqui
ſitionis. §. prohibemus. lib. 6. & dicto c. cum ſecundum. §. fi. Et
hæc plene fuerunt dicta ſupra de pœnis hæreticorum: & ibi vi
3 de. Sed † an Inquiſitor poſſit facere gratiam ſuper bonis: dic,
quod ſi damnat hæreticum eo quod non rediit infra tempus
gratiæ; quod non poteſt ſibi facere gratiam: quia iſta pœna
ademptionis bonorum infligitur à iure damnatis de hæreſi: &
ideo non poteſt per iudicem remitti; quia determinata à iure
non relinquuntur arbitrio indicantis, vt patet ſupra in c. an, &
quando Inquiſitor poſſit pecuniarias imponere. At vbi inqui-
ſitus redit infra tempus gratiæ; vel accuſatus redit ad miſeri-
cordiam; tunc Inquiſitor poteſt, ſi ipſe vult, gratiam facere ſu-
per bonis, vt ext. de hæreticis. c. vergẽtis. Immo hodie de neceſ
ſitate habet Epiſcopus, & Inquiſitor redeuntibus facere gratiã,
& dimittere bona: quia ex quo recipiuntur; bona non ſunt eis
a auferenda, [a] vt ext. eod. accuſatus. §. porro. Et not. per Archid.
qui allegat in authe. vt cũ. de ap. cogno. §. generalem. ver. ſi ve
4 ro. cum ſe. Sed pone, eo caſu † quo Inquiſitor non poteſt, vel
non vult gratiam facere ſuper bonis; ſi ille de cuius bonis agi-
tur,

De materia huius c. late Directorium 3. par. q. 109. & ſeq. & copioſe ibidẽ Schol. 151. & ſeq. & Reperterium, verbo, confiſcatio. & verbo, bona. Conradus Brunus libr. 5. de hæret. c. 6. & Antonius Gomez tom. 3. varia reſolut. ca. 14.

De hoc habes in conſ. Marſil. Mantech. & Dyni de Muſello.

Cap. 19. Redeũtibus bona dimittũtur. & hæc ſententia vera eſt, quidquid velit Simancas, vt tradit Pegña lib. 2. advot. in Direct. Sch. 6. Nullo modo filiis competunt

ibidem de filiȷs, & de vxorum dotibus. Sylueſtr. in ver. hæreſis 1. §. 8. verſ. tertia pœna eſt. & verſ. ſexta quod filiȷ. & verſ. ſeq. & late per Tabie. in ver. hæreticus. §. 4. 5. & ſeq. vbi quaſi ad verbum recitatur doctrina huius cap. 25. De vxoribus & filiȷs hæreticorum vide etiam Direct. 3. par. q. 110. 113. 115. & ſeq. Et de bonorũ confiſcatione vide rurſus per Carer. in d. tract. nu. 135. & ſeq. & nu. 152. & 158. & per Gõdiſ. q. 15. nu. 2. & ſeq. Arelat. notab. 43. Ghirlan. in tract. de hæret. q. 3. nu. 2. q. 5. nu. 7. Franc. Ponzi. de Lamiȷs, nu. 76. Et de hæreticorum filiȷs vide per eundem Ghirl. in d. q. 3. nu. 4. 5. & q. 4. per to. Et an reuertens recuperet bona, &c. vide per eundẽ Ghirl. q. 6. & per Care. in d. n. 158. ibi. ſed an recuperet bona, etc.

Quis dicatur fiſcus quantum ad bona hęreticorum. Cap. XXVI.

SVMMARIVM.

1 *Secularis iudex de bonis ſe non intromittat.*
2 *Bona confiſcata quomodo diuidantur.*

QVOMODOCVNQVE in propria ſignificatione
2 intelligatur fiſcus,[a] prout not. glo. de iure fiſci.
ſub rubrica l. 10. non eſt hic curandum: quia
1 hic aliter accipietur: &† ſecularis poteſtas ſe nõ
intromittet ſuper bonis; niſi quatenus per iudi
cem eccleſiaſticum fuerit requiſitus, vt ext. eod. c. vt Inquiſitio
nis. §. prohibemus. & c. cum ſecũdum. §. fi. li. 6. Dic ergo quod
2 vnum olim cauebatur, & aliud hodie obſeruatur: †Olim enim
per Inno. & Clem. 4. fuerat cautum in quadam eorum conſti-
tutione, quæ incipit: Ad extirpanda. §. teneantur inſuper. iuxta
finem conſtitutionis, quod Inquiſitores deberent diuidere bo-
na hæreticorum confiſcata in tres partes: & vnam partem da-
rent ciuitati, ſeu communi illius ciuitatis, in qua hæreticus dã
nabatur: & aliam partem darent Poteſtati, & Officialibus ſecu-
laribus, qui faciebant executionem contra hæreticum, & ſuper
bonis ipſius: tertiam vero partem tenerẽt ad ſuſtentandum in-
cumbentia ſuo officio Inquiſitionis: & ſi contrarium non oſtẽ
deretur; deberet omnino ſeruari, vt ext. eod. c. fi. ĩ fi. li. 6. Hodie
tamẽ dicũt Inquiſitores, quod iſta conſuetudo eſt per deſuetu
dinem abrogata: & dicunt quod per apoſtolica reſcripta fiſcus
in hoc caſu declaratur aliter. Nam dicunt quod Romana Ec-
cleſia erit, & eſt fiſcus quantum ad iſta bona: & quod ipſa Ro-

[a] Simancas catho. inſtit. tit. 9. nu. 132. Pegſia li. 3. in Directo. Schol. 152.

Hãc habes nũc apud Directorium.

Fiſcus ſit Romana Eccleſia pro dimidia, & Inquiſitio pro reliqua.

mana Eccleſia vult quod dimidia dictorum bonorum deſignetur ſuæ cameræ: & alia dimidia remaneat officio Inquiſitionis pro incumbentibus tolerandis: & ita de conſuetudine obſeruatur.

ADDITIO.

a Fiſcus. *Adde quod varia ſuper hoc fuit Doctorum opinio, ob conſtitutionum diuerſitatem, quæ diuerſis temporibus ab Ap. Sede prodierunt. De diuiſione igitur illa trimembri compendioſe admodum ſcripſerunt Marſilius de Mantechelis, & Dynus de Muſ. anno Domini 1291. vt habebis poſt hunc tractatum. Author inſuper quidam innominatus in tract. de hæret. par. 3. in rubr. de execut. ſententia. vbi dicit quod cum hoc crimē hæreſis mere eccleſiaſticum ſit, vt in c. vt Inquiſitionis §. prohibemus. & iam ſupra patuit cap. 8. & in addit. pag. 36. & ſeq. iure & rationabiliter bona hæreticorum eccleſiæ fiſco confiſcari & applicari debent. Quod autem à Summo Pont. in tres partes diuidantur, id factum eſſe dicit, quia vnuſquiſq; quod ſuum eſt pro libito diuidere, & dare poteſt: ideo Papa rem ſuam eo modo diſtribuendam eſſe ſtatuerat. Nec alia ratione partem illam communitatibus & rectoribus aſſignatam eſſe dicit, niſi vt per hoc Rectores ipſi & Domini temporales ad obediendum Inquiſitoribus, contra hæreticos & complices prouocarentur. Verum communitatibus, Rectoribus aut Dominis temporalibus, in d. conſtitutionibus contenta non obſeruantibus, ſed Officio potius ſe opponētibus, hæreticorū bona Eccleſiæ fiſco omnino confiſcari, & applicari debent. De qua quidē applicatione fit mētio in cōſtitutionibus, vbi dicitur quod bona eccleſiarum nō debent applicari fiſco eccleſiæ propter delictū clericorum, vt in clem. nolētes. poſt princ. Et hæc, inquit, quæ dicta ſunt, probantur per ea quæ continentur in conſtitutionibus, vel interpretationibus Inquiſitorum, & in conſilijs ſapientum.*

De tripartita, bonorum diſtributione.

Addit vlterius quod eodem modo diuidendæ ſunt condemnationes quæ imponuntur communitatibus ciuitatum, caſtrorum, burgorū & villarum, necnon & ſingularibus perſonis, iuxta contenta in cōſtitutionibus prædictis, dummodo Rectores locorū ita ſe habuerint ſicut in dictis conſtitutionibus diſponitur. De alijs vero condemnationibus quæ fiunt per Inquiſitores, & in illis conſtitutionibus non complectuntur, non debet fieri aliqua diuiſio, ſed ipſe Inquiſitor debet ſatisfacere Officialibus & Notarijs, & ſapiētibus, prout ei expedire videbitur. Hæc habētur ex cōſtitutionibus Innoc. 4. & Clem. 4. & præcipue in litteris Archiepiſcopis, Epiſcopis & Prouinciali prouinciæ directis; Ibi enim hæc verba habentur: Nos felicis recor. Greg. Papæ prædeceſ. noſtri veſtigijs inhærentes volumus vt bona mobilia, &

Condemnationes, pro officij ſuſtentatione, expendendæ.

domus

domus incarcerandorum pro hæreſi, quæ abſq; ſuorum præiudicio dominorum & graui ſcandalo, vendi poterunt, ac pœna pecuniaria quas per dictos fratres Inquiſitores, quibuſcunq; pro hæretica prauitate, pro dicti vtilitate negotij, & qualitate perſonarum, ac culparum quantitate penſatis imponi contigerit, integre conſeruentur pro carceribus ſeparatis, & tolerabilibus faciendis, & miniſtrandis neceſſarijs expenſis incarcerandis & eiſdem dictis fratribus & perſonis alijs, quas ad præfatum negotium promouendum aſſumere ipſos oportet, &c. Hæc omnia faciunt etiam pro his quæ de pœnis pecuniarijs in c.19. dicta ſunt, cum iam ſatis appareat quod Inquiſitores & reliqui miniſtri alendi & ſuſtentandi ſunt ab officio cui ſeruiunt, non autẽ à monaſterijs, vt ibi declaratum eſt. Vlterius de hac tripartita diuiſione habes per Archiep. par. 3. tit. 18. c. 2. §. 7. circa princ. & per Syluestr. in ver. hæreſis. 2. §. 12. & per Gondiſ. in d. tract. q. 15. nu. 3.

Rurſus quod ad fiſcum eccleſiæ, hæreticorum bona deuoluantur, prout in poſteriori opinione Author affirmare videtur, nulla habita ratione de trimẽbri illa partitione, habemus ex extrauag. ex eo. de hæret. §. fi. vbi dicitur: Rationem autẽ iidem Diœceſani prouentuum obuentionũ ex Inquiſitionis officio à vobis, non obſtante aliqua conſtitutione, conſuetudine vel mandato contrarijs, nõ expoſcant, ſed eam cameræ noſtræ, vel alij, cui nos vel ſucceſſores noſtri Romani Pont. mandaremus reddendam, reddatis. Quæ generaliter obſeruari iubemus. Ex his deducit Author ille quod hæreticorum bona, ſeu bona officij Inquiſitionis ſunt Cameræ Ap. ac ſi Inquiſitor in hac parte nomine eiuſdem Cameræ procederet, quia Papa qui d. bonorum Dominus eſt, ita ſtatuit. Fauet huic opinioni Fely. in c. irrefragabili. §. ceterum. nu. 5. de offic. ord. quem ſupra pag. 137. adduximus, dum ſermo fieret de pœnis pecuniarijs. Ibi enim plura quæ huic noſtro propoſito ſeruiũt, allegat: & diſerte dicit quod per ſpeciales conſtitutiones diſpoſitioni cap. cum ſecundum leg. de hæret. derogatum eſt, quia bona cõdemnati de hæreſi applicantur Sedi Ap. & Inquiſitori. & ad hoc allegat conſ. Franc. Paui. Auditoris Rotæ, incip. vt veritas eluceſcat. quod conſilium vide omnino. Idem dicit Fely. in c. cum nobis. nu. 12. de præſcriptionibus. ver. ceterum, dum dicit Abbas. negans dicta bona applicanda eſſe fiſco ſeculari, etiam Principis nõ recognoſcentis ſuperiorem, vt in pluribus, inquit, conſtitutionibus modernis, de quibus in Bibliotheca Papæ, in li. qui dicitur tract. Inquiſitorũ. c. 24. quem tractatum omnino quæram, ſi tamen ille diuerſus eſt ab iſto à D. Zanchino cõſcripto, quia & iſte in Bibliotheca Apoſtolica reperitur: & cap. 24. agitur de modo procedẽdi contra defunctũ, &c. Camera Apoſtolica. Franciſcus Pauinus.

Hoc etiam probat D. Taddæus Pepulus in quodã conſ. ad Inquiſitores, cuius opinionem habes à Tabie. in ver. hæreticus. §. 6. & non modo in ſententia ſed etiam in verbis cum D. Zanch. conuenire vi- Bona omnia hæreticorũ, ad officium Inquiſi-

tionis pertinet. detur. Et obſerua dicta Tabie.ibi,quæ mentem ſatis aperient.Inquit enim quod ex iuribus,ante Innoc. 3.perſpicuum hoc non erat, quare ille in c.vergentis.eod.tit. declarauit,quod in terris imperij publicatio bonorũ ad iudicem ſecularem ſpectabat:in terris autem eccleſiæ ad iudicem eccleſiaſticum. Quam diſpoſitionem Canoniſtæ communiter ſecuti ſunt. Tempore Bonifacij 8. ſublata eſt à iudice ſeculari facultas illa in c. vt inquiſitionis. & c. cum ſecundum. eod. tit. lib. 6. & ad eccleſiaſticum totaliter translata eſt,adeo quod pronũciatio,confiſcatio, & ſimiliter fiſcus vbiq; locorum,ad eccleſiaſticũ ſpectat. Deinde per Innoc. 4. & Clem. 4. decretum fuit, vt in tres partes bona illa diuiderentur, & Domino temporali tertiam partẽ conſtitutiones illæ aſſignabant,propter expenſas quas locorum domini in hæreticorum proſecutione facere conſueuerãt, & ſimiliter aliam tertiam partem miniſtris communitatis ſeu Prætoris familiæ dabant propter labores, &c. Verum ſub Clem. 5. decretum fuit vt Inquiſitor familiam propriam, & carceres, & cuſtodes, & notarios haberet,vt in Clem. eod tit. patet,pro quorum ſuſtentatione Inquiſitor aſſidue laborat. Vnde concludit quod cum Inquiſitor prædicta onera ſolus ſuſtineat,debet omnia bona habere.

Poſtrema opinio probatur. Id autem breuiter ſic probatur,quia ſeculares Principes nihil habere debent ratione fiſci, vt olim ex c. vergentis. quia id iam correptum eſt per poſteriora iura, vt in c.vt Inquiſitionis. & c.cum ſecũdum. & per extrauag.Clem. & Innoc. 4. Nec ratione expenſarum, vt diſpoſuerat Innoc. 4. in extrauag. ad extirpanda.quia hodie nihil expendunt. Et hac eadem ratione excluduntur miniſtri Prætoris, quia non laborant niſi ab inquiſitore mercedem habeãt. Nec apoſtolica Camera aliquid habere debet,quia ipſe Innoc. 4. in d.extrauag. nulla parte ſibi retenta,iubet illa omnia diuidi, & dari in adiutoriũ

Exemplum. officij, ideò nihil debet habere. Et ita dicit Tabie.quod officialis quidam Cam. Apoſt. qui Brixiæ partẽ cuiuſdã confiſcationis petebat, vigore d.cõſtitutionis ſibi oſtẽſæ,ceſſit, & ſiluit. Nec Epiſcopus quidpiam habere debet,quia id ſibi prohibetur in d. extrauag. ex eo. de qua etiam ſupra pag. 140. in fin. Quare concluditur ad Inquiſitorem omnia hæc pertinere,qui etiam vniuerſa officij onera ſuſtinet.

Ludonicus Bolognimus. Hæc omnia dilucide admodum examinantur,et reſoluuntur à D. Lud. Bolog.in ſpeciali conſ. incip.viſis igitur priuilegiis conſtitutionibus, &c. cuius deciſionis ſummam habes à Tab.in d. §.6.in ver. hæreticus. Sed nos curabimus vt integrum conſilium poſt hunc tractatum vnà cum quibuſdam alijs videre poſſis. Excellentiſs. itaq; Doctor iſte Inquiſitorum partes egregie tuetur, et ſoluit rationes omnes, et declarat iura quæ huic deciſioni obſtare videntur. Ideo vide & diligenter obſerua quæ ipſe ſcribit,quia more ſuo,iuribus, & ſuauiſſimis gloſſis & interpretationibus omnia probat.

Inquiſitores

Inquiſitores tamen admonendos eſſe putarem, vt ſeculares Principes ſibi beneuolos conſeruare ſtudeant, quia abſq; illorum auxilio & fauore nihil prorſus facere poſſumus. Nam ſubditi ſacrum hoc officium tunc magis venerantur ac timent, cum Principes illud tueri conſpiciunt. Eo quippe deducta eſt mortalis infirmitas vt terrenos Principes magiſq; cœleſtem Regem homines metuant. Quo fit vt Inquiſitores abſq; Principum beneuolentia & gratia, fere ab omnibus negligantur. Terreni nihilominus Principes illud in primis proſpicere deberent, vt in ſuis dominiis fidei integritatem & puritatem modis omnibus conſeruarent, cum exempla vbiq; nos doceant, hæreticos non modo Eccleſiæ, ſed & ipſorum Principum hoſtes infeſtiſſimos eſſe. Ideo non minus illorum interitum, qui diuinam maieſtatẽ ledunt, procurare ſtudeant, quàm eorum damnationem, qui contra mundanam maieſtatem aliquid moliuntur, vt Deum Opt. Max. propicium in omnibus habeant. Admonitio.

Si quæris quid agendum cum quis damnatus in vno territorio, bona in alio territorio habet, vide Io. And. qui mouet hanc quæſt. & rationes per illum hinc inde adductas, ponit Archiep. in 3. par. tit. 18. c. 2. §. 7. prope medium, & Syluestr. in ver. hæreſis. 2. §. 12. & vide Gondiſ. in q. 15. nu. 6. & ſeq. & Roma. in ſingul. 578. Qui videntur vnanimi voto tenere, quod bona immobilia ad fiſcum illum pertineant ſub quo ſita ſint. ſubtracta parte illa, quæ officialibus debetur, qui in hoc laborauerunt. Tu tamen vide & conſidera. & adde Ang. de malefic. in gloſ. & eius bona publicamus. verſ. quæro bona expreſſa in ſent. per tot. & Augu. ibi in addit. Ad quem pertineant bona, exiſtentia in alio territorio.

De reuocandis alienationibus, & obligationibus factis per hæreticos. Cap. XXVII.

SVMMARIVM.

1 *Bona hæreticorum tum viuentium, tum mortuorum confiſcantur.*
2 *Quid de bonis, poſt commiſſum crimen obligatis & alienatis.*
3 *A die commiſſi criminis, bona ipſo iure confiſcata fuerunt.*
4 *Incorporatio in fiſcum, fit per ſententiam Inquiſitoris.*
5 *Bona etiã titulo lucratiuo acquiſita pari modo cõfiſcata cẽſentur.*
6 *Quid de bonis titulo venditionis alienatis, an pretium ſit emptoribus reſtituendum.*

1 VIVENTES, & † mortui damnantur de hæreſi: & bona ipſorum confiſcantur, & auferuntur ipſis hæreticis damnatis, vel eorum hæredibus, vt ſupra latiſſime eſt oſteſum: quod quidem indubie Cap. 24. et 25

 intelligitur

De hac quæſtione et ſequẽtibus optime poſt alios Gabriel Quemada in compendio quæſtio. in materia fiſcali q. 7. cum alÿs ſeq.

intelligitur de bonis, quæ per ipſos poſſidentur. Sed † pone.aliquis ſtetit in hæreſi, & fuit hæreticus per decem annos, & interim multas obligationes contraxit; multa bona alienauit: nunc autem ipſe viuens, vel etiam poſt mortem damnatur de hæreſi; & detegitur retro fuiſſe hæreticus per tantum tempus; nunquid illa alienata reuocabuntur? & an dicentur illæ obligationes non tenuiſſe ſuper bonis? Et quicquid dicatur per Doctores circa damnatos ex alio crimine in l.poſt contractũ. ff.de dona.& l.cum hic ſtatus §.ſi maritus vxori. & ff. de donat.inter vi.& vx.tamen dicendum eſt circa hoc crimen, quod bonorum obligatio non tenuit: & alienata etiam poſſunt per Inquiſitorem, ſeu fiſcum a poſſeſſoribus reuocari. [a] Ratio eſt, quia † a die commiſſi criminis, ſiue a die quo incidit in hæreſim, bona eius fuerunt ipſo iure confiſcata, & delata in fiſcum: & ex tunc fuit ſibi a iure omnis adminiſtratio interdicta; & ſic alienatio, & obligatio: hoc enim dicitur in crimine læſæ maieſt.vt C.ad l.Iul.maie.l.quiſquis.§.filii.ver.emãcipatio.& ver. donationes.& l.fi.Multo ergo fortius in hoc immaniſſimo crimine, vt ext.eod.c.vergentis. & patet ext. eod. cum ſecundum leges.lib.6.quamuis † incorporatio in fiſcum demum fiat poſt ſententiam Inquiſitoris, per quam damnat illum de hæreſi: & declarat bona confiſcata fuiſſe, vt ff.de iure fiſci. l. Imperator noſter.& ibi per Dy.& plene dictũ fuit ſupra de pœnis hæreticorum. & ibi vide. Et iſta incorporatio, ſeu executio cõfiſcationis fiet per iudicem eccleſiaſticum; hoc eſt per Epiſcopum, vel inquiſitorem, vel per iudicem ſecularem; ſi de hoc per Inquiſitorem, vel Epiſcopum fuerit requiſitus, & nõ aliter, vt dicto c.cum ſecundum.§.fi.ext.eod.c.vt Inquiſitionis. §.prohibemus.lib.6. Cum igitur a die commiſſi criminis bona fuerint confiſcata; & ei fuerit adminiſtratio a iure interdicta; nõ eſt mirum, ſi facta per eum ſuper diſpoſitione bonorum poſt commiſſum crimen, & interdictam adminiſtrationem, non tenent, & veniunt retractanda, vt dicta l.poſt contractum.vbi de hoc per Dy.& C.de donationibus inter vir. & vxo. l. donationes.cum ſi.De hoc no.D.Archid.in c. cũ ſecundum. circa fi.

Incorporatio ĩ fiſcum fit poſt ſententiã Inquiſitoris. Cap. 18.

Etiam in titulo lucratiuo, et oneroſo habet locũ pœna confiſcationis.

Sed de † illo dubitatur hoc modo: prædicta vendicabunt ſibi locum indiſtincte in his, qui acquiſiuerunt dictas res titulo lucratiuo: ſed pone, † quod aliqui acquiſiuerunt titulo emptionis; an pretium ſit reſtituendum emptoribus, a quibus bona

ipſa

ipſa reuocatur? Idem D. Archid. ibi dicit indiſtincte quod nō. Sed benignius poteſt dici ſecundum Dy. quia aut extat pretiū, ſeu aliud loco pretii, aut eſt conſumptum. Si eſt conſumptum; non reſtituetur: & hoc caſu loquitur opinio D. Archid. Si vero adhuc exiſtat; & tunc bonæ fidei emptori reſtituetur, & non alii, vt ff. quæ in frau. cred. facta ſunt. l. ſi debitor. & l. ſeq. & multis aliis iuribus poſſet hoc adiuuari: ſed ſufficiat remittere ad no. per Dy. in l. ſi debitor. ſuperius allegata.

ADDITIO.

a Reuocari. *Adde Archid. in c. cum ſecundum. ſuper ver. confiſcata. eod. tit. lib. 6. Panor. in c. vergentis. de hæret. nu. 2. Ghirlan. eod. tit. q. 5. nu. 7. & 8. Lud. Carer. eod. tract. nu. 137. & ſeq. Archiep. par. 3. tit. 18. §. 7. circa fin. verſ. item nota quod bona hæreticorum. Syluestr. in ver. hæreſis 1. §. 8. verſ. pro his tamen notandū eſt. Tabie. in ver. hæreticus. §. 4. Vide etiā Gand. in tit. de bonis malefact. nu. 5. 6. & 7. Anch. in conſ. 252. allegatū ibi in addition. ad Gand. Hippol. de Marſil in ſing. 314. incip. prohibitio alienationis. Lancil. Conrad. in prat. de cauſ. crim. in rubr. de public. bonorum. nu. 4. 5. 6. & ſeq. & Boſ. in tit. de bonorum publica. nu. 76. & ſeq. De reſtitutione prety ſeu melioramentorum facienda emptoribus in caſu reuocationis alienationum, vide Carer. nu. 81.*

Quæ pœnæ deſcendant ex delicto parentum in filios, & in quos filios. Cap. XXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Quamuis pœna, regulariter non tranſeat in filios: ſecus tamen eſt in crimine hæreſis.*
2 *Triplex pœna in filios damnati de hæreſi deſcendit.*
3 *In filios redeuntium, pœna nulla ex his tranſit.*
4 *Pœna inhabilitatis ad eccleſiaſtica beneficia, locum non habet in redeuntium filÿs: ſed in his quorum parentes ſuſpicione notati deceſſerunt.*
5 *Quæ pœnæ pœnitentiales & purgatoriæ tranſeant in filios.*
6 *Pœnæ fabricandi eccleſiam, dotandi virgines, ſoluēdi pecuniam, & ſimilia poſſunt per filios & hæredes expleri.*
7 *Pœnæ mere perſonales ad filios & hæredes minime tranſeunt.*
8 *An ob matris delictum, dictæ pœnæ tranſeant in filios.*
9 *Ob matris hæreſim, filÿ ad ſucceſſionem inhabiles non fiunt.*

10 *Tales nec eccleſiaſtica beneficia, nec officia publica habere poſſunt.*

11 *Filijs, ob patris delictum, exiſtentibus ad ſucceſſionem inhabilibus, ad quem ſucceſſio ipſa deuoluatur.*

12 *Quid de extraneorum ſucceſſione?*

13 *An dictæ pœnæ in omnes filios tranſeant, ſiue legitimi ſiue illegitimi ſint.*

14 *Ad probandum quempiam hæretici fuiſſe filium, ſufficit probare, quod eum filium vocabat, & vti filium alebat, & tenebat.*

Alfonſus Caſtrus lib. 2. de iuſta hæret. punit. c. 9. 10. et 11. & late Pegña lib. 3. adnot. in Direct. *Schol.* 156. & 157.

REGVLARITER † pœna non tranſit in filios ex delicto patris, vt ff. de pœnis. l. ſi pœna. & l. crimen. Sed in hoc ſecus eſt, vt infra patebit. Vnde ad declarationem huius membri eſt ante omnia attendendum, quod quidam damnantur in vita, vel poſt mortem tanquam hæretici: quidam recipiuntur ad miſericordiam, impoſitis eis pœnitentialibus pœnis: quidam vero ſunt ſolummodo ſuſpecti, & eis indicitur purgatio & pœna purgatoria: quidam ſunt alii, qui nulla indicta purgatione decedunt in ipſam ſuſpicionem hæreſis. Et in filios † illius qui damnatur tanquam hæreticus de- 2
ſcendit triplex pœna. Prima eſt ademptionis bonorũ: quia omnino priuantur ſucceſſione paterna, prout plene dictũ fuit ſupra c. 25. de confiſcatione bonorum. Secunda, quia fiunt inhabiles ad ſuccedendum in teſtamẽto, vel ab inteſtato quibuſcunque aliis conſanguineis, vel extraneis, vt C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. §. filii. 24. q. 2. ſanc. 2. iuncta cum c. vergẽtis. ext. eod. ti. Tertia pœna eſt, quia fiunt inhabiles ad aliquod beneficiũ eccleſiaſticum, vel etiam publicum officium obtinendum, vt ext. de hæreticis. c. 2. §. hæretici. in 6. & c. ſtatutũ. 2. lib. 6. Aliæ autem pœnæ, quæ imponuntur hæreticis, non infliguntur eorum filiis: cum ſit ſcriptum, quod iuſtitia iuſti, & iniquitas impii, ſemper ſit ſuper eum. & alibi: Nõ portabit pater iniquitatẽ filij: neque filius iniquitatẽ patris. vt 24. q. 3. c. 1. & per totum. Et pœnæ, de quibus ſupra præmittitur, ideo deſcendunt in filios; quia expreſſe inuenitur iure cautum, vt in iuribus ſuperius allegatis. Filijs † vero illorum, qui redeunt, & recipiuntur 3
ad miſericordiam, quantumcunque fuerint hæretici; vel etiam filijs eorum qui fuerunt ſuſpecti, & deceſſerunt indicta eis purgatione, vel etiam non indicta (quia quantum ad hoc omnes

Triplici pœna hæreticorum filii afficiuntur.

iſti

iſti paribus paſſibus ambulant) nõ imponitur pœna ademptionis bonorum, quia & ipſis non eſſent auferenda. Quod autem redeuntibus, & incorporatis eccleſiæ, & illis qui ſolummodo ſunt ſuſpecti, non auferãtur bona; patet ext. de hæreticis. c. accuſatus. li. 6. §. porro. & ſe. & ibi no. per D. Archid. qui allegat in auth. vt cũ. de ap. cog. §. generalem. & §. ſi vero. cum ſe. Et ſic in filios talium nõ deſcendit prima pęna ademptionis bonorum. Item in ipſos filios redeuntium, vel ſolummodo ſuſpectorum non deſcendit ſecunda pœna; videlicet quod ſint inhabiles ad ſuccedendum conſanguineis, vel extraneis. Nam ex quo nõ priuantur ſucceſſione paterna propter vitiũ patris; multo minus debent priuari ſucceſſionibus aliorum. per arg. de quo magis videtur ineſſe, & non ineſt; nec de quo minus, vt C. de ſacroſ. eccl. auth. multo magis. & c. vergẽtis. ext. e. & c. cum ſecũdum. ext. e. li. 6. *Immo hodie ex generali. S. R. inquiſitionis cõſuetudine, hæreticis redeuntibus de miſericordia inquiſitores bona quæ fuerant ſua, condonant.*

4 ext. e. li. 6. Tertia † vero pęna, videlicet quod filij hæreticorum ſint prorſus inhabiles ad eccleſiaſticum beneficium, vel publicum officium obtinendum; nullo modo habet locum in filijs hæreticorum, qui redierunt ad Eccleſiæ vnitatem: & fuerunt recepti, & incorporati Eccleſiæ, vt ext. e. c. ſtatutum. 2. li. 6. §. fi. Sed in filijs eorũ, qui fuerunt ſolummodo ſuſpecti; puta propter fautoriam, defenſionem, receptionem, vel ſimilia; bene habet locum dicta pœna, vt non poſſint eccleſiaſtica beneficia obtinere: ſi modo iſti parentes deceſſerũt tales. Nam ſi rediiſſent ad miſericordiam; & fuiſſent recepti impoſita eis pœnitentiali pœna; & completa pęnitentia deceſſerint; vel etiam pœnitentia non peracta; tunc hæc tertia pœna ad filios non tranſiret, vt *Filij ſuſpectorũ de hæret. taliter decedentiũ inhabiles ſunt ad officia & beneficia.*

5 dicto c. ſtatutum. §. fi. & ext. e. c. 2. §. hæretici. li. 6. Viſo † itaq. de pœnis damnatorijs hæreticorum, quæ tranſeunt ad eorum filios, & quando; nunc ſubſequenter eſt videndum de pœnis pœnitentialibus, ſeu purgatorijs, quæ ſunt plures; vt patet ſupra in c. de pœnitentialibus pœnis, ſeu purgatorijs, &c. quæ, & quando tranſeant in filios defunctorum. Et dicas, quod aut illæ pœnitentiæ iniunctæ erant tales, quæ poſſunt per alium explicari cum ſumptu tamen: aut non ſunt tales, & ita mere perſonales; quod etiam cum ſumptu non poſſent per alium explicari. *Quæ pœnitentiæ defunctis parentibus per filios adimplendæ ſint.*

6 Primo † caſu, puta ſi pœnitentiæ fuerant iniunctæ defunctis, vt facerent fabricare Eccleſiã, vel Hoſpitale; vt nuberent, vel dotarent virgines pauperes; vel vt ſoluerent pœnam pecuniariam; vel vt reſtituerent vſuras; vel vt facerent aliqua alia *Repertoriũ inquiſitorũ verbo: pœnitentia. & li. 3. adnot.*

opera

in Directorio Schol.160. opera ſumptuoſa pietatis; tunc ſi is, cui talia erant iniuncta ante eam impletam decedat; filij, & hæredes ipſius habebunt ea de temporalibus adimplere. Et idẽ dicunt quidam in perſonalibus, quæ poſſunt per alium explicari: ſicut eſt ieiunare, & orare. Nam ieiunia cognatorum, & orationes ſanctorum liberant ſeu ſoluunt animas defunctorum, vt 26.q.7. ab infirmis. 13. q.2. animæ. At vbi † iſtæ pœnitentiæ eſſent ita mere perſona- 7
les, quod non poſſent per alium explicari, vt audire theologiam; audire ſingulis diebus miſſam; abiurare, & deteſtari errorem; confiteri qualibet hebdomada; certe tales pœnitentiæ non tranſirent ad filios, vel hæredes: immo ſeruantur purgatorio: nam mortuis eſt indulgendum, non iniungendũ 26.q.7.c.1. & pœna debet tenere ſuos authores, vt C. de pœnis. l. ſancimus. ext. de his, quæ fiunt a maio. par. cap. c. quæſiuit. Nam in impoſitione talium pœnitentiarum, non ſolum fuit habitus reſpectus ad ſalutem animæ, ſed ad affligendum corpus; & ad corrigendum perſonam: & ideo ab ipſa perſona non eſt recedendum. C. de caduc. toll. l. 1. §. ne autem. Et ſecundum hanc diſtinctionem eſt intelligendum ext. eod. c. accuſatus. §. ſi

Quæſtio. Vtrum pœna incurrantur à filijs, propter matrem hæreticam. vero. li. 6. & quod ibi per D. Archid. no. plene. Sed quæro. † ſu- 8
pra dictum eſt, quod quædam pœnæ tranſeunt ad filios propter delictum patris: nunquid idem erit propter delictum matris? *Solutio.* Dic quod prima pœna, videlicet ademptionis bonorum, tranſit ad filios quo ad bona ipſius matris: puta ſi mater damnetur de hæreſi, bona eius confiſcabuntur, & auferentur filiis eorum, ſicut & eis auferentur propter delictum patris bona paterna. Nam licet in iure pœnæ imponantur hæreticis; & dicatur quod confiſcantur bona hæreticorum in maſculino, non habita expreſſa mentione de feminino ſexu; tamen idem erit in feminis, vt paſſis paribus ambulent: ac paribus pœnis puniantur propter hæreſim & in ſe, & in filiis, quo ad ademptionem bonorũ: quia in impoſitione harum pœnarum maſculinum profertur a lege: & ideo comprehendet ipſum femininũ, vt de pœ. diſt. 1. ſi quis cum telo. & ff. de iuriſdictione omnium iudicum. l. ſi quis id quod. & no. ff. de ver. ſigni. l. 1. per glo. & per doctores. & hoc caſu intelligo glo. quę eſt C. ad l. Iul. maie. l. quiſquis. ſuper verbo, minus. quæ incipit. & no. quod minus. vbi dicitur, quod eiſdem pœnis puniuntur filii propter delictũ matris, ſicut etiam propter delictum patris. Sed quo ad ſecundam

9 dam pœnam, per quam filii † fiunt inhabiles ad ſuccedendum
quibuſcunque perſonis, ſecus eſt dicendum, licet ipſa glo. in-
diſtincte videatur parificare in omnibus pœnis deſcenden-
dis in filios ob delictum patris, & matris. Sed male diceret,
ſic late loquendo: quia propter delictum matris filii fierent
inhabiles ad ſuccedendum aliis. Nam primo textus illius
l. quiſquis. hoc non portat: cum tantum afficiat illa pœna
laborantes morbo paterno, de materno nulla habita mentio-
ne: & nos non debemus pœnã odioſam extendere, vt ff. de lib.
& poſthu. l. cum quidam. ext. de reg. iur. c. odia. lib. 6. Maxime
quia vtrobique non eſt identitas rationis: cum magis timea-
tur in filiis vitium paternum, quàm maternum. Dicitur enim
quod ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri, vt ff. de edil. edicto. l.
quod ſi nolit. §. qui mancipia. ext. de renun. niſi cum pridem.
§. pro graui. ver. perſonæ. Et alibi dicitur, quod in ſolo ſtatu
perſonæ conſideratur in filio conditio matris: in ceteris vero
extra ſtatum conſideratur conditio patris, vt C. de rei vendic.
l. partum. & ff. de ſtatu ho. l. cum legitime. Ad quod extra
de conuerſi. coniung. c. ſi. Et habetur hoc expreſſe per canones:
quia vbicũque filiis imponitur pœna propter delictum paren
tum; ſemper intelligitur de linea paterna, nõ materna: niſi ex-
preſſe de linea materna dicatur, vt ext. de pœnis. vbicunque. li.
10 6. Tertia vero † pœna, per quam filii hæreticorum fiunt inha-
biles ad obtinendum eccleſiaſticum beneficium, vel officium
publicũ, afficiet bene filios ex delicto matris: quia hoc expreſ-
ſe cauetur in iure, ext. eod. c. ſtatutum. lib. 6. Sed in hoc erit dif-
ferentia; quia vbi filii puniuntur ex delicto patris, magis exten-
ditur pœna, videlicet in ſecundam, & tertiã generationem. Et
his caſibus, quibus pœna tranſit in filios ex delicto matris; pœ-
na non tranſit vltra primum gradum filiorum, vt dicto c. ſtatu
tum. An autem nepotes hæretici nati ex filia excuſentur a pœ-
nis; cum attingant hæreticum in ſecundo gradu ex linea ma-
terna, ſiue ſuæ matris; an vero includantur quo ad pœnas, cum
ſint in ſecundo gradu ex deſcendentibus hæretici; vide per do.
Io. An. in dicto c. ſtatutum. Sed circa præmiſſa quæro. ſupra
fuit dictam quod filii hæreticorum fiunt inhabiles ad ſucce-
11 dẽdum propinquis, vel extraneis: ad † quem dicemus nos per-
uenire debere ſucceſſionem delatam iſtis filiis? Et dicas, quod
aut quærimus de ſucceſſione propinquorũ, aut extraneorum.

Ob matris hæreſim, filij non fiunt inhabiles ad ſucceßionẽ.

Pœna ob delictum parẽtum cõmuniter intelligitur de paterna linea.

Ex delicto patris in ſecũdã, & tertiam generationẽ: matris vero ĩ primam tantũ pœna extenditur.

Dic quod nepotes ex filia non afficiuntur his pœnis, quia patris ſui familiã ſequuntur. & de hoc late Ho

Si

ſtien.c. vergentis.de hæret.

Solutio.

Si de ſucceſſione propinquorum; iſti filii hæreticorum ab illa
ſunt penitus alieni. Nam illam non apprehendunt, neque te-
nent: & ideo illam habebunt alii venientes ab inteſtato, vt ff.
de his, quæ pro non ſcriptis habentur.l.3. ff. de pœnis. quidã.
Si vero † de ſucceſſione extraneorum: certe dicit textus in illa 12
l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie.quod filii talium ſucceſſionem nõ
capiunt: & ſic eam apprehendunt; ſed non tenent. Et ideo hoc
caſu ab eis aufertur per fiſcum tanquam ab indignis, vt ff. de
inoffi.teſt.l.Papinianus. §.meminiſſe. C.de his quibus, vt indi-
gnis.l.hæredita. Ad quod veniat ff.de ver. ſign. aliud eſt cape-
re.cum ſi. Sed eo præſuppoſito, quod propter delictum paren-

Queſtio.

Vtrum pœnæ filiorum debeantur legitimis tantum, an etiam alÿs.

tum quædam pœnæ tranſeunt in filios; vt ſupra eſt clare proba
tum: quæro modo nunquid † iſta intelligantur in filiis legiti- 13
mis tantum, an vero in omnibus, vt ſic etiam ad illegitimos di
ctæ pœnæ deſcendant. Et certe quãtum ad pœnas, quæ veniũt
infligendæ filiis propter delictum matris; non curo, an ipſi filii
ſint ex matrimonio, cum quo ad matrem omnes pro legitimis
habeantur: niſi forte mater illuſtris, vt C. ad Senatus conſultũ

Omnes filÿ quo ad matrem habẽtur legitimi.

orfic.l.ſi qua. Sed circa pœnas, quæ deſcendunt ex delicto pa-
tris, eſt videndum. Et in hoc eſt dicendũ quod vbi quæritur de
pœna nõ ſuccedẽdi patri; quod iſta trãſit ad filios illegitimos,
duplici ratione. Prima, quia bona illius patris deferuntur in fi
ſcum, vt ſupra fuit dictum. Secunda, quia huiuſmodi filii ille-
gitime nati nõ ſuccedũt, vt in auth.quibus modis nat.effi.ſui.
§.filium.col.7. Et idem in alia pœna inhabilitatis ad eccleſiaſti
ca beneficia obtinenda. Nam & ſi pater foret catholicus; tamẽ
iſte illegitime natus, propter defectus ſuorum natalium eſt
prorſus inhabilis, vt ext.de fi.presb.c.fi.& de renunc.c. niſi cũ
pridem. §. pro graui. ver. perſonæ. In ceteris vero pœnis,
quæ deſcendunt in filios, quantumcumque in propria ſigni-
ficatione, appellatione filii intelligatur ille, qui eſt natus ex
legitimo matrimonio, vt ff. de his qui ſunt ſui, vel ali. iuris.
l.filium.tamen, quo ad præmiſſã, idem intelligendum eſt tam

Hæc authoris ſententia vera & communis eſt.

Quomodo filius probetur, et filiationis vide

de filiis illegitimis, quàm de legitimis. Aliàs enim reſultaret
abſurdum: videlicet, quod plus iuris, & beneficii haberet lu-
xuria caſtitate: quod eſſe non debet, vt in auth. de reſtit. & ea
quæ par.in 11. menſe. §. fi. col. 4. Et ſi quæratur † quomodo 14
oſtẽdetur huic fuiſſe filiũ hæretici, cũ ſit illegitimus, nec poſſit
oſtẽdi per matrimoniũ; dic, quod ſufficiet quod ille hæreticus
vocabat

vocabat hunc filium, & tractabat vt filium: prout not. ext. de fin. presb. c. Michael. & patet ext. de probat. per tuas.

de probatione filiationis quæ late tradit Petrus Dueñas regu. 341. cum alijs ſeq.

ADDITIO.

Adde *Doctores præcitatos in additione ſuperiori, quia in eiſdem locis tractant de materia huius cap. & etiam de vxorum dotibus; de quibus Autor noſter Zanchinus adeo clare loquutus eſt, vt aliqua additione non egeat. Poteris videre Direct. 3. par. q. 113. & ſeq. vſq; ad 116. incluſiue.*

Quando, & ad quem poſſit ſuper hoc crimine appellari. Cap. XXIX.

SVMMARIVM.

1 *Iure nouo cautum eſt, ne hæreticus condemnatus, à diffinitiua appellare poſſit.*

2 *Proceſſu pendente, etiam in cauſa hæreſis à grauamine appellare licet.*

3 *Ab Inquiſitoris proceſſu, non ad ſuperiorem ſui ordinis prælatũ, ſed ad Papam, cuius Inquiſitor delegatus eſt, appellatio deferri debet.*

4 *A proceſſu Epiſcopi ad ſolum Papam exemptus appellabit, non exemptus autem aut ad Papam, vel ad metropolitanum appellare poterit.*

OLim a ſententia Inquiſitoris poterat appellari, ſicut a qualibet ſententia cuiuſcunque iudicis. Nam ſic ſtatutum fuerat regulariter: quod quilibet grauatus poſſet appellare, vt C. de appel. l. & in maioribus. 2. q. 6. c. 2. & c. placuit. ext. de appell. c. vt debitus. & per totum ext. de appel. c. cor-
1 di. lib. 6. Sed poſtea † ſuperuenit ius nouiſſimum; per quod iſte articulus declaratur. Nam à ſententia diffinitiua condemnatoria non poteſt condemnatus appellare: quia iam conſtat ipſum eſſe hæreticum: & hæreticis eſt ademptum beneficium appellandi. Et hoc caſu eſt intelligenda conſtitutio Federici Imperatoris, quæ incipit: Commiſſi. Ita etiam intel-
2 ligitur conſtitutio extrauagans Innoc. Papæ,[a] quæ incipit: Nouerit vniuerſitas. §. item proclamationes. Ita patet ext. de hæreticis. c. vt Inquiſitionis. lib. 6. Sed † ſi pendente proceſſu quis indebite

Quatenus ad appellationem attinet, adde Directoriũ 3. par. nu. 121. & ſeq. & ibidem late Scho. 39. et ſeq. Cõrad. Brun. lib. 4. c. vlt. de hæret. & Siman. catho. inſtitu. tit. 6.

indebite opprimatur, bene poterit à grauamine appellare[b]: qa ante ſententiam nondum conſtat ipſum eſſe hæreticum; & talem, cui ſit ademptum beneficium appellandi, quod quidem beneficium adimitur hæreticis. Et ſic communi iure, vt quilibet alius appellabit à grauamine per iura ſupra in principio allegata. Ita no. D. Archid. in dicto c. vt inquiſitionis. circa finē. b

Appellatur ab Inquiſitore ad Papam, non obſtante quod inſtituatur à generali ordinū, vel puinciali.

3 Sed eo caſu, quo † appellabit ab Inquiſitoris proceſſu; ad quem appellabitur? Dic, quod ad Papam, qui dicitur ipſum delegaſſe: ſicut dicitur in aliis appellationibus, quæ fiunt à iudicibus delegatis, vt ff. de appel. l. Imperatores. & quis, & à quo appelletur. l. 1. C. de appel. l. præcipimus. §. huic. ext. de offi. deleg. c. ſuper quæſtionū. §. porro. ext. de appel. c. dilecti filii Prior. Nec dicat aliquis, quod Inquiſitor videatur datus, vel delegatus à ſuo Miniſtro generali, vel prouinciali, vt per hoc videatur ad ipſum Miniſtrum, tanquam ad delegantem appellari: quia iſte miniſter non dat, nec delegat Inquiſitori iuriſdictionem; cum ipſe illam in ſe non habeat: ſed ſolum habet à Papa miniſterium eligendi, ſeu nominandi Inquiſitorem: & per hoc videtur datus à Papa, non ab eo, vt ff. quod cuiuſque vniuer. nomi. l. item eorum. §. ſi decuriones. ad quod ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. l. & ſi pretor. cum ſi. & probatur ext. de hæreticis. c. per hoc. lib. 6.

Appellatur ab Epiſcopo, vt de legato, ad Papam; vt ordinario, ad quemlibet ſuperiorē. Cap. 8.

Sed verius eſt ſemper ad Papam eſſe appellandum, vt præ ceteris dixit Pegña lib. 3. adnot. in Direct. Schol. 42. §. verū propter. & ſeq.

4 Si vero appellatur † à proceſſu Epiſcopi; & quæratur ad quem ſit appellandū; dic, quod aut ille, contra quem procedit Epiſcopus, erat exemptus; & ſic cognoſcebat contra eum ex iuriſdictione delegata: aut non erat exemptus; & ſic cognoſcebat contra eum ex iuriſdictione ordinaria: prout fuit dictum ſupra in tit. per quos poſſit procedi, &c. Primo caſu, eſt appellandum ad Papam: qui dicitur eſſe delegans; ſicut ſupra de Inquiſitore eſt dictum. Secundo caſu, quando cognoſcit ex iuriſdictione ordinaria; tunc poteſt appellari ad proximum ſuperiorem: puta ad metropolitanum; vel etiam omiſſis mediis, ad ipſum Papam, ſicut in aliis caſibus, vt ext. de appel. c. ſi duobus. & c. dilecti filii Prior. 2. q. 6. quotiens. & c. ad Romanam. licet de iure ciuili ſecus eſſet, vt C. de appel. l. præcipimus. & ff. eod. l. Imperatores.

ADDITIO.

a Innoc. Papæ. *Adde extrauag. Alex. 3. & Nicol. quæ ſimiliter incipit: Nouerit vniuerſitas veſtra. & habetur in Direct. par. 2. ſub*

Data

Data Anagniæ Pont. eiuſdem Alex. anno 6. Extrauag. autem Inno cen. ab Authore hic adducta, idem per omnia continet, vt ego vidi.

b A grauamine appellare. *Adde Specul. par. 3. tit. de appella. & Io. An. ibi & de diuerſis appellationum formis, & de apoſtolis reuerentialibus, & dimiſſorÿs, & alÿs multis vide ibidem, & par. 2. eod. tit. vbi adducitur doctrina Baldi in additionibus. Et adde Parid. de Put. in tract. de ſyndica. in ver. appellatio. verſ. 1. & verſ. ſeq. incip. an ſi ſtatuto. num. 2. Roma. in ſing. 774. in appellatione ab interlocutoria. Corſet. in ſing. in ver. appellato. per to. Gondiſ. q. 18. Lud. Carr. num. 129. Franc. Brun. de indic. par. 2. q. 5. Ghirlan. de relaxa. carce. nu. 3. Et conſidera diligenter practicam à Direct. propoſitam par. 3. in tit. de prorogantibus proceſſum. verſ. quintum quod prorogat. Ibi etenim ſufficienter inſtruit Inquiſitores circa appellationẽ admittendam vel reſpuendã; & vt magis ac magis in illa doctrina confirmeris, nota practicam Matth. Mattheſi. in ſing. 21. Ipſe quippe docet nonnullas cautelas à indice obſeruandas, vt appellatio pro deſerta habeatur.*

In hoc crimine hodie nec Directorii doctrina, nec Camilli hoc loco ſententia obſeruatur, vt apud Directorium obſeruat Pegña loco proxime citato.

Primo, inquit, apoſtolos petitos in forma communiter vſitata ipſe non tradat in continenti, ſed reſpondeat ſe eſſe occupatum, & ſe traditurum eos die penultima termini iuris, tali hora, puta, 16. Quod ſi appellans non cõpareat dicta hora coram eo pro apoſtolis, appellatio deſerta eſt: nec excuſabitur ſiue ante, ſiue poſt cõparuerit, vt in clem. quãuis. de appella. Quod per D. Gabr. Sar. addit. ampliatur, adeo vt ſi iſte, pẽdente illo termino, rurſus appellaret, prima appellatio iã deſerta per hanc ſecundam non iuuabitur. Allegat ad hoc ſolemnẽ Rotæ deciſ. tit. de appella. 23. in antiquioribus. quia proſequendo in termino eſt quæſitum ius appellato, quod per ſecundam appellationẽ tollitur. c. ab eo. de elec. in 6.

Terminus appellanti aſſignandus.

Secundo admonet, vt iudex certum terminum appellanti ſtatuat, infra quem iter à loco, vbi negotium tractatur, arripiat, ad locũ vbi moratur iudex ad quem; quia ſi appellans id non agit, appellatio ſimiliter deſerta eſt, vt in c. peruenit. el 2. de appella. & in c. cum cauſam. ext. de re iudi. Tertio præfigat terminum alium infra quem, appellans iudici ad quem ſe præſentare debeat. Quod ſi non facit, appellatio deſerta eſt, vt in c. perſonas. ext. de appella. Quarto docet vt appellanti terminus alius adhuc præfigatur, infra quem apoſtolos dilatorios, vel refutatorios iudici ad quẽ præſentare debeat. Si vero id non facit, appellatio quoq; deſerta eſt. per tex. ſingularem iuncta gloſſa, quam omnes tenent in l. præſes. C. de appella. Dicit præterea quod ſi iudex à quo ſtatuiſſet appellanti ſimpliciter terminũ ad proſequendum, puta vnum menſem, intelligitur, ideſt ad inchoandum proſequi, & tunc non ſufficit infra terminum arripere iter; ſed oportet quod ſe præſentet iudici ad quem, vt in c. cum ſit Romana. ext. de appella.

appella. & ibi not. Bar. in d. l. præſes. Additur & alius modus in clem.ſi ante. de dolo & cont.in gloſ. magna.in princ.& per Innoc. in c. paſtoralis.de offic. deleg.

Sed ſi iuſta eſt appellatio, iniquum, & iniuſtorum iudicū eam impedire.

Pro his vide Abba.& Philip. & alios in c. perſonas. de appella. & Cæpol.cautel. 45. vbi colligit ſeptem cautelas illaqueandi appellantem circa terminos: quæ omnes limitantur dummodo iudex à quo detulerit appellationi: ſecus autem ſi non deferat, ſed procedat appellationis interpoſitione non obſtante, quia tunc terminos præfigere non poteſt per Innoc. in c. fin.de appella. Roma. ſing. 167. iudex à quo. cum multis ibi adductis: & vide in additione vbi quāplura bona & vtilia dicuntur. Et ne diſcedas à Direct. in hoc puncto, quia doctrina ab eo tradita iuribus & Doctoribus innititur. Ideo de his ſatis.

An Inquiſitor poſſit cauſas hæreſis delegare: & conſtituere vicarios. Cap. XXX.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitores ſubdelegare, ac vicarios inſtituere de iure poſſunt.*
2 *Facultatem prædictam, nonnulli ad aliquos actus reſtringunt.*

Repertoriū Inquiſitorū verbo inquiſitor. & verbo, commiſſio. Ioannes Rojas ſingul. 97. Siman. catho. inſtit. tit. 34. nu. 29.

VIDETVR quod Inquiſitores † poſſint delegare cauſas pro ſuo motu: & cōſtituere ſibi vicarios generales[a]. Quia certum eſt, quod ipſi ſunt delegati Papę, vt ſupra proximo eſt probatum per c. per hoc. ext. eod. lib. 6. Sed delegatus principis, ſeu Papæ poteſt ſubdelegare, vt C. de iudic. l. a iudic. ext. de offi. deleg. c. ſuper quorum. cū ſeq. ergo non remanet dubitatio circa iſtud. Et ita generaliter videtur intelligere D. Io. An. ext. eod. c. vt commiſſi. in princ. li. 6. & in compil. Clementis. c. 2. in prin. in eod. ti. in glo. quod eſt infra. Sed alii aliter dicūt: videlicet, quod † poteſtas ſubdelegandi Inquiſitoribus ſit arctius reſtricta: videlicet, quod poſſint ſubdelegare, & committere receptiones denūtiationum, formationes inquiſitionum, citationes perſonarum, examinationes teſtium, & cætera præparatoria, ſeu media litis; non autem ſētētias. Et hoc per quandam extrauagantem conſtitutionem Clementis Papæ, quæ incipit: Licet ex omnibus. §. vt ergo cōmiſſi. quæ fuit poſtea per Vrbanum approbata. Et ita vt plurimū ab inquiſitoribus de cōſuetudine in multis partibus obſeruatur: licet prima opinio valida ſit de iure redacto in compilatione librorum.

Quod non poſſit Inquiſitor committere diffinitiuam ſententiam, per extrauagātem & conſuetudinem.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Vicarios generales. *Adde Direct.3.par.q. 13. & vide quomodo hoc idem probatur per clem. multorum. §. verum. vbi habentur hæc verba, Epiſcopo & Inquiſitori prædictis, ac alijs ad dicti executionẽ officij ſubſtituendis ab eis in virtute ſanctæ obedientiæ, &c. & in §. porro. in princ. & in c. nolentes. dicitur: Et tam ipſorum quam epiſcoporum ſeu capitulorum ſede vacante, ſupra hoc deputatis commiſſarijs, &c. & ibi gloſ. ſuper ver. ipſorum. de quo etiã vide per Gondiſ. q. 7. nu. 13. & ſeq. Carer. in tract. de e. nu. 92. cum ſuis concordantijs. Nam olim de hoc valde dubitabatur per rationes adductas in dicta gloſſa clem. nolentes. quod etiam patet ex quibuſdã conſultationibus & reſponſionibus datis Placentiæ anno 1286. die 13. Septembris, in quibus habẽtur hæc verba: Quarto cum cõſtet officiũ Inquiſit. ipſis Inquiſitionibus à Sede Ap. immediate eſſe cõmiſſum, et propter hoc ſint delegati ipſius ſedis: quæritur vtrũ poſſint generaliter vices ſuas & authoritatẽ officij ſui alicui perſonæ quaſi ſubdelegare. Reſponderunt omnes tum quia ipſum officiũ videtur ſpecialiter iniungi ipſis Inquiſitoribus propter idoneitatem perſonarum, quæ ad executionem officij exigitur: tum etiam quia in litteris Clementis de commiſſione officij, quæ incipit: licet ex omnibus. determinantur, & ſpecificantur quædam quæ committere poſſunt, & ſpeciale derogat generali, quod ipſi Inquiſitores non poſſunt generales vicarios conſtituere, quibus generaliter vices ſuas committant, niſi tantum in illis articulis, qui determinantur in prædictis litteris §. vt ergo commiſſi vobis debitum. vbi dicitur, quod ipſi poſſunt committere citationes, teſtium examinationes & denunciationes ſententiarum. Et quod vicarij Inquiſitorum poſſunt citare quoslibet infames & ſuſpectos de fide, & citatos poſſunt compellere per cenſuram eccle. quod coram ſe compareant & pertinaces excommunicare, & ſi tandem ſe præſentauerint, poſſunt eos abſoluere, & dicta eorum recipere & examinare, & etiam teſtes eodem modo cogere ad teſtificandũ contra eos. Diffinitiuam autem ſententiã ſoli Inquiſitores ferre debent, ita quod hoc alteri cõmittere non poſſunt: ſed poſſunt cõmittere denunciationẽ ſentẽtiæ, quam tulerint & etiã executionẽ ipſius, ſi fuerit pecuniaria.*

Antiqua opinio de vicarij inſtitutione.

Contrariũ ſentit Eymericus in Directorio. *3. par. tit. de forma inſtituẽdi commiſſariũ ſpecialem nu. 38. adde Pegñam ibidem* Schol. 9. §. diffinitiua.

Hoc idem habetur ex quibusdam reſponſis circa eadem tempora à quodam Doctore in Rom. Cu. exiſtente datis Fratri Florio, tunc Inquiſitori Ferrariæ, &c. tenoris infraſcripti. Suo D. Fratri Florio Altegradus, &c. Sciatis quod per plures maiores de curia tenetur quod veſtra iuriſdictio eſt delegata, & non ordinaria, & ad hoc multũ faciut tres decretales Sexti libri in quibus ita videmini denominari. Et etiã nõ poteſtis cõmittere vices veſtras ſicut ordinarij poſſunt.

Inquiſitor eſt delegatus.

Et audio à maximo aduocato curiæ, quod Papa qui eſt hodie, in quæſtione Fratris Thomæ Inquiſitoris Lombardiæ cum Fratre Pagano, dixit quod delegatam habeatis iuriſdictionem, & non ordinariam. Et valde reprehendit conſilium quorundam Doctorum de Lombardia, qui ipſi Fratri Thomæ dederunt conſilium, quòd ordinariam habebat iuriſdictionem. Quod ſi verum eſt, videtur quod de ſententijs prædeceſſorum veſtrorum, non poteſtis vos intromittere: quia delegatus ſententiam diffinitiuam latam, cum ſit functus officio ſuo, nō poteſt retractare aliquo modo, etiam ſi eſſet nulla. Secus de ordinario. Teſtem autem qui falſum teſtimoniū deponit corā vobis, lite pendente, ex officio punire poteſtis. Dat. Anagniæ. 22. Auguſt. Nunc vero dubitatio iſta de vicario inſtituēdo è medio ſublata eſt per dictas conſtitutiones ex clem. ſuperius adductas. & per Clem. 7. in litteris de quibus infra in §. de ætate vicarij. & per ſacri huius officij cōſuetudinem longa temporum ſerie comprobatā. Et nota quod magiſtri ſeu prouinciales ordinum non poſſunt inſtituere commiſſarios ſeu vicarios Inquiſitorū, quia nulla eis iurisdictio data eſt ad ea exequenda, quæ ad Officiū Inquiſitionis attinent: ſed his tantum facultas demandata eſt eligendi Inquiſitorū perſonas, ob pleniorē notitiā quam de ſuis Fratribus præſumuntur habere. Quare ipſi Inquiſitores, & non ſuorum ordinum præſidētes ſunt in dicto officio delegati: & ideo ipſi tantū poſſunt ſubdelegare, et vicarios inſtituere. Hæc ex Direct. eadem 3. par. q. 14. Et tanguntur ab Authore in c. præced. nu. 3.

Vide de hoc in conſ. Guidonis de Beluiſio, Iacobi, ac Rolandini ad q. 2.

De teſte falſo habebis in alia reſp. eiuſdē Doctoris ad eundē F. Florium.

Inquiſitores poſſūt Vicarijs plenarie committere uices ſuas.

Non tantum autem Inquiſitores poſſunt vicarios vel cōmiſſarios inſtituere, ſed etiam his plenarie cōmittere poſſunt vices ſuas, per allegata ab Authore in prin. huius cap. 30. & à Direct. q. 15. immediate ſequenti. Admonet nihilominus ibidem Direct. vt bene videant Inquiſitores, quibus tam ingens negotium committant, quia nec tanta experientia præditi ſunt, nec ita timentur, nec in tanta reuerentia habentur, vti Inquiſitores ipſi eſſe & haberi communiter ſolent. Hæc etiam patent ex eodem Direct. in eadem 3. par. vbi ponit diuerſas formas inſtituendi vicarium ſpecialem: & præſertim poſt primam formam. Ibi etenim dicit, quod & ſi Inquiſitor vices ſuas plene committere valeat, etiam procedendi ad ſententiam diffinitiuā, tamen melius eſſe dicit, quod relapſorum & impœnitentium pœnam ſibi retineat & reſeruet, quia de Inquiſitore magis in omnibus præſumitur quàm de cōmiſſario. Quod ſi cōtingat vicarios viros eſſe ingenio, prudētia atq; doctrina præſtātes, & fidei Zelatores, poterit Inquiſitor maiorē ſeu ampliorē facultatē illis cōferre, prout eos magis practicos in fidei negotijs agnouerit. Multū quippe prodeſt vicarios tales habere, quia ad Inquiſitorem pertinet vicarij ſui proceſſum tueri.

Directorij conſilium.

Conſulit præterea Direct. poſt formam inſtituendi vicarium generalem in tota prouincia, ne ipſi vicarij aliquid arduum inconſulto

Inquiſitore

Inquiſitore facere præſumant, immo de ſingulis ipſum admoneant, & ſuum conſiliũ & conſenſum ſemper expectẽt. Subnectit deinde in q. 16. quæ nam in vicario deſiderari debeant. & dicit quod litteris, conſtantia, circunſpectione, prudentia & integritate ornatus, ac fidei Zelator feruidiſſimus eſſe debet. Opus quippe eſt vt inter hæreſim & hæreſim, necnon & inter catholicam veritatem, & hæreticam prauitatẽ diſcernere valeat. Rurſus, vt ſua conſtantia, mundi aduerſa patienter ſuſtineat, & conſtãter atq́; viriliter officij negotia exequatur, neceſſe eſt. Nec ad ſtrepitum & clamorem aduocatorum trepidet, nec hominum minas metuat, nec blanditias et promiſſiones admittat, nec muneribus polluatur; ſed in omnibus prudenter deuoteq́; ſe gerat, æternam mercedem ſe tandem conſecuturum ſperans.

De ætate vicarij nihil eo tempore à iure ſtatutum erat, ſed in litteris Clem. 7. incip. cum ſicut. in §. decernimus inſuper. ita habetur. Decernimus inſuper vt veſtros vicarios ſiue commiſſarios inſtituere valeatis, viros veſtra ſentẽtia prouidos, aptos & idoneos, dummodo ætatis trigeſimũ annũ attigerint. quæ litteræ originales habẽtur Ferrariæ in Officio S. Inquiſitionis ſub annulo piſcator. Dat. Bononiæ die 15. Ianuarij 1530. Pont. ſui Anno 7. & ſunt directiuæ cõciui & cõprofeſſori meo Patri admodũ Reueren. Paulo Butigellæ totius ord. Præd. tũc Vicario Generali, & in Ciuitatibus Ferrariæ & Mutinæ Inquiſitori; qui poſtea totius ordinis Generalis Magiſter extitit. Harum tranſumptũ videre poteris in priuilegijs ord. Præd. pag. 201. E. Vicarij annũ 30. attigiſſe debent.

Deniq́; dicit in q. 17. quod cum ſuperiores ordinũ, Inquiſitoris vicarium inſtituere non valeant, vt iam ſupra explicatum eſt, nec etiã illum deſtituere poſſunt. Et hoc probat, & rationes quæ obſtare videntur, egregie ſoluit. Et dicit quod vicarium ab Inquiſitore inſtitutum ſuperiores ordinis de loco ad locum, & de officio ad officium transferre non poſſunt; quia Papa, qui ſtatuit vt prælati ordinũ fratres ſuos pro libito ad hunc vel illum locum mittant, & modo in hoc, nunc in illo officio occupent; decreuit etiã idem Papa, cuius eſt religiones condere, approbare, ſuſtinere, et priuilegijs munire, à quo dicti Præſidentes habent quod præſideant, & quod fratres eis ſubiaceant, idem, inquit, ſuis conſtitutionibus facultatẽ dedit Inquiſitori vt delegato, & Vicario vt ſubdelegato procedẽdi, &c. Quare non licet Præſidentibus id facere, per quod prædicti, ne in cauſa fidei procedant, impediri valeant; quia nõ præſidẽtibus, ſed D. N. Papæ in præmiſſis ſubijciuntur. Ideo illi, & nõ iſtis obedire tenẽtur. Quod ſi Præſidentes aliquid de prædictis fecerint vti impeditores officij excõmunicati per Direct. declarantur; & cõtra eos veluti contra fautores hæreticorũ per ipſos Inquiſitores procedi poteſt, iuxta priuilegium Vrbani 4. & Clementis 4. præ cunctis. §. cæterum vero. de quo vide ibi. Hanc Directorij doctrinam, quam vndiq́; ſanam exiſtimo, non ideo appoſui, Prælati ordinũ Inquiſitoris Vicarium nec inſtituere, nec deſtituere poſſũt.

vt Inquiſitores, & eorum vicarij inde diſcant, ſub colore officij à regulari obedientia ſe ſubtrahere, & contra ſuperiores cornua erigere. Nunquam enim laudare potui, quod aliquando de nonnullis audiui, qui ſub officij prætextu ferè omnia ſibi licere putant, & formidabiles proprijs etiam prælatis ſeſe reddunt. Tales profectò velut tam ſancto abutentes officio, & vti grauiter peccantes, ſi adſit malitia, damnare non deſiſtam. Nec illos Prælatos vice verſa tueri aut excuſare poſſum, qui dictis Inquiſitoribus & vicarijs, in his quæ ad officiũ attinent, non fauent, ſed eos potius impediunt. Videant ipſi quomodo à cenſuris euadant illeſi; & bene animaduertant quid Author noſter doceat de fautoribus cap. 5.

De principali huius cap. materia, vide conſ. D. Guidonis. quoniã illis. verſ. ſi quæritur. & per Archiep. par. 3. tit. 18. c. 2. §. 6. verſ. item Inquiſitores tam ipſi quàm commiſſarij. Tab. in ver. Inquiſitor. ante §. Vide etiam late per Doct. ſuper d. clem. & in illo tractatu incerti authoris in rubr. de vicario Inquiſitoris, vbi multa vtilia habentur. Conſidera demum ſacri huius officij conſuetudinem longa atq; continua temporum ſerie obſeruatam circa vicariorum inſtitutionem, à qua nullatenus recedendum eſſe putarem.

De impedientibus officium Inquiſitionis, & de eorum pœnis. Cap. XXXI.

SVMMARIVM.

1 *Contra impedientes Inquiſitionis officium, poteſt Inquiſitor procedere ac illos punire.*
2 *Impedientes officiũ, excommunicati atq; de hæreſi ſuſpecti ſunt.*
3 *Id Inquiſitori datũ eſt, ſine quo officiũ ſuum exercere non poteſt.*
4 *Iuriſdictioni coerctio annexa eſt.*
5 *Criminoſos exceſſus, circa ſuum officiũ cõmiſſos, iudex ipſe punit.*
6 *Fauore fidei, ſtatuta ciuitatũ quibus officiũ impeditur, annullãtur,*
7 *Pœna impedientibus imponenda, eſt arbitraria.*

Direct. par. 2. q 54. Turrecrematain ſum. de Eccleſia lib. 4. par. 2. c. 21. Siman. catho. inſtit. ti. 15. nu. 10. Repertoriũ inquiſi. verbo, impediens.

LICET Inquiſitorum † iuriſdictio, & poteſtas ſit delegata; & ad cauſas ſolummodo hæreſis ſiue quæ pertinent ad fidem, vt ext. de hæreticis. ca. per hoc. & cap. accuſatus. §. de quæſtionibus. & per hoc non videatur poſſe ſuam iuriſdictionẽ extendere ad alia non commiſſa; iuxta illud. Non commiſſa iudex non attentet, vt 25. q. 2. amputato. & C. ſi à non compe. iud. l. 1. & per totum. tamen ſi quis impedierit [a] verbis, vel 1

vel factis Inquiſitorem circa executionem ſui officii; ipſe In-
quiſitor poterit contra talem impedientem procedere, & illũ
punire. Et hoc probatur, & oſtenditur multis rationibus. Pri-
2 ma, quia † tales impedientes officium, incidũt in ſuſpicionem
hæreſis, ſeu fautoriæ: & excommunicationem incurrunt. ext.
de hæreticis. c. vt Inquiſitionis. §. fi. & c. vt officium. §. denique.
lib. 6. & dictum fuit ſupra tit. de fautore. Cum ergo Inquiſito-
res habeant ſuam iuriſdictionem contra hæreticos, & de hęre-
ſi ſuſpectos; non eſt mirum, ſi contra impedientes ſuam iuriſdi
3 ctionem extendunt. Secunda, † quia ſi non poſſent punire im-
pedientes; iam non poſſent ſuum officium explicare. Vt ergo
poſſint illud liberius explicare, recte poterunt punire impediẽ
tes: quaſi & hoc eis videatur eſſe commiſſum. Nam quotiens
aliquid alicui demandatur; & omne ſine quo illud nequeat ex-
plicari, vt ff. de iuriſdictione om. iud. l. 2. & eſt caſus ext. de offi
4 cio del. c. pręterea. & c. paſtoralis. Tertia, † quia ex quo manda-
ta eſt Inquiſitoribus iuriſdictio; videtur etiam mandata coer-
ctio, vt ff. de officio eius, cui man. eſt iur. l. fi. Immo recte faciũt
ſi impedientes puniant: quia tenentur defendere ſuam iuriſdi-
ctionem pœnali iudicio, vt ff. de officio præſi. l. obſeruandum.
5 & ſi quis ius. dic. non. ob. l. 1. Quarta, quia iudex † poteſt punire
exceſſus commiſſos circa eius officium: & ideo ni mirum, ſi In-
quiſitores punient delinquentes circa eorum officium, impe-
diendo eos, vt C. de teſti. l. nullum. & ff. de pœnis. l. moris.
ext. de officio del. c. præterea. Quod autem Inquiſitores hoc
poſſint; habetur textus expreſſus ext. eod. c. vt officium. §. deni-
que. lib. 6. & in quadam extrauag. Clementis 4. quæ incipit; Li
cet ex omnibus. ex qua fuit ſumptus §. denique. Quæ
quamuis non ſit in libris; tamen ex quo eſt iuri conſona
in fauorem fidei, & in ſuſtentationem officij; erit ſeruanda,
6 vt ext. eod. cap. fin. in fin. lib. 6. Nam † propter dictum fa-
uorem caſſantur, & remouentur omnia ſtatuta ciuitatum,
per quæ poſſit prædictum officium impediri: & puniuntur
condentes, vt ext. eod. c. ſtatutum ciuitatis. lib. 6. Et admonen-
tur omnes rectores, & poteſtates, quod circa executionẽ dicti
officii (quatenus fuerint requiſiti) debeant Inquiſitoribus præ-
ſtare conſilium, auxilium, & fauorem, vt ext. eod. c. excommu-
nicamus. §. moneantur. ext. eod. c. vt officiũ. §. ſtatuimus. lib. 6.
7 Pœna † vero, quam Inquiſitores imponẽt iſtis impediẽtibus;

Inquiſitor poteſt punire impediẽtes officiũ multiplici cauſa.

1. Quia ſuſpecti de hæreſi ſunt.

Cap. 5.

2. Quia officiũ non poſſet aliter explicari.

3. Quia iuriſdictio requirit coerctionem.

4. Quia iudex punit in ſuo officio excedentes.

Probatur veritas.

Pœna impediẽ.

ria; quia à iure non determinata. erit arbitraria pro motu eorum: conſideratis perſonis, & qualitate facti, prout dictatur ff. de pœnis. l. aut facta. quæ eſt canonizata. de pœ. diſt. 1. c. aut facta. Et hoc ideo; quia nõ inuenitur determinata à iure: & ſic relinquitur arbitrio iudicãtis, vt ff. de effractoribus. l. 1. §. expilatores. & quod not. ext. de offic. del. c. de cauſis. & dictum fuit ſupra in ti. an, & quando Inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere. in prin. *Cap. 19.*

ADDITIO.

a Impedierit. *Adde quod Summi Pont. ſacrum Inquiſitionis officiũ ab omni Impedimento liberũ & immune conſtituere, & varijs priuilegiorum præſidijs munire in omni ætate ſtuduerunt, vt ex cõſtitutionibus in eius fauorem editis plenius apparet. Et quoniam D. Zanchinus nihil aliud in hoc capitulo probare videtur, quàm quod Inquiſitor contra impedientes officium procedere, eoſq; pœnis arbitrarijs punire poteſt, vt magis abſolutam de iſtis impedientibus tractationẽ exhibeam, contemplare tu, quod varia obſtacula et impedimẽta diuerſis ex partibus occurrere poſſunt; tũ ex iudice, tũ ex ſuperioribus, tum ex principibus eorumq; miniſtris, tum ex teſtibus, tum deniq; ex accuſatoribus et accuſatis ipſis: quæ omnia S. Sedes Ap. prouide proſpexit, & amputauit, vt nunc nũc breuiter explicabo. Et vt à primo exordiamur, impedimentũ fortaſſe ex parte iudicis occurrere poſſet, vt ſi ob excommunicationẽ ſeu irregularitatẽ contractã, ad aliquos actus minus habilis redderetur; de qua inhabilitate vide per Sumiſtas, vt apud Syluestr. in ver. excom. 1. in princ. & excom. 3. §. 11. & Tab. in ver. excom. 1. §. 11. & gloſ. in c. præſidentes. de hæret. in 6. & Specul. lib. 1. tit. de iud. delega. §. excipi poteſt. nu. 1. Scrupulus quippe talis, ne officij exercitium impediat, ſatis commode poteſt auferri, cum per Vrbanum 4. ſit Inquiſitoribus ac eorum ſocijs collata facultas, vt ab excommunicatione ſe mutuo abſoluere, ſuperq; irregularitate mutuo ſe diſpenſare poſſint, quemadmodum litterarum verba diſerte teſtantur, vt videre potes apud Direct. par. 2. vbi priuilegij tranſumptum habetur, & par. 3. q. 23. Sunt nihilominus tres caſus excom. à quibus Inquiſitores à Summo Pont. tantum abſolui poſſunt, vt patet in clem. multorum. & in cle. nolentes. cod. tit. & per Direct. eadem par. 3. q. 24.*

Impedimẽta officii quot ſint.

Inquiſitores eorumque ſocii, à quibus mutuo ſe poſſint abſoluere.

Secundum autem quod ad ſuperiores attinet, ſimiliter remouetur, quia nullus Ap. Se. delegatus vel ab eo ſubdelegatus, aut conſeruator vel executor ab eadem ſede deputatus vel deputandus, in Inquiſitores, ſeu notarios, vel ſcriptores, quam diu in proſecutione officij fuerint, excommunicationis vel ſuſpenſionis, aut interdicti ſententiã

Inquiſitores et eorum notarij quomodo nec excommunicari, nec ſuſpendi poſſint.

promulgare

promulgare poteſt, abſq; ſpeciali mandato Sedis prædictæ, faciente plenam & expreſſam de hac indulgentia mentionem, vt per Vrbanum 4. definitum fuit. Harum litterarum exemplar vide in Direct. par. 2. & par. 3. q. 21. Eadem omnia, nullis mutatis, habentur in litteris Alex. 4. vt videre poteris in volumine priuilegiorum ord. Præ. pag. 49. B. Quod ſi forte ex parte ſuperiorum ordinum impedimentũ aliquod obſtaret, mox per apoſtolicas litteras remouetur, & declaratur quod in his quæ ad officium attinent, Inquiſitores prælatis ſuis obedire non tenentur. Nam in litteris Alex. 4. Clem. 4. & Vrbani 4. ita fere ad verbum legimus: Catholicæ fidei negotium quod plurimũ inſidet cordi noſtro, &c. & infra. volentes omne impedimentum, omneq; obſtaculum amoueri; præſentium vobis authoritate mandamus, quatenus in eodem negotio de diuino & apoſtolico fauore confiſi, omni humano timore depoſito, conſtanter & intrepide procedentes, contra extirpandam hæreticam prauitatem cum omni vigilantia, omniq; ſtudio laboretis. Et ſi forſan magiſtri & miniſtri generales, alijq; priores & miniſtri prouinciales & cuſtodes ſeu guardiani aliquorum locorũ veſtrorum ordinum, prætextu quorumcunq; priuilegiorum ſeu indulgentiarũ eiuſdem ſedis, dictis ordinibus conceſſorum aut concedendorũ in poſterum, vobis & veſtrum alicui ſeu aliquibus iniunxerint, ſeu quoquo modo præceperint, vt ad tempus vel quo ad certos articulos, certaſue perſonas negotio ſuperſedeatis eodem: nos vobis vniuerſis, & ſingulis authoritate apoſtolica diſtrictius inhibemus, ne ipſis obedire in hac parte vel intẽdere quomodolibet præſumatis. Nos enim priuilegia ſeu indulgentias huiuſmodi, quo ad hunc articulum, tenore præſentium reuocantes, omnes excommunicationis ſeu interdicti & ſuſpenſionis ſententias, ſi quas in vos vel in veſtrum aliquos hac occaſione ferri contigerit, irritas prorſus decernimus & inanes. Nam ſi prædicta Sedes interdũ prælatis aliquibus veſtrorum ordinum per ſuas litteras ſub certa forma committat, vt ad exercendum Inquiſitionis officium contra hæreticam prauitatem aliquos ſuorũ ordinum fratres aſſumere valeant, ipſosq; cum expedire viderint amouere ac alios ſubrogare: non tamen per hoc quod ipſis ea dumtaxat de cauſa in hac parte committitur, quia de fratrum ſuorum ordinum idoneitate pleniorem habere notitiam præſumuntur, aliqua eis ſuper huiuſmodi inquiſitionis negotio vobis immediate à prædicta Sede commiſſo & committendo, facultas vel iuriſdictio attribuitur ſeu poteſtas. Nulli ergo omnino hominũ, &c.

Quando Inquiſitores, prælatis ſuis obedire non teneantur.

Prælati ordinũ ſuper Inquiſitionis negotio, nullam iuriſdictionem habẽt.

Videant ex his prælati ordinum Prædi. & Minorũ quam facultatem ſuper Inquiſitores habeant, & caueant ne ſua iuriſdictionis terminos tranſgrediantur. Agnoſcant, inquam, quod ipſi non ſunt delegantes Inquiſitores, & quod à proceſſu Inquiſitorum non ad illos, ſed ad Sum. Pont. appellatur, vt Author dixit ſupra in cap. 28.

ideo facultatem ſibi traditam in ſuis cancellis contineant. In multis quippe nonnunquam inconſiderate delinquunt, vt ſi Inquiſitori aut ſuo vicario in dictis negotijs gratos ſocios non concedunt, prout in literis Vrbani 4. & Clem. 4. præcipitur, de quibus per Direct. par. 3. q. 20. Item ſi euntem ad Rom. curiam cum ſocio ſui ordinis impediunt. vt per Greg. 11. Inquiſitori conceſſum eſt quod in d. q. 20. videre potes. Rurſus ſi ne domum exeat, & ad officij negotia pertractanda, quandocunq; id fieri oporteat, pergat, concedere nolunt. Infinita pene occurrunt, quibus miſeri Inquiſitores foris & intus affliguntur: nec à ſecularibus, nec à ſuis prælatis, nec à ſuorum ordinum fratribus ſubleuantur; ſed potius, vt ita dicam, comprimuntur. Orandum eſt, vt fidei feruorem in mortalium cordibus Chriſtus Dominus infundat. Caueant etiam ipſi Inquiſitores & vicarij ne hoc ſacro officio, eiuſq; priuilegijs abutantur, & ne pauperibus monaſterijs onerosos ſe præbeant, eaq; in expenſis, quæ ad officium ſpectant, grauent. Vide Direct. 3. par. q. 11. & 12. Excluditur etiam impedimentum quod ab Epiſcopo proficiſci poſſet, per cap. per hoc. de hære. in 6. & per clem. 1. eo. ti. de quibus vide ſup. cap. 8. pa. 40. in ver. torquere. & pag. 42. in ver. proceſſum.

Inquiſitores priuilegijs abuti non debent.

De principibus & eorum miniſtris.

Ceſſat præterea tertium impedimentum quod à principibus vel Rectoribus, aut eorum miniſtris, ſeu ab eiuſdem Sanctæ Inquiſitionis officialibus contingere poſſet, quia prædicti omnes ad Diœceſanorum ſeu Inquiſitorum requiſitionem iurare compelluntur, quod ipſi attendent, & à ſuis ſubditis obſeruari facient conſtitutiones contra hæreticos credentes, fautores, receptatores, defenſores, ac ipſorum filios & nepotes promulgatas. Quod ſi facere noluerint, vt infames & hæreticorum fautores, & de fide ſuſpecti, officio & honore regiminis ſpoliandi ſunt, vt in c. ad abolendam. §. ſtatuimus. & in c. vt officium. §. ſi. e. ti. li. 6. prout etiam habes à Dire. par. 3. q. 35. Rurſus ne Inquiſitores eo impediantur quod brachii ſecularis auxilium inuocando, cum excommunicatis participare metuant, cum ipſi mundani rectores ſeu præſidentes excommunicati ſunt, per Alex. 4. ſtatutum eſt, vt hoc non obſtante, poſſint inquiſitores eorum miniſterio vti. c. præſidentes. e. ti. li. 6. Item Officiales vel Rectores, & etiam communitates ſi in his præſtandis negligentes extiterint, ab Inquiſitoribus per cenſuram eccleſiaſticam in perſonas, & per interdictum in terras cogi poſſunt, vt habetur in conſtitutione Clem. 4. ad extirpanda. & in priuileg. licet ex. & Ale. 4. & Inno. 4. in priuilegio, licet ex. Ibi etenim hæc & ſimilia leguntur: Quod ſi forte, quod non credimus, aliqui cuiuſcunq; conditionis huic negotio vel prædicationis crucis officio contra hæreticos per vos & alios, prout dudum per literas apoſtolicas eſt diſpoſitũ, exequendo, ſe opponere ſeu illud præſumpſerint aliquatenus impedire, vt non poſſit procedi libere: immo niſi requiſiti vtrumq; fauerint,

uerint, & iuxta officium & poſſe ſuum ſinguli iuuerint ſtudioſe, contra eos tanquam cõtra hæreticorum fautores & defenſores ſecundũ canonicas ſanctiones, eadem freti authoritate intrepide procedatis. De his vide Direct. par. 2. q. 54. vbi quærit qui nam ſint huius officij impeditores. Adde etiam quòd tales excommunicationis mucrone à iure percutiuntur, quam ſi per annum animo pertinaci ſuſtinuerint, ex tunc velut hæretici ſunt condemnandi. c. vt Inquiſitionis. §. prohibemus. & §. ſeq. eod. tit. lib. 6. Denique ſi ex aliquibus locorum ſtatutis Inquiſitionis officiũ impediretur locorũ domini, poteſtates, capitanei, conſules vel Rectores, per Inquiſitorẽ ad ea delenda, reuocanda, vel modificãda compelli poſſunt. per c. ſtatutũ 1. eod. tit. li. 6. De quibus omnibus vide per Lud. Carer. eod. tract. nu. 93. Impedimentũ autẽ quod ex officialibus eiuſdẽ Inquiſitionis cõtingere poſſet, ſatis prouide aufertur per clem. multorũ. §. porro. eod. ti. vbi de iuramẽto per officiales prædictos faciẽdo diſponitur: & ad Inquiſitoris libitũ amoueri poſſunt, & loco illorũ alij ſubrogari, vt habetur in cõſtitutionibus Clem. 4. Et vlterius poſſent etiã veluti offendẽtes, & impediẽtes officiũ, & vti fautores, etc. puniri per rationes ab Authore in hoc cap. adductas. Pro his faciunt iam dicta ſup. in additio. ad c. 8. pag. 37. & cap. 9. pag. 53. verſ. adde inſuper. & pag. ſeq. Statuta cõtra Inquiſitionem. De officialibus

Nec ex notariorũ defectu officiũ hoc impediri poteſt, quia Inquiſitores poſſunt vti duobus viris idoneis, qui loco notarij teſtiũ dicta cõſcribant. c. vt officiũ. §. verum. & de probat. c. quoniam contra. Et poſſunt etiam vti religioſorum, & clericorum ſeculariũ miniſterio, qui dum eſſent in ſeculo, tabellionatus officiũ habuere; quamuis in ſacris ordinibus conſtituti inueniantur, vt in d. c. vt officiũ. §. ad cõſcribendas. Quibus religioſis & clericis præcipit Alex. in priuilegio, iminet nobis cura. quatenus Inquiſitoribus fauorabiliter aſſiſtant, et faueant totis viribus, totaq; mente, omni excuſatione poſtpoſita. Et in priuilegio, ne commiſſum. eiuſdem Alex. decernitur quod Inquiſitores procedant contra dictos religioſos & clericos, qui ſecundũ officiũ & poſſe ſuum, ipſos non iuuerint, &c. Vlterius poſſunt ipſi Inquiſitores notarios, ad omnia quæ ad officium ſpectant exequẽda, inſtituere & creare per priuilegium Pij 4. de quo ſupra pag. 54. & ſeq. vbi ſatis abunde dictũ eſt quomodo hoc priuilegio Inquiſitores vti debeãt, & quid in creandis notarijs obſeruandum ſit. Quæ omnia cõfirmãtur à Specul. par. 2. in tit. de inſtrumentorum editione. §. reſtat vid. verſ. ſed quæro ſub qua forma fiant ſeu creentur tabelliones. nu. 37. & vide nu. 38. vbi agit de his qui priuilegium habent creandi notarios, & quæ forma ſeruanda ſit. De Notarijs. Priuilegium et forma creandi notarios.

Teſtium quoq; impedimentum ſublatum eſt; quia poſſunt admitti hæretici, periuri, excommunicati, complices, infames, & etiam de inimicitia ſuſpecti, vt in c. in fidei fauorem. in princ. & in De teſtibus.

c. accuſatus.

c.accuſatus.§. licet.eod tit. lib.6. & quo ad inimicitiam vide ſup. in additio.cap. 13.ſuper ver. conſpiratores vel inimici capitales. pag.85.& ſeq. Quo ad complices et participes vide cap.9.in addit. ſuper ver. Inquiſitor poteſt ab eo petere ſi habet conſocios. pag. 57.& ſeq. & pag. 78. verſ.vnum tamen.& verſ.ſeq. De accuſatore recurre ad ea quæ ſupra iam diximus in cap. 13. pag. 95. ſuper ver. omnis indiſtinctè admittitur accuſator. Et adde quod ſi contra abſentes accuſatio inſtituta eſt,nihilominus procedi poterit per c.vt cõmiſſi.§. & contra illos.& c. cum cõtumacia.eo. tit. lib.6. Adde inſuper Innoc. 4. concedentem Inquiſitoribus facultatem citandi hæreticos fautores,&c. cum propter periculum Inquiſitores ipſi tute ad illos accedere nequeunt,pro eorum confeſſionibus audiendis, & pœnitentijs imponendis,vt ad loca tuta trahantur, vbi prælatorum & aliorum proborum conſilium ſuper decernendis haberi poſſit. Idem habetur in conſt. Feder. commiſſi. & in conſ. D. Guidonis. & in alijs conſilijs prælatorum de quibus alias.

De accuſatore, & reo.

Adde vlterius quod etiam impedimentum appellationis, & aduocatorum aufertur, & proceditur de plano ſine ſtrepitu & figura iudicij, vt in c.fin. in princ. eod. tit. lib. 6. De his etiam habes à Carer.in d. tract. nu. 93.& ab alijs de hac materia hæreticorum ſcribentibus. Obſerua inſuper,quod non modo ex huius officij ſacri priuilegijs,ſed etiam ex iuribus communibus ſtrepitoſis, aut garrulis; & loquacibus aduocatis poteſt iudex indicere ſilentium,vt docet Specul. lib. 1.par. 4. tit. de aduocato.§.hic dicendum. nu.2.vbi tradit quomodo aduocatus erga iudicem ſe habere debeat. & inquit;non ſit loquax,garrulus,ſiue procax; vt C.de poſtulãdo.l.quiſquis.cum multis alijs concord.dicitq; quod aduocatus cauere debet ne illi dicatur, garrula pica tace. Pro his vide etiam Pari. de Put.in dicto tract.de ſynd. in rubr.de exceſſibus aduocatorum. ver.1.nu.2.qui dicit quod iudex finem imponit aduocato multum oranti.ff.de his qui in teſt.delen. l. proxima.circa fin. Et iudex ex officio ſuo interdicere poteſt aduocato verboſo. d. l. quiſquis.C. de poſtul.& de arbi. l. ne in arbitris.in fi.de appel. l.ampliorem.C.de veteri iure enucle.l. tanta.§. ſi quis autem.vbi lex interdicit ſuperfluis verborum ambagibus. & in l.ex ea.ff.de poſtu.vbi gloſſa no.& l.moris.ff.de pœ.Vide eundem Pari.in ver.iudex in tribunali præcepit.nu.3.Quare maxima adductus ratione Pont.Summus.in d.c. fin.de hære.in 6.dixit. abſq.aduocatorum & iudiciorum ſtrepitu.

De appellatione & aduocatis.

Deniq; nota Speculatoris dictum in allegato §.hic dicendum.nu. 5.quod videlicet aduocatus coram indice pro reo allegando ſeu orando, ſedere non debet; Cum, inquit, tempus loquendi aduenerit; quia omnia tempus habent.23.q.4.ſi Eccleſia tunc ſurgat,quia ſtare,non ſedere debet dum orat.C.de poſtu.l.quiſquis.& de offi.ciui. iud.l honorati.

norati.de cōſ.diſ.1.c.apoſtolica.Cum debita grauitate, & curialiter ſtet, non indiſcrete, vel arroganter 46.diſt.hoc habet.Hæc pauca appoſui, vt inquiſitores agnoſcant,quomodo cun indiſcretis, & inſolentibus aduocatis ſe habere debeāt.Quod ſi plura de re hac adhuc deſideras, Spec.conſule in loco citato, & in §.obycitur.per to. vbi ponit, quæ nam contra aduocatos obyci poſſint.& Par.de Put.in d.ver.aduocati.per totum.

Scito tamen tot eſſe priuilegia quibus Summi Pōt. hoc officiū communire ſtuduerunt, vt ex his ingens volumen conficiendum eſſet. Tu ergo, his nunc leuiter deguſtatis, ad alia inquirenda perge.

De his, qui iniuriantur Inquiſitoribus. Cap. XXXII.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor poteſt ſibi iniuriantes punire.*
2 *Iniuria Inquiſitori, in officij præſertim exercitio, illata, in contemptum & impedimentum eiuſdem officij facta videtur.*
3 *Inquiſitor ſuper his cognoſcere, et pro arbitrij motu punire poterit.*

SI quis iniuriatur Inquiſitori verbis, vel factis; fuit ſæpius dubitatum, an ipſe idem Inquiſitor poſſit procedere contra illum; & eum punire: ſi modo potius velit illū punire; quàm petere à competenti, & ordinario iudice illius, quod eum puniat. Et dixerunt quidam, quod non poterit duplici ratione. Prima, quia in hoc excederet fines mandati: & procederet ſuper his, quæ non tangunt hæreſim: & ſic ſuper non com-
1 miſſis, vt ſupra proximo c.fuit dictum. Secunda, quia † Inquiſitor eſt delegatus, vt ext.eod.c.per hoc.lib. 6. Et vbi fit iniuria iudici delegato; iudex ipſe delegatus non punit, ſed delegans, vt ext.de pœnis.c.dilectus.& ibi plene not.per Innoc. Sed tamen in fauorem fidei, & officii dicendum; quod his non obſtātibus, ipſe idem Inquiſitor poſſit procedere contra iniurian-
a tem: [a] quia hoc crimen commiſſum in Inquiſitorem, videtur tangere Eccleſiam. 2.q.7. ſi quis ab Epiſcopo. ad quod ext. de
2 ver.ſigni.c.ex parte. Et inſuper † quia iniuria ſibi illata, maxime dum eſt in actu explicandi officium, non videtur ſibi facta prætextu ſuæ priuatæ perſonæ: ſed prætextu, & in contemptū, ſeu impedimentum officij, vt ext.de foro comp.c. 2.de ſen.excommuni. cum deſideres.§. fin.de maledic.c.1.& ibi vide. Et facit

De materia huius capitis vide Repertoriū inquiſitorū, & Locatum in opere iudiciali, verbo, iniuria.

facit ext.de pœnis.c.Romana.lib.6.Vnde ni mirum† ſi ipſe idẽ 5
cognoſcet,& puniet de prędictis:& pœna erit arbitraria,prout ſupra proximo c.fuit dictum. Dum tamen ſcias,quod talis iniurians grauius punietur; quàm ſi alteri priuatæ perſonæ iniuriam intuliſſet, vt ff.de iniuriis.l.iudici.ff.de pœnis.l.aut facta.§.perſonam.cum ſi.

ADDITIO.

a Inquiſitor poſ.procedere contra iniuriantem. *Adde quomodo verbis cuiquam infertur iniuria.per Ang. de maleſ.in gloſ. verba iniurioſa.per to.Et quod facto, verbo, & litteris fiat iniuria, vide late per Hoſt.in Sum.tit.de iniurijs.§.quot modis. Bonif.Vital.in rub. de iniurijs.& per Lancil.Conr.in prat.de cauſa.criminal.tit. de iniuriãtibus. à nu.3.& nu.11.vſq; ad nu.17.Tabie.& Syluestr.in ver. iniuria. Et an ille qui irreuerenter iudici loquitur puniendus ſit, vide per Pari.de Put.in tract.de ſyndicatu,in ver.notorium iudicii.n.11. vbi dicit de eo qui iudici in tribunali ſedenti dicit, tu; an videatur iniuriam irrogare: & negatiue concludit per l. 1. de vetera. lib. 12. vbi Imperatori dictum fuit,tu.quod Bar. verum eſſe dicit, niſi conſuetudo contraria exiſtat, vt dicatur, vos.Et vide nu. 13. vbi multa allegat, & probat quod ille puniri poteſt,qui ſine debita reuerentia iudici ſeu officiali loquitur.Et ſimiliter de eo qui cum arrogantia, vel officii contemptu coram officiali ſe gerat,quia contemnens eum dicitur ſibi contumeliam inferre. l.1.ff.de iniur. Vel ſi quis contra faciem iudicis digitum eleuat aut extendit.arg.l.item apud labeonem.§.1.de iniur.& facit l. omne delictum.§. 1.ff.de re milit. His de cauſis dicit ibi Paris quod cõſuluit contra quendam,qui cum magna iracundia dedit pugillum ſupra banchum iudicis,dum ibi aſſidebat in tribunali,quod debeat puniri extra ordinem,&c.*

(Margin: *Iniuria quomodo irrogatur.*)

Quod autem à principale c.huius inſtitutum attinet,an iudex poſſit ſibi iniuriantem punire, ex ipſo Pari. ibidem habes in principio, vbi probat quod poteſtas in delicto notorio cognoſcit de criminibus illatis officio ſuo et officialibus eius, vt etiam habes ab eodem in ver. poteſtas.Facit ad hoc c.contingit.1.de ſent.exco.& gloſ. ibi in verſ. iniurioſa.& Abbas ibidem nu.9.vbi dicit quod iniuria facta clerico videtur facta eccleſiæ.Immo nu.10. dicit Abb. quod propter nimiam coniunctionem, quæ eſt inter clericum & eccleſiam, iniuria clerico fieri non poteſt,quin tangat eccleſiam,ſicut dicitur in iniuria illata vxori reſpectu mariti, & filio reſpectu patris.l.1.in fi. & l. eũ qui nocentem.in fi. ff. de iniur. & late per Hip. Marſil. in conſ. 1. vol.1. conſiliorum crim. à nu.11. vſq; ad nu.19. & in conſ. 28.in

(Margin: *Iniuria fit etiã alicui, ratione alterius.*)

cauſa

cauſa Inquiſitionis.nu.9.& in conſ.31. bonorum omnium elargitor. nu.16. & in conſ.68. viſa accuſatione iniuriarum. à nu.2.vſque ad nu.6. Et notat ibi Abb.textum in d.c. contingit. in duplici loco, primo ibi; tamen iniurioſa videtur. & c.2. ibi; ſine iniuria clericali. His annecte.c.parochianos.eod.tit.de ſent.ex.& Abba.ibi nu.4. dicentẽ quod iniuriam factam eccleſiæ non poteſt clericus remittere. de quo etiam habes.in c.poſtulaſtĩ.de Iudæis.nu.3.& vide in c.olim.de iniurijs.vbi iniuria Epiſcopo irrogata, omnibus eccleſiis illi ſubiectis irrogata cenſetur, vt ibi notat Abb.nu.2. Adde etiam Fely. in d.c. contingit.1.nu.3.& 4.qui idem affirmat, & dicit quod Prælatus ſolus remittere non poteſt iniuriam competentem Eccleſiæ ſine conſenſu capituli. & vide eundem in d. c. parochianos.nu. 5. De his etiã vide adducta per Boſ. tit. de iniurijs.nu. 33.& vide Abbatem in c. cum veniſſent.de iudicijs.nu.6.vbi in terminis tractat hanc quæſtionem, & conſiderat an Papa in cauſa propria poſſit eſſe iudex. Et nu. 8.cõcludit quod inferior Prælatus procedere & punire poteſt vti iudex, etiam in facto proprio, eo caſu quo iniuria eſt notoria, & pœna certa in iure expreſſa eſt: quia in foro notorio aut non fertur ſententia, aut ſi fertur, id fit abſq; ſolemnitate, ſed iuris diſpoſitio duntaxat executioni mandatur. de accu.c. euidentia. & c.quoniam.de fil.preſbyt. & idem tenere dicit Innoc. Cyn. poſt Iac. de Are. Bar. & D. Ant. Archid. Io. And. & Hoſt. Iniuriã remittere.

Præterea dicit quod cum iniuria non eſt notoria, & perſonam iudicis principaliter tangit, ille de hoc iudicare non poterit.4.q.4. c.1: & C. ne quis in ſua cauſa. in rubro & in nigro. 23.q. 4. inter querelas multiplices.& eod. cap.q. 5.c. de occidendis.& 11.q.1. c.ſi clericus. Idẽ dicit ſi cauſa ſpectat ratione Eccleſiæ ad menſam ipſius Prælati, quia ex cõmodo vel incommodo ad ipſum ſpectante ſatis ſuſpectus haberetur: et adducit ad hoc iura quæ ibi vide. Quod ſi iniuria principaliter Eccleſiam vel dignitatẽ ſua tangit, tunc conſtãter affirmat ipſum de hoc iudicare poſſe.per c.Guiliſarius.23. q. 4. gloſ. in c.ſi quis erga.2.q.7.& c.ſi quis ab Epiſcopo.& Cyn.in l. vna.C. ne quis in ſua ca. Quibus omnibus ſubſcribit Fely.in c. cũ cauſam. nu.5.& ſeq. Dicit vlterius Abbas ibidem.nu.11.quod iudex procedere poteſt quãdo iuriſdictio eius impeditur, vt in c.1.de pœnis.li.6. & in c.1.de offic.deleg. quod etiã in iudice delegato procedere atteſtatur, vt in d.c. 1.notatur per Innoc. Cõfirmat hæc Decius in d.c. cũ veniſſẽt.de iudicijs.nu.6.& multa adducit & limitat. Nõ approbat tamẽ quod iudex delegatus in facto proprio notorio iudicare poſſit, vt ibi in 2.limitatione. quæ diſcordia facile remouetur, quia Abbas loquitur in caſu iuriſdictionis impeditæ: Decius vero in facto ſimpliciter et generaliter notorio conſiſtit, vt bene conſideranti patebit. Iuriſdictio impedita.

Sed propius accedere videtur Speculatoris ſẽtẽtia li.1.partic.1.ti.

de legato.

de legato.§.1. verſ.ſed nunquid legatus.nu.4.Ibi enim quærit an legatus poterit excommunicare & punire eos, qui ſibi vel ſuis, vel eius nuncijs iniuriam, vel damnum inferunt, vel eius iuriſdictionem impediunt.Cui quæſito, omiſſis diſputationibus,breuiter ſatisfacit dicendo,quod utiq; iniuriam ſibi vel ſuis manifeſte illatam, vlciſci poterit.arg.ff.de offic.rec.pro.l. Senatuscon.ext.de ſor.comp. cum contingat.ad fin. ext. de offic. archi. c.fin. verſus fi. Et poteſt ſuam iuriſdictionem impedientes, & ſibi non obedientes punire.arg. ext. de pœnis. c.Romana. lib. 6. & de offic. delega. c.1.& c.præterea.cum ſuis concord.ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſdi.l.fin. 94. diſt.c.2.Et mox ſubnectit quod niſi hæc & ſimilia punire poſſet,& vim coercendi non haberet, poteſtas eius deluſoria videretur. de offic. deleg.c. ex litteris. Dicitq; quod legatus ipſe potius iniuriam Romanæ eccleſiæ in hoc proſequitur,quàm ſuam, vt 2.q.7.accuſatio. ſecundum notata in d.c.contingit.de ſent.excom.

His veluti firmiſſimis fundamentis doctrina Authoris inniti videtur. Nam cum non minor connexio inter Inquiſitorem, & eius officium ſeu dignitatem inueniatur,quàm inter patrem & filium; inter virum & vxorem:inter conſanguineum ſeu domeſticum, & alios de conſanguinitate vel familia:inter prælatum vel clericum & eccleſiam;inter picturam aut imaginem & illum qui per imaginem repræſentatur; ac deniq; inter delegatum & delegantem; vix iniuria Inquiſitori inferri poteſt,quin officio,fidei catholicæ,& Romano Pont. inferatur.Inquiſitores etenim non propter perſonam,ſed propter officij exercitium odio habentur. Diſtinctio tamen illa de perſona & dignitate à Doctoribus poſita diligenter proſpicienda eſt: quæ etiam ab Authore hic tãgitur,& à Repertorio in ver. iniuria.vbi hæc eadem Authoris verba cũ ſuis concordantijs recitãtur,& nota Abba. in c.1.de maledi.nu.5.vbi expreſſe dicit quod iniuriam dignitati illatam,etiam ſi notoria non ſit,ſuperior punire poteſt. Quæ inquam, diſtinctio aſſignatur etiam à D.Thoma in par.22.q.108.arg.1.vbi quærit an vindicatio ſit licita; & reſpondens ad 4. argu. dicit quod nonnunquam iniuria illata perſonæ,in Deum & in eccleſiam redundat:& tunc,inquit,debet aliquis propriam iniuriam ulciſci.Idq; ſcripturarum exemplis probat:vt in Helia qui ignem de cœlo deſcendere fecit,quo Regis miniſtri conſumpti fuere.4.Reg.1. & in Heliſæo qui pueris ei illudentibus maledixit, & ab vrſis lacerati interierũt. 4.Reg.2.& in Syluestro Pont.ſanctiſſ.qui excommunicauit eos,qui illum in exilium miſerũt,vt in d.c.Guiliſarius.23.q.4.Quãdoq; vero iniuria in quempiam illata,ad eius perſonã pertinet,& tunc debet illam patienter tolerare, ſi expediat.Hæc D.Thomas,quæ diligenter ab Inquiſitoribus conſideranda ſunt,ne quamcunque ſibi illatã iniuriam ad officium trahant,eamque veluti fidei negotio, & Eccleſiæ,

Sanctorum Patrum vindicta.

& Pont.

& Pont. Summo irrogatam punire velint: & ſic malitioſe officio ſan cto abutantur, aut impedimentum Inquiſitionis fraudulenter & falſo alicui imponant: quia in excommunicationem inciderent, de qua in clem. multorum. eod. tit. §. verum. Vide etiam de hac materia punien di iniur. Guidonem Papam in deciſ. 464. & Ant. Capic. in deciſ. 124. & additiones ad Abba. in d. ca. 1. de maled. nume. 5. in verſic. ſuperior.

An hæreticus poſſit præciſſe compelli, vt ad fidem redeat. Cap. XXXIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticum redire nolentem blanditijs & adhortationibus debet Inquiſitor ad fidẽ reducere; & demum ipſum etiã compellere.*
2 *Carcere, vinculis, tortura, ac alijs corporis afflictionibus.*
3 *Circa iam damnatum hæreticum, vt reducatur, amplius laboran dum non eſt.*

IN ſuperioribus dictum fuit; quomodo Inquiſitor & Epiſcopus poſſunt damnare nolentem ad fidem orthodoxam redire: & quomodo & quãdo etiam poſſunt recipere redeuntem. Sed
1 de illo quæritur. Aliquis † incidit in hæreſim: & monitus per Epiſcopum, vel Inquiſitorem non deſerit errorem; nec redit: vnde Epiſcopus, vel Inquiſitor non vult eum libenter damnare: quia potius vult vitam, quàm mortem huius peccatoris, vt 23. q. vlt. his à quibus. & ob hoc niſus eſt eum inſtruere cum monitoriis verbis ex diuina ſcriptura: & eum reducere blanditiis, & rectis conſiliis: prout tenetur facere. 1. q. 7. conuenientibus. & quia hoc non poſſunt; vellent eum corrigere, & præciſe compellere omnibus remediis, vt ad fidem catholicam rediret: & ſuum deteſtaretur errorem: quæritur nunquid poſſit. Et expreſſe dicas quod ſic; antequam damnetur. Quia ex quo talis fuit baptizatus, & fidei catholicæ alligatus; compellendus eſt ipſam obſeruare, & colere, vt ext. de bapt. maiores. §. item quæritur. ver. ſed opponitur. Et hoc ad exemplum phrenetici, qui ligatur per medicum: & lethargici, quem medicus excitat torquendo, vt 5. q. 5. non omnis. & etiam ad exemplum filii deuii, qui reducitur per patrem: & ad exemplum diſcipuli, qui corripitur per magiſtrum. Et ad hoc tenentur

Inquiſitoris ſtudium in reducẽdis hæreticis.

Directoriũ inquiſitor. in 10. modo proceſſũ terminãdi, nu. 201. Simancas catho. inſti. ti. 48. nu. 32. adde inſignem locum concilij Biterrenſis ca. 17. quod refert Pegña li. 2. adnot. in Directoriũ Schol. 20. §. hæretici perſeuerantes. & lib. 3. Scho. 64.

tenentur ex debito ſui officii Epiſcopus,& Inquiſitor;ad exemplum paſtoris,qui ſuas oues cuſtodit; & deuias recolligit, & reducit.23.q.6.c.1. Quod quidē † facient carcerādo,ligando, 2
torquendo,& affligendo corpus.23.q.5.ad fidē. vt ſic ipſe inuitus,timendo id quod nō vult pati,relinquat animoſitatē: & compellatur ignoratam agnoſcere veritatē, & timens reſpuat falſum,de quo contendebat; & ſequatur verū, quod primitus neſciebat.Ita probatur 23.q.6.c.quod errauerat.cum ſequenti vſque in finem.Et ſic,quos Dei timor à malo non reuocat, ſaltem compeſcat ſeueritas diſciplinæ,vt C.de emendat.propinquo.l.1.& ext.de elect.cum in cunctis.§.clerici ſane. de vita & hon.cleri.c.vt clericorum.Ita not.plene D.Archid.ext.de hereticis.c.2.poſt prin.lib.6.& ibi vide.Nec enim ipſi hæretici poſſunt dolere, nec conqueri, niſi de ſe ipſis:quia ob ſuam perfidiam talia patiuntur,vt 23.q.4.diſplicet.&c.quādo vult Deus. Et ad hoc facit, quod dicitur; quod ſtudium prælatorum debet eſſe, vt Chriſti inimicos diſtricta vltione corrigant,& caſtigent, vt 26.q.5.peruenit.& c.contra idolorum.Cōcordat ext. de offi.or.c.irrefragabili.cum ſi. Poſtquam vero † Epiſcopus, 3
vel Inquiſitor damnaſſet hæreticum; non inſtaret amplius ad ipſum reducendum, quia iam relictus eſt iudicio ſeculari: & Eccleſia non habet amplius quid faciat erga eum.ext.de iudic. cum non ab homine.in fi.& ex quo eiectus eſt extra gremium Eccleſiæ;non intromittet ſe Eccleſia de eo amplius:quia nihil ad Eccleſiam de his qui foris ſunt.ext.de diuort.c. gaudemus. De hoc no.ext.de hæreticis.c.ad abolendam.§.pręſenti.in glo. ſed videtur.& facit ext.eod.:c. ſuper eo. lib. 6. & quod fuit dictum ſupra in c.de hæreticis,ſeu credentibus,redeuntibus.

Quantum ad hanc queſtionē ſpectat de cogendis hæreticis vt reuertātur ad fidem videto præceteris Gondiſſaluum tracta.de hæret. q.25.

ADDITIO.

a Adde *quod in hoc cap. completur doctrina iam ſupra tradita cap. 16. de redeuntibus & pertinacibus. vbi nos hanc eandem practicā ex Direct. appoſuimus; ideo vide ibi pag.* 111. *& an hæretici ſint cogendi, vide late per Gondiſ. in tract. de hæret.q. 25. quæ eſt vltima, vbi examinat opinionem quam aliquando ſuper hoc tenuit D. Auguſt. & vide D. Tho. 22. q. 10. ar. 8. vbi dicit quod infideles qui aliquando fidem ſuſceperunt, & eam profitentur, ſicut hæretici, & quandoq; apoſtatæ ſunt etiam corporaliter cōpellendi, vt impleāt quod promiſerūt; & teneant quod ſemel ſuſceperunt.et in reſp. ad 3. arg.*

Baptizati, qd promiſerūt adimplere coguntur.

arg.dicit quod ſicut vouere eſt voluntatis;reddere autem neceſſitatis; ita accipere fidem eſt voluntatis; ſed tenere eam acceptam eſt neceſſitatis. Et ideo hæretici ſunt compellendi vt fidem teneant. Dicit enim Aug. ad Bonifac. comitem. Vbi eſt quod iſti clamare conſueuerunt, liberũ eſſe credere; vel non credere cui vim Chriſtus intulit agnoſcant in Paulo prius cognoſcentem, et Chriſtum poſtea docentẽ. Et vide de hoc etiam in 4.ſent.diſt.13.q.2.ar.3.& arg. 1.ad 6.

Facit ad hoc dictum Pauli in epiſtola ad Gal.cap.5.in princ. Teſtificor, inquit, omni homini circuncidenti ſe; quoniã debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdæ. Quemadmodũ autem circunciſio debitũ inducebat, vt ad legalia obſeruanda circunciſus obligaretur; ita baptiſmus baptizatum aſtringit ad obſeruandum legem catholicæ fidei. Hæc probantur per c.de Iudæis.45.diſt.& per Archie.par.2.tit.12. cap. 2.§.1.in princ. Tabie.in ver.infidelitas.§.6.Syluestr.in ver. baptiſmus.4.§.7. Faciunt etiam quæ docet D.Tho.22.q. 10.arg. 12.& par.3.q.68.ar.10.vbi aperte ſupponit, quod ſi infidelium filij inuitis parentibus baptizentur, vere ſint baptizati, vt obſeruat Card.Caie. in d.3.par. Quod etiam declaratur in d.c. de Iudæis. ibi. qui autem iampridem. vbi nota ver.coacti.& obſerua verba illa; oportet vt fidem, quam etiam vi vel neceſſitate ſuſceperunt, tenere cogantur; ne nomen Domini blaſphemetur, & fides, quam ſuſceperunt, vilis ac contemptibilis habeatur.

Idem quoq; traditur in c.contra Chriſtianos.de hæret.in 6 & per gloſ.ibidem in ver.abſolute.& optime pro his faciunt quæ dicuntur in c.ipſa.23.q.4.ex D. Auguſt.ad Bonifac. Compelluntur enim hæretici ad fidem ad inſtar frenetici, quem medicus ligat. & ea.cau. & q. c.nimium.in princ.& ſicut lethargicus, qui à medico excitatur & ſtimulatur.c. quid faciet, & vti filius indiſciplinatus quem bonus pater corripit; & veluti diſcipulus, quem optimus præceptor verberat & caſtigat, vt hic exemplificat D. Author, & habetur in d.c. ipſa. & in c.diſplicet.hic ab Authore citato, quod ſumptum eſt ex Auguſt. ad Donatum presbyt. vbi ſic habetur; Si voluntas mala ſemper ſuæ permittenda eſt libertati; quare monetur pater in ſcripturis ſanctis, filium durum non ſolum verbis corripere; ſed etiam latera eius tundere, vt ad bonam diſciplinam coactus ac domitus dirigatur? Rurſus compelluntur hæretici, ſicut illi qui inueniuntur in vijs & ſepibus; de quibus idem D. Aug. & habetur. in d.c.ipſa. Item, inquit, ſi per poteſtatem quam propter religionem ac fidem regum tempore, quo debuit, diuino munere accepit eccleſia; hi qui inueniuntur in vijs & ſepibus, ideſt, in hæreſibus & ſchiſmatibus, coguntur iurare, non quia coguntur reprehendant, ſed quare coguntur attendant. Conuiuium domini eſt, vnitas corporis Chriſti; nõ ſolũ in ſacramẽto altaris, ſed etiã in vinculo pacis. Vide

plura alia in eod.c.ipſa.quæ optime faciunt pro hac ſana ac tuta D. Zanchini doctrina. Et vide D. Archid. ext. de hæret. in c. quicunq; in ver. hæretici autem ad fidem compelluntur.

De occulto hęretico,qui in foro pœnitentię ſuum deteſtatur errorem : & à ſuo abſoluitur ſacerdote. Cap. XXXIIII.

SVMMARIVM.

1 *Hæreticus à confeſſore abſolutus,poſtea iuridice delatus, dicta abſolutione non obſtante,iudicialiter puniri poteſt.*
2 *Duplicem pœnam quis ob hæreſim incurrit.*
3 *Homicida,fur,falſarius, & aliter delinquentes, in foro pœnitentiæ abſoluti,poſtea per iudicem externum damnari poſſunt.*
4 *Confeſſio, & abſolutio pœnitentialis,proceſſum iudicis competentis non impediet.*
5 *Poteſtas reconciliandi hæreticos,Epiſcopis, & Inquiſitoribus tantummodo conceſſa eſt.*

Vide Menochiũ lib. 2. de arbitra. Iud. centuria 4. caſu 372. Repertoriũ Inquiſito. verbo, abſolutio. §. ſed an abſolutio. & verbo, cõfeſſio. §. vtrum ſi in foro. Locatum in opere iudiciali verbo; abſoluere, & verbo, hæreticus.

ALIQVIS occulte † incidit in errorem, ſeu in hæ 1
reſim: deinde dum aſſumeret pœnitentiã à proprio ſacerdote; contulit ſecum de iſta ſua varietate credendi: & ſacerdos ille dixit eidem, quod ipſe erat hæreticus, tenendo, & ſequendo illum errorem: & reduxit eum ad tramitem veritatis, & fecit, quod ipſe fuit pure confeſſus, & deteſtatus illum errorem coram ipſo confeſſore: & confeſſor ipſe iniunxit pœnitentiam ſibi: & eum abſoluit [a]. Poſtea tempore procedente, iſte a
fuit delatus domino Epiſcopo, vel Inquiſitori de hoc errore, ſiue tanquam hæreticus: & dum proceditur contra eum, iſte dicit, quod de hoc crimine, & errore fuit pure confeſſus, & etiam abſolutus à proprio ſacerdote. Modo quæritur quid iuris. Et certe quantumcumque poſſet dici, quod iſte foret liberatus à pœna gehennæ, ſi in hoc decederet: quia quo ad Deum eſſet ſibi huius peccati venia tribuenda: cum fuerit emendatus, & correctus, tam per contritionem cordis, quàm per confeſſionem oris, & etiam per ſatisfactionem pœnitentiæ ſibi iniunctæ: quę pœnitentia eſt perfecta, vt de pœn. di. 3. perfecta. & etiam quia diuina clementia non patitur, quod crimina ſemel dimiſſa veniant

niant in ſuã amplius vltionẽ, vt de pœn. diſt. 4. diuina. Tamen non erit immunis à temporalibus pœnis: & ſic poterit accuſari, & puniri. Nam per pœnitentiam licet quis reſtituatur gratiæ; non tamen reſtituitur dignitati, ſeu priſtinæ poteſtati, vt de
2 pœn. diſt. 6. c. 1. & 15. q. 5. presbyter. In † hoc enim crimine hęreſis imminet duplex pœna. Vna ſpiritualis, & æterna, videlicet gehennæ: & alia temporalis: ſicut imminet ex aliis criminibus, quæ per iura puniuntur, vt puta ex crimine homicidii, adulterii, falſi, & furti, & ſimilibus. Vnde quamuis iſte pure cõfeſſus eſſet, & reſtitutus gratiæ per pœnitentiam; ita quod non immineret æternalis pœna gehennæ: non tamen eſſet reſtitu-
3 tus quo ad pœnas alias temporales: ſicut patet in eo, † qui commiſſit furtum. Nam per pœnitentiam non remittitur ſibi pœna, vt ff. de furtis. l. qui ea mente. Simile in raptore, vt ff. vi bo. rap. l. non prodeſt. Et patet in fornicatione carnali: de qua poſt pœnitentiam poteſt mulier accuſari, vt 33. q. 2. admonere. Vnde idem, & multo fortius in hac fornicatione ſpirituali. Et ad hoc facit quod not. Dy. in ſimili. ext. de reg. iur. c. peccati venia. lib. 6. Immo plus dicimus: quod ſicut pro criminibus imminet duplex pœna: vna ſpiritualis, alia temporalis: ita & duplex erit iudex. Vnus, qui imponit pœnam temporalem, vt eſt iudex loci, in quo delictũ committitur, ſeu etiam iudex ordinarius delinquentis, vt dictũ fuit ſupra, in tit. per quos, & contra quos poſſit procedi, &c. Alter vero eſt, qui imponit pœnitentiam, vt per eam liberetur à pœna æterna, & ſpirituali. Et iſte erit proprius ſacerdos delinquentis: cum alius non poſſet hunc abſoluere à peccato; niſi ſuper hoc haberet priuilegium, vel ſaltem voluntatem proprii ſacerdotis, vt ext. de paroch. c. nullus. & de pœn. & rem. c. omnis. ver. ſi quis. & facit optime quod no. 16. q. 1. c. 1. & ibi vide. Et ex hoc concluditur, quod iſte ſuſtinebit alias pœnas, tali pœnitentia non obſtante: & pœnæ quæ imponentur iſti erunt temporales pœnæ, & purgatoriæ: de quibus dictum fuit, ſupra de pœnitentialibus pœnis, &c. quæ pœnæ infliguntur redeuntibus, vt ibi dixi. Et inſuper abſoluetur ab excommunicatione, qua fuit ligatus ſtatim cum incidit in errorem: prout dictum fuit ſupra de pœnis hæreticorum,
4 circa principium. Nec poterit dici † quod quantum ad hoc ſibi proſit abſolutio ſacerdotis: quia non eſt iudex huius

Et hæc Zanchini ſententia vera eſt & communis, vt ex multis confirmauit Franciſcus Pegña lib. 2. adnotatio. in Directorium. Schol. 20. §. rurſus altera.

Cap. 8.

Cap. 20.

Cap. 18.

Vide Simancã catho. inſtit. ti. 3.

criminis: cum poteſtas cognoſcendi, abſoluendi, & puniendi

Cap. 8. de hoc crimine, ſit ſolummodo Epiſcopis, & Inquiſitoribus attributa, vt dixi ſupra, in c. per quos, & contra quos ſit de hoc crimine procedendum. Et ideo confeſſio habita coram ſacerdote, vel abſolutio ab eo facta non impediet proceſſum ſui iudicis competentis, vt ext. de iudic. c. at ſi clerici. C. ſi à non cõpetenti iudice. per totum. Nec enim poterit dici, quod per ſacerdotem fuerit cum eo diſpenſatum; & quod ſibi fuerit impoſita pœnitentia, & peracta: quia diſpenſatio criminis ei demũ permittitur; qui de eo poteſt cognoſcere, vt ext. qui filii ſint legitimi. c. lator. ad quod veniat 50. diſt. domino ſancto. & quod
ibi no. Et huiuſmodi † diſpenſandi, & corrigendi, ac redeun- 5
tes recipiendi poteſtas, olim fuerat ſolis Epiſcopis attributa, vt 50. diſt. presbyteros. licet hodie ſit Epiſcopis, & Inquiſitoribus

Cõcedere Epiſcopo, & Inquiſitori, eſt alijs denegare.

conceſſa, vt ſupra eſt dictum. Et per hoc, quod iſtis conceditur; cæteris omnibus intelligitur denegata, vt 25. di. qualis. ext. de præſump. nonne. ff. de iudic. l. cum prætor. Merito igitur exigetur; quod per illum, vel illos diſpenſetur; qui velit, & poſſit cum illo diſpenſare, vt ext. de filiis presbyterorum. c. ex tua. de ſchiſmaticis. c. fraternitati. & quod ibi no. Et hoc vidi de facto, & ita fuit determinatum.

ADDITIO.

Abſolutio ab hæreſis crimine, Pont. Max. reſeruatur.

a Abſoluit. *Adde quod hodie ſimplex ſacerdos vere hæreticum abſoluere non poterit; quia criminis huius abſolutio Summo Pont. reſeruatur, vt conſtat ex proceſſu curiæ in cœna Domini. & explicatur ab Archiep. par. 3. tit. 24. cap. 4. in fi. & per Card. Caiet. in Sum. pec. in ver. excommunicatio contra hæreticos. Sylueſt. in ver. excommunicatio 7. §. ſecunda eſt. verſ. 4. notandum. Tabie. in ver. excommunicatio 5. caſu 4. ante §. immediate. Qui autem ſint caſus Papæ tantummodo reſeruati, vide late per D. Sylue. in ver. caſus. §. 1. & Tab. in ver. diſpenſatio. §. 13. Adde etiam Specul. lib. 1. tit. de legato. §. nunc oſtendendum. nu. 31. qui dicit Papam ſolum, vel eum cui ſpecialiter ipſe commiſerit, poſſe excommunicatum à ſe abſoluere; quia eius eſt ſoluere, cuius eſt ligare, vt 21. di. c. inferior. & ext. de maiorit. & obe. cum inferior. Facit etiam c. venerabilem. de elec. & 16. q. 1. c. frater. & quod habetur ab eodem Specul. in d. lib. 1. tit. de diſpenſationibus. §. nunc de epiſcoporum diſpenſa. nu. 27. & ſeq.*

Quod ſi dubiũ aliquod circa præmiſſa adhuc forte ſuboriri poſſet, illud

Bulla in cœna Domini.

illud omnino ſublatum eſt per bullam in cœna Domini à Sanctiſſimo D.N.D. Pio Papa Quinto nuper editam. Nam in primo capite excommunicantur omnes hæretici & ſchiſmatici quocunq; nomine nuncupentur, & cuiuſcunq; ſectæ exiſtant, ac omnes eorundem hæreticorum fautores, receptatores, & illis credentes, ac eorũ libros abſq; Sedis Ap. auctoritate ſcienter quomodolibet legentes, aut in domibus ſuis tenentes, imprimentes, aut quomodolibet defendentes ex quauis cauſa publice vel occulte, quouis ingenio vel colore, & generaliter quilibet defenſores eorundem. Hæc omnia diligentiſſime proſpicienda ſunt, & præſertim quæ ad libros damnatos attinent, quia nõ modo legentes, ſed etiam tenentes eos in domibus, quamuis nõ legãt, ſi id ſcienter faciunt, excommunicati ſunt. Nec excuſantur qui animo impugnandi & cõfutandi, aut alia etiam honeſtiori cauſa legũt: quia lex dicit, quomodolibet, &c. Et per Pium 4. Pont. Max. licentiæ omnes legendi & tenẽdi conſimiles libros reuocatæ fuerũt per eiuſdẽ conſtitutionem quæ incipit; cum pro munere. Dat. Romæ ſub annulo piſcatoris, Die 24. Martij. 1564. Pont. ſui anno quinto. In his quippe litteris mandat vt omnes damnatos libros Inquiſitoribus ciuitatum, in quibus ij libri ſint, tradant atq; conſignent. Similiter tenentes excuſari minime poſſunt, ſi libros in arca occluſos, & clauibus obſignatos occulte retinent, ita vt à nemine legi aut videri permittantur; quia omnes ſimiles excuſationes per hanc ſententiam, & etiam per allegatam conſtitutionem Pij 4. præſcinduntur. Excommunicantur rurſus imprimentes, & etiam illi qui quouiſmodo hæreticos & libros ex quauis cauſa defendunt, publice vel occulte, &c. vt ibi expreſſe declaratur. & horum omnium abſolutio Papæ reſeruatur.

Libros hæreticos legentes, & quomodolibet tenentes excommunicati ſunt.

Cõfeſſorum temeritas.

Et quoniam pleriq; confeſſarij tum ſeculares tum regulares presbyteri, indiſtincte & ignoranter, nulla habita ſui miniſterij ratione, cæci exiſtentes cæcis alijs ſeſe duces exhibent: & quibuſuis cenſuris irretitos, clauibus abutentes, ac ſi Pontifices Maximi exiſterent, abſoluunt, ſeu potius inuoluunt; & ſibi datæ facultatis limites ad ea, quæ ad ſolum Rom. Pont. ſpectant, extendunt, ſuamq; ignorantiam ac temeritatem nonnũquam priuilegiorum aut confeſſionalium prætextu paliare ſtudent: ideo Sanctiſſ. Pontifex in §. non obſtantibus. aperte declarat, quod nulla priuilegia, nullaq; indulgentiæ aut apoſtolicæ litteræ, aut confeſſionalia, ſeu facultates aliæ, quæ verbo, litteris, aut quauis alia ſcriptura cõceſſa hactenus ſint, & in futurum quomodolibet concedi contingeret, contra præmiſſa ſuffragari poſſunt. Qua lege omnes cõprehẽdũtur quacũq; præfulgeãt dignitate, etiã Põtificali, Imperiali, Regali, Reginali, ſeu quauis alia eccleſiaſtica, & mũdana.

Nec priuilegia nec indulgẽtiæ his ſuffragantur, vt à quolibet confeſſore abſolui poſſint.

Abſoluentium pœna.

Deinde in §. illos autem. excommunicantur illi qui tales abſoluunt. & verba ipſa ſunt clara, ita vt à quocunq; etiam rudi et ignauo confeſſario intelligi poſſint. Sic enim ibi legimus. Illos autem, qui

contra tenorem præſentium talibus, vel eorum alicui, ſeu aliquibus, abſolutionis beneficium impendere de facto præſumpſerint, excommunicationis, & anathematizationis ſententia innodamus, eiſq; prædicationis, lectionis, adminiſtrationis ſacramentorum, & audiēdi confeſſiones officia interdicimus; eis denunciantes & declarantes aperte, nos grauius contra eos ſpiritualiter & temporaliter, prout expedire cognouerimus, proceſſuros. Et nihilominus quicquid egerint abſoluendo, vel aliàs, nullius ſit roboris vel momenti. Ex quibus primo deducitur quaſnam pœnas cōfeſſores ipſi abſoluentes incurrāt, quæ multiplices ſunt, nempe excommunicatio & anathematizatio. Secundo interdicitur eis officium prædicandi, legendi, ſacramenta adminiſtrandi, & confeſſiones audiendi. Tertio denunciatur, & aperte illis declaratur quàm grauiter vtrumque gladium Summus Pont. aduerſus illos ſit educturus. Quò autem ad eos, qui à non habentibus facultatem, abſoluuntur, declaratur quod vere abſoluti nō ſunt. Idq; habetur in verbo, de facto, quo excluditur de iure, & clarius in fine paragraphi, vbi ponitur ſentētia irritans & annullans quicquid, inquit, egerint abſoluendo, vel aliàs, nullius ſit roboris vel momenti.

Abſolutio talis nulla eſt.

Ignorantia nō excuſat.

Demum in §. ſeq præcipitur & mandatur omnibus Prælatis, & locorum ordinarijs, & curatis, ac etiam quibuſuis presbyteris ſecularibus, ſeu quorumuis ordinum regularibus in virtute ſanctæ obedientiæ, ac ſub pœna indignationis omnipotentis Dei, ac beatorum Apoſt. Petri & Pauli, et eiuſdem Summi Pont. ne de huiuſmodi reſeruatione prætendere valeant ignorantiam, vt quilibet tranſumptum harū litterarum apoſtolicarum penes ſe habere, eaſq; legere diligenter attenteq; ſtudeat. Videant igitur abſoluentes & abſoluendi, & ſibi ipſis conſulant. & ij qui libros damnatos tenent, attente conſiderent, quod ſi per annum eos tenuerint, & conſequentes in excōmunicatione pertinaciter perſeuerauerint, poterūt veluti hæretici vel ſaltē vti grauiter ſuſpecti puniri iuxta librorum qualitatem. c. cum contumacia. & c. vt Inquiſitionis. in fi. de hæret. in 6. de quibus vide late per Carer. nu. 21. qui multa circa perſiſtentem in excommu. adducit. & vide Direct. par. 2. q. 47. & Authorem. c. 9. & recole quæ de libris improbatæ lectionis iam ſupra explicauimus in addit cap. 7. pag. 30. & ſeq. & vide Arelat. notab. 24. & Roma. in ſingul. 326. incip. eo ipſo. qui dicit eum de hæreſi condemnari poſſe, apud quem libri hæreſis reperiuntur. & allegat ad id Archid. 24. q. 2. c. ſane profertur. & hoc per §. ſi forte. vbi videtur poni caſus. Hoc idem tenet Hip. de Marſ. in conſ. 52. miſericordia domini. nu. 33. & 34. in primo vol. conſ. criminal Vide etiam addit. Nico. Pig. ad ipſum Rom. in d. ſing. Hæc paulo prolixius expendenda eſſe iudicaui, vt de his veluti de grauiſſimo periculo vniuerſi admoneantur.

Hæretici in ſo

Cum itaq; hæc abſoluendi facultas Pōtifici Sum. reſeruata exiſtat, ipſeq;

ipſeq́; Pont. Epiſcopis, & Inquiſitoribus tantummodo eam impartitus fuerit; non debent alij presbyteri ita audacter de his grauiſſimis criminibus ſe intromittere, nec damnatos libros tenētes abſoluere, vt pleriq́; faciunt, nec ea quæ ad S. Inquiſitionis officiū attinēt attētare. Similiter Epiſcopi & Inquiſitores bene caueant quomodo huius abſolutionis beneficiū impendant. Habent quidē Epiſcopi hāc abſoluēdi facultatē à Cōcilio Tridentino. Seſ. 24. in c. 6. de reformat. vbi declaratur quod ipſi tantūmodo id agere valeāt, & quod ad ſuos Vicarios non extēdatur. Inquiſitores autē ampliorē poteſtatē habere videntur, cum nō modo ipſi, ſed & eorū Vicarij in foro cōſcientiæ hæreticos pœnitētes abſoluere poſſint, vt patet in litteris Clem. 7. ſupra cap. 30. citatis vbi in §. vobis etiam. ita habetur: Vobis etiam, ac Vicarijs præfatis extraiudicialiter Lutheranos occultos & nō inquiſitos per ordinarium ſiue alios iudices, ac alios quoſcūq́; hæreticos fautores, credētes, defenſores & receptatores, necnon & à ſancta fide apoſtatas, eoſq́; qui cōtra inhibitionē Sedis Apoſtolicæ, tenuerūt vel legerūt libros Martini Lutheri vel aliorū, aut eidem ſiue eiſdē quomodolibet adhæſerūt, ſi ad cor reuerſi, pœnitētes id humiliter petierint, poſtquā hæreſim, qua polluti & infecti erant, abiurauerint, medio iuramento promiſerint de cætero ab huiuſmodi hæreſi penitus abſtinere, abſoluēdi, illiſq́; pro præmiſſis pœnitentiā iniungēdi ſalutarē. eoſq́; ad gremium Sanctæ Matris Eccleſiæ reſtituendi & reducendi.

ro pœnitentiæ, ab Inquiſitoribus, & eorum vicarijs, et etiā ab Epiſcopis abſolui poſſunt.

Verba hæc diligēter perpēdenda ſunt, quia nō quibuſcunq́; indiſtincte abſolutio impēdenda eſt, ſed his tantum qui occulti ſunt, qui inquā per iudicē aliquē nō ſunt inquiſiti. Quod ſi quādoq́; cōtingat vt aliqui nō occulti, ſed inquiſiti, de facto abſoluantur, talis abſolutio his non ſuffragatur. Rurſus in his verbis notandus eſt modus, qui in ſimilibus abſolutionibus obſeruari debet. Quamuis enim hæc in foro conſcientiæ agantur; neceſſe tamen eſt vt pœnitentes id humiliter petant, vt hæreſim abiurent, vt iuramento promittant quod in poſterum ab huiuſmodi hæreſi penitus abſtinebunt: quibus peractis abſolui poterunt, iniuncta pœnitentia ſalutari. Aliud præterea ex his elicere poſſumus, nempe quod cum Inquiſitoribus & eorum Vicarijs facultas hæc tradita ſit, non poſſunt Inquiſitores ipſi quibuſcunq́; ſimplicibus ſacerdotibus eam impartiri, quia apoſtolica verba ad alios non Inquiſitores aut non Vicarios, extendenda nō ſunt. Quare putarem quod ſacerdotes, quos Inquiſitores veluti ad id munus idoneos, optant vt hæreticos abſoluere poſſint, Vicarij in hac parte ab ipſis Inquiſitoribus eſſent inſtituendi. Vlterius cōſiderandū eſt, quod cū aduerſus taliter abſolutos, in foro exteriori poſtea procedi valeat, vt in hoc cap. Author docet, ſi illorū crimina ad iudicis notitiā deducantur, optimum eſſe credo vt abſolutionem in foro conſcientiæ petentes, ab Inquiſitoribus aut Vicarijs prædictis, vel ab Epiſcopis, cū ad eos p

Qui abſoluendi ſunt.

Quæ in abſolutione obſeruari debeant.

Abſoluendi facultas, non omnibus eſt committenda.

abſolutione accedunt, de hoc aperte admoneantur; & bonis rationibus inducantur ad abiurationem in foro iudiciali faciendam cum notario & teſtibus: ne poſtea ab officio Inquiſitionis iterum perturbẽtur. Nam hoc modo, & pœnitentibus, & officio ſancto optime conſultum erit. Nec eos terrere debet relapſus periculum, ſi errores omnino deſerere, ac fidem catholicam perpetuo retinere ſtatuerunt.

Tempore gratiæ venientes, quomodo recipiendi ſint.

Conſiderent etiam Inquiſitores, & Epiſcopi Directorij admonitionem ſuper his nobis exhibitam par. 3. poſt formam 2. monitorij ad hæreticos reuelandos. vbi cum his, qui tempore gratiæ voluntarie veniunt, nec accuſati, nec denunciati, nec citati ſunt, mitius agendum eſſe docet. Deinde mox ſubdit: Attendat tamen Inquiſitor taliter venientes, qualiter velint errorem ſuum detegere. Nam ſi in foro tantũ pœnitentiali per modum confeſſionis ſacramentalis errores ſuos aperire volunt, Inquiſitor, inquit, non admittat, nec confeſſiones eorum audiat. Non enim Inquiſitores vt Inquiſitores, ſunt iudices in foro pœnitentiali & interiori, ſed in foro iudiciali exteriori. Vnde confeſſiones ſacramentales libenter audire non debent, ne Inquiſitionis officium deludatur, & ſacramentum pœnitentiæ contemnatur, & ipſe Inquiſitor audiens tales confeſſiones, ſcandalizetur. Si enim Inquiſitor in confeſſione ſacramentali aliquem audiat, & ille confiteatur, quod tanto tempore in tali errore perſtitit, & multos infecit, vel aliquid ſimile; poſtea ſi proceſſu temporis de his denunciatur ſeu accuſatur apud Inquiſitionis officium; Inquiſitor iudicialiter inquirit, factũ detegitur, inquiſitus citatur, vel capitur, & medio iuramento interrogatur. His adeo inquiſiti mens perturbatur, vt Inquiſitori imponat quod confeſſionis ſecretum reuelauit, & ex hoc ſcandalum non modicum in populo excitatur. Et qui vidit, inquit ille bonus Pater, et comperit, ſcit quia verum dicit. Nam ſæpe repertum eſt, quod tales timentes ne per Inquiſitorem præueniantur, veniunt, & ab Inquiſitore petunt vt eos in confeſſione audiat, vt hoc modo confuſionem & pœnas euadant: ideo dicit tales non eſſe in ſacramentali confeſſione audiendos; ſed in foro iudiciali errores coram Inquiſitore detegẽdos eſſe, vt iam ſupra admonuimus.

Confeßiones ſacramẽtales Inquiſitor non audiat.

Docet inſuper Direct. quod ſi Inquiſitor agnoſcit illum ſic venientem iam adeo præuentum eſſe, vt aliàs aduerſus eum indicia aliqua recepta fuerint; confeſſionem ſuam cum notario & teſtibus audiat, & iudiciario ordine procedat; ac mitius cum illo ſe habeat, quia nõ vocatus aduenit. Quod ſi Inquiſitor illum præuentum vel prius delatum, aut antea indiciatum non videat; an factum prorſus occultum ſit ab eo diligẽter inquirat; & vbi inuenerit illum, neminẽ infeciſſe, nec alicui ſe prodidiſſe, ſed errores in ſe continuiſſe, & non palam, ſed clanculo libros legiſſe, & carnes diebus prohibitis manducaſſe, aut id genus alia feciſſe; tunc ad iudicialem confeſſionem recipiendã

proceden-

procedendum non eſt, ſed ſecrete illum abſoluat, ſalutari pœnitentia ſibi iniuncta. Si vero præuentus non fuit, & hæreſes alijs reuelauit, et in errorem ſocios induxit, tunc Inquiſitor ad confeſſionem iudicialiter recipiendam deſcendat, & eos quibus ipſe ſeſe prodidit, diligenter examinet, et iuxta canonicas ſanctiones procedat, mitius tamen ſemper ſecum agendo, quia non vocatus, & infra tempus gratiæ venit. Hæc ex Direct. fere ad verbum. quibus adde Gondiſ. in ſuo tract. q. 20. nu. 10. qui quærit, an Inquiſitores abſoluere poſſint hæreticum etiã à ſententijs quas Papa in die Iouis ſancta contra tales promulgat. Et adducit Archid. in c. vt officium. in princ. dicentem, quod ſic, per illum tex. qui generaliter permittit eis abſolutionem. Id autem confirmant ibi Io. And. & Dominicus. Sed hæc intelligenda eſſe puto de abſolutione in foro iudiciali, vt ſatis aperte ex illo textu colligitur. Vide de his latiſſime in conſilijs prælatorum, quæ forte quandoq; in publicum prodibunt. Nam ex his videbitur quam bene fundata ſit Directorij doctrina. Ibi quippe docetur, vt tandem huic tractationi finem imponamus, an confeſſori ſoli credendum ſit de pœnitentia hæretici defuncti ſeu viui, & concluditur dicendum eſſe quod nõ, & quod tamen Domini Papæ reſponſio ſuper hoc eſt expectanda. Rurſus dicitur quod abſolutis ab aliis, qui abſoluendi fortaſſe facultatem habent, poſſunt Inquiſitores, non iniunctam ab his pœnitentiam, iniungere, &c.

Intellectus c. ut officium. de hæret. lib. 6.

Hoc eſt in Concilio Narbonenſi c. 28.

De exiſtente publice in peccato mortali: videlicet vſurarum, & ſimilium. Cap. XXXV.

SVMMARIVM.

1 *Contra exiſtentem publice in peccato mortali, Inquiſitor procedere non debet niſi ille ſuſpicione de hæreſi laboret.*

2 *Ex quibus publice peccans, de hæreſi ſuſpectus efficiatur.*

1 PROPTEREA, quod † quis publice fœneratur, adulteratur, vel blaſphemat vel ſimilia committit; non poteſt, nec debet Inquiſitor procedere contra eum; niſi orta eſſet ſuſpicio hæreſis contra ipſum. Ita probatur ext. de hæreticis. ca. accuſatus. §. de quæſtionibus. lib. 6. Et eſt ratio: quia Inquiſitoribus ſunt ſolummodo commiſſa ea, quæ tangunt hæreſim, ſiue fidem: Vnde ad alia nõ cõmiſſa non poſſunt extendere manum ſuam: cum iura dicant; quod iudex non commiſſa nõ attẽtet, vt 25. q. 2. amputato. & veniant quæ dicta ſunt ſupra proximo c. Hinc eſt, quod de Incantatoribus non intromittunt ſe, vt eod.

Non procedit Inquiſitor contra publice peccantem.

Cap. 31.

vt eod.c.accuſatus.§.ſane.niſi talia poſſent ad hæreſim trahi, vt ibi patet;& fuit dictum ſupra in cap. de Diuinatoribus. At vbi † tales exiſtētes publice in peccato reddunt ſe ſuſpectos de hæreſi; tunc procedi poterit contra eos, vt verbi gratia; Aliquis publicus vſurarius, vel fornicator publicus, ſeu blaſphemator dicit illud non eſſe peccatum: vel nihil dicit; ſed ipſe euitat cōſortium fidelium: nunquam aſſumit pœnitentiam: nunquam audit diuina officia: nunquam eccleſiaſtica recipit ſacramenta:[a] vel aliqua eccleſiæ mandata non obſeruat: non ieiunat: nō abſtinet ab eſu carnium, prout præcipit Eccleſia: vel his ſimilia negligit, ſiue facit; certe ex iis indiciis oritur hæreſis ſuſpicio contra talem: & ex hoc Inquiſitor poterit procedere contra eū vt ext.de hæreticis.c.excommunicamus §.addiicimus. de pur. can.c.inter.& facit, quod dictum fuit ſupra in c.de credētibus. ver.& ſignanter.& in c.ex quibus indiciis,&c.

Cap. 22. Niſi oriatur ſuſpicio de hæreſi vt hic. Dicendo peccatum non eſſe. Vitando conſortium fidelium. Non aſſumendo pœnitentiā. Non audiendo diuina. Non recipiendo ſacramenta. Non obſeruando Eccleſiæ mādata. Cap. 3. nu. 3. et Cap. 7. n. 3.

ADDITIO.

a Nunquam Eccleſ. recipit ſacramenta. *Adde Fely. in rubr. de hæret. dicentem quod ſacram communionem ſingulo anno non recipiens, eſt hæreticus. & adducit tex.not. in auth.de priui.dot.hæret. mulie. non præſtan. circa medium. vbi habentur hæc verba: Igitur ſacram communionem in catholica Eccleſia non percipientes à Deo amabilibus ſacerdotibus, hæreticos iuſte vocamus. Nam licet nomen Chriſtianorum ſibimet impoſuerint; veruntamen à Chriſtianorum ſe fide & cōmunione ſeparant, Dei iudicio ſemetipſos ſubdi cognoſcentes Hæc Imp. Iuſtinianus. Eundem tex. allegat ipſe Fely. in c. ad abolendam. nu. 2. Vide etiam ibidem nu. 1. de matrimonio per profeſſum religioſum contracto, an arguat cōtrahentem eſſe hæreticum. Et nota adducta per Carer. nu. 38. qui declarat hæc ad hæreſim pertinere, ſi publice & notorie fiant, & non clandeſtine: quia tunc eſt contra c. 1. de voto. in 6. & contra clem. eos qui. de conſangui. & affin. Cui ſententiæ adhærent Iac. Butr. Salyc. in l. nemo. C. de ſumma trin. Panor. in c. de homine. de celeb. miſſ. in gloſ. in verſ. verbis. & in c. cum quidam. de iureiuran. & Mat. in conſt. inconſutilem. 6. notab. q. 7. & Bal. in d. l. nemo. circa fin.*

Sed horum verborum alius eſt ſenſus quam putauit Felynus.

Hoc factum nō arguit hæreticum ſed ſuſpectum vehementer. Siman. in Enchyridio tit. 12. nu. 1.

Idem quoq; dicitur de eo qui duas vxores duxit, vt per Gem. in c. accuſatus. §. ſane. eo. ti. lib. 6. Fely. in d. c. ad abolendam. nu. 1. qui etiam adducit Lapum in eodem c. accuſatus. De his duobus caſibus vide etiam Gondiſ. in tract. de hæret. q. 9. nu. 4. & 5. Et de profeſſo ducente vxorem, vide quoq; Panor. in conſ. 68. incip. videtur

tur primo dictus magiſter.nu.4.vbi dicit ex Butrij ſententia, quod ſi clam contraxit, præſumitur de dolo, & ideo Inquiſitor debet cognoſcere. Si vero palam vxorem duxit, non præſumitur in dolo, ſed errare. Hæc videntur repugnare declarationi Careri, ideo conſidera tu quis nam horum veritatem melius attingat. Ego quidem exiſtimarē quod contra tales, poſſet Inquiſitor inquirere ſaltim veluti contra ſuſpectos, quia abſtinentes à ſacramentis, aut præpoſtere, & contra eccleſiaſticum ritum ea celebrantes, ſiue illis abutentes, de his perperam ſentire videntur. Quare Inquiſitor ad veritatem indagandam inquirere poterit per c.vt officium.in prin.eod.tit.lib.6. vbi mandatur Inquiſitoribus, vt etiam contra ſuſpectos procedere debeant. & in c.ad abolendam.§.qui vero.de abiuratione, & purgatione per ſuſpectos facienda tractatur, & in multis alijs conſtitutionibus extrauag.hoc idem decernitur. Siue itaq; publice & notorie ſiue occulte quis ea faciat, per quæ de eius fide ſuſpicio vel præſumptio oriatur, vigilantes Inquiſitores diligenter inquirere poſſunt, habita ratione loci temporis, perſonarum; & ſuſpicionis qualitate bene conſiderata. Pro his faciunt explicata per Direct.par.2.q.55.& quæ ſupra tractata fuere c.20.& ibi in addit.

In hoc articulo veritas vſu etiam ſacri tribunalis recepta eſt, vt poſſint procedere Inquiſitores contra tales contrahentes ſiue publice contrahant, ſiue occulte. Siman. catho. inſtit. tit. 40. nu. 8. & multis ſeq.

De blaſphemantibus vide Carer.nu.26.& Directo. par.2.q.41. De vſurariis poteſt Inquiſitor iudicare quando pertinaciter aſſerūt vſuram non eſſe peccatum, vt per tex.in clem.vnica.de vſuris.§.ſane. Quod Lap.But.& Io. de Imo.ibidem extendunt etiam ad illum qui non verbis, ſed factis id aſſerit. Vt ſi quis inhumaniter tractat eos quibus mutuauit, vel ſimile quid agat: tunc ſi ex hoc adeo eius opinio grauata ſit, vt diffamatus dici poſſit, contra illum veluti de hæreſi ſuſpectum procedi poterit. Cui ſententiæ ſubſcribit Arelat. notab. 5.per totum.& vide Lucer.in ver.Inquiſitor.§.fi.& Carer.nu.76.

De blaſphemātibus & vſurarijs.

De exiſtente in notorio crimine, & nolente corrigi vide adducta per Carer.nu.44.vbi dicit illum per hoc ſuſpectum de hæreſi fieri.

De quocunque crimnoſo notorio.

An, & ex qua cauſa poſſit Inquiſitor procedere contra Iudæos. Cap. XXXVI.

SVMMARIVM.

1 *Iudæi nec ad fidem cogendi, nec inuiti baptizandi ſunt, ſed blandiciis alliciendi.*

2 *Iudæi circa fidem catholicam delinquentes, illam contemnendo, &c. aut Inquiſitionis officium impedientes, per Inquiſitorem puniri poſſunt.*

3 *Ratione delicti, Iudæus efficitur de foro eccleſiæ.*

4 *Quibus pœnis Iudæi ſint per inquiſitores puniendi.*

5 Iudæos

5 Iudæos contra legem ſuam delinquentes, Eccleſia non punit, niſi in Chriſtianorum perniciem id fiat.

6 Dictum illud; De his qui foris ſunt nihil ad nos, quomodo ſit intelligendum.

De materia huius quæſt. nemo plura quam Direct. etiam infra citatū par. 2. q. 46. Repertorium inquiſ. verbo, Iudæus. Simācas. cath. inſtit. tit. 35. & alij quos refert Pegña lib. 2. adnotatio. in Directo. Schol. 52.

DE illo ſępius dubitatur,an Inquiſitor poſſit pro-
cedere contra Iudæos,& eos punire: & ex qua
cauſa. Et dixerunt quidam indiſtincte; quod
Inquiſitores ſe nō intromittent de Iudęis: quia
nihil ad eos de his,qui foris ſunt. 45.di.qui ſyn
cera.&c.de Iudæis. 11.q.3.inter verba.& 11.q.1. multi. ext. de
diuort.c.gaudemus.Sed aliter eſt dicendum circa hoc: eo † ta- 1
men præſuppoſito pro conſtanti, quod Iudæi inuiti non ſunt
cogendi [a] venire ad catholicam fidem; nec ad ſuſcipiendum a
baptiſmum: nec ſunt etiam reuocandi à ſuis bonis conſuetudi
nibus, vt ext.de Iudæis.c.ſicut.&c.conſuluit.niſi blandis, & re
ctis conſiliis, vt 45.di.qui ſyncera.& c.licet.& c. de Iudæis. ad
quod 23.q.5.ad fidem. Et de hoc redditur ratio in canone:
quia ſicut homo ex libero arbitrio periit: ita ex libero arbitrio
debet conuerti, vt patet in dicto c. de Iudæis. Hoc autem

Quadrupliciter peccant Iudei.
Aut circa contemptum fidei.
Aut circa impedimētū officii.
Aut in ſua fide.
Aut extra prædicta.

retento, dicas; quod aut Iudæus deliquit circa contemptum
fidei orthodoxæ, vel impedimentum officii Inquiſitionis:
aut deliquit circa fidem eorum: aut aliter deliquit penitus
extra præmiſſa. Primo caſu † quando deliquit circa fidem 2
noſtram: [b] videlicet contemnendo, & vilipendendo eam; vel b
etiam committendo aliquid in contumeliam Creatoris,ſeu
Saluatoris,& in contemptum ipſius;puta vituperando eccle-
ſias,vel altaria, ſeu etiam ſacra ornamenta eccleſiæ, vel ſimi-
lia. Item etiam cum impedit Inquiſitorem circa explicatio-
nem ſui officii: certe Inquiſitor poterit procedere contra
ipſum Iudæum;& eum punire: quia ipſi Inquiſitori commiſſa
eſt defenſio fidei Chriſtianæ, vt ext.de hæreticis.c.accuſatus.§.
ſane.& c.vt officium.in prin.& §.denique. lib. 6. Immo ſi ſcit

In primis duobus caſibus procedit Inquiſitor.
Quia ratione, delicti efficiuntur de foro.

aliquem peccare circa fidem;& non corrigit per ſuam negligē
tiam; incidit in ſuſpicionem hæreſis, ſeu fautoriæ, vt plene fuit
dictum ſupra in c. de fautore. Nec eſt † mirum, ſi his caſibus 3
Inquiſitor habet iuriſdictionem in tales: quia ratione ſui deli- •
cti, effecti ſunt de foro Eccleſiæ, & de iuriſdictione ipſius, vt
ext.de iudic.nouit.& facit ext.de Iudæis.c.& ſi Iudæos. de hoc
etiam

etiam not.eod.tit.c.Iudæi.ſiue in glo.ſed quid ad nos? Præterea, ſi diceremus quod Inquiſitor non poſſet eos punire; iam ſequeretur, quod eſſent melioris conditionis, quàm Chriſtiani: & iam ex ſua nequitia exemptionis priuilegium obtinerēt: quod eſſe nō debet, vt ar.ff.de petit.hæred.l.ſi à patre.§. ſi prædo.quod vi, aut clam.l.3.& l.Seruius.& ff.de neg.geſt.l.ſiue hæreditaria.in fi.ad quod ext.de translat.Epiſcopi.inter corpora-

Quia ex ſua malitia, eſſent melioris conditionis.

4 lia.§.ſed neque.cum ſi.Sed circa hoc † quæritur; quomodo puniet ipſos Inquiſitor cum non poſſit eis pœnitentiales pœnas imponere, prout imponeret Chriſtianis. Dic, quod poterit eis alias pœnas imponere: videlicet interdicendo Chriſtianis, ne aliquid communicent iſtis Iudæis, vt ext.de Iudæis. c. ita quorundam.in fi.& dicto c.ad hæc.Nam hæc eſt pœna grauiſſima verſari inter homines; & hominum carere ſuffragiis, vt C. de apoſta.l.hi qui ſanctam. Item & pœnam pecuniariam imponendo, vt ext.de Iudæis.c.poſtulaſti.Item & aliam pœnam corporalem: videlicet carcerando, vel verberando, vt ext.de rapto. c.in archiepiſcopatu.concordat 17. q. 4. conſtituit. & not. de hoc 45.di.qui ſyncera.in glo. ſed nonne. in fi. Et ſcias tamen, quod Iudæi in præmiſſis caſibus, ſeu pro prædictis exceſſibus; ſunt per ſeculares poteſtates pœnis grauioribus; puniēdi, vt C. de Iudæis.l. Iudæos.& l.Iudæi.& l. fin. ext. eod.c.in nōnullis.

Quomodo Iudæi puniendi ſint ab Inquiſitore, adde Syluestrū in ſum. verbo, Iudæus. §. 10. et lib. 2. adnot. in Director. Schol. 51.

5 in fi. In ſecundo vero caſu † quando delinquunt circa fidē eo-
C rum: [c] puta quia fœnerantur, vel contemnunt obſeruare mandata legis Moſaicæ: dic, quod Eccleſia non intromittet ſe de hoc: niſi id quod faciunt contra ſuā fidem; redundet ad damnum, & perniciem Chriſtianorum: ſicut eſt extorquere vſuras à Chriſtianis: quia tunc licet Inquiſitor non poſſit ſe de hoc intromittere; cum eius iuriſdictio ſit limitata, vt eam exerceat in his quæ pertinent ad defenſionem fidei, vt ſupra dicitur: tamen Epiſcopus diœceſanus, qui eſt iudex ordinarius, poterit ipſos Iudæos corrigere: & à talibus ipſos coercere, vt ext.

In hoc caſu Epiſcopus corrigit in quantū eſt in perniciem Chriſtianorū.

6 de vſuris. c. poſt miſerabilem. Et ad † id quod dicitur; quod nihil ad nos de his qui foris ſunt: dic, quod verum eſt vt ſpiritualiter puniantur: vel vt Eccleſia iudicet de his, quæ faciunt ſecundū regulas ſuperſtitioſæ religionis eorum vel vt ipſi compellantur præciſe ad fidem catholicam venire, vt 45. diſt. qui ſyncera.& c. de Iudęis. ſuperius allegatis.quia non ſunt cogendi, niſi iam fuiſſent baptizati & ſic Chriſtianę fidei alligati, vt

Exponitur multipliciter id; Nihil ad nos de his qui foris ſunt. videlicet: Vt ſpiritualiter puniantur.

ext.

Vt de ſua religione iudicetur. ext. de hæreticis. c. contra Chriſtianos. lib. 6. At in his, quæ faciunt in contemptum fidei Chriſtianæ; tunc bene ſe intromittet Eccleſia, vt ſupra dictum eſt: & ita ſoluitur iſtud contrariũ, prout not. Gofre. in ſumma. tit. de Iudæis. §. item permitti. In tertio vero caſu, vbi delinquunt extra præmiſſa; tunc Inquiſitor indubie non intromittet ſe: cum talia non ſint de cauſis ſuæ iuriſdictionis, vt dicto c. accuſatus. §. ſane. & §. ſequenti. & 25. q. 2. amputato. vbi expreſſe dicitur, quod iudex non debet attentare aliqua non commiſſa: quia ſic excederet fines mandati: quod non licet. ext. de reſcript. c. cum dilecta.

Vt ad fidẽ præciſe compellantur.

In hoc caſu nullo modo Inquiſitor ſe intromittit.

ADDITIO.

a Inuiti non ſunt cogendi. *Adde D. Tho. 22. q. 10. ar. 8. & Card. Caiet. ibi. Archiep. par. 2. tit. 12. c. 2. §. 1. & in 3. par. tit. 14. cap. 13. §. 9. vbi tractat de paruulis infidelium baptizandis, vel non bapti. & recurre ad ea quæ ſupra in addit. ad cap. 33. pag. 208. & ſeq. dicta ſunt. Quibus adde Hoſt. in Sum. tit. de Iudæis. §. & in quibus: verſ. hanc autem.*

b Deliquit circa fidem noſtram. *Adde caſum quando Iudæi inducunt Chriſtianos ad eorum ritum, aut eos defendunt, occultant aut fouent in dictis erroribus: quia tunc per Inquiſitorem puniri poterunt, vt per Io. And. in c. contra Chriſtianos. de hæret. in 6. in nouel. & Geminia. ibidem qui allegant extrauagantes Clementis 4. dat. Viterbij Pont. ſui anno 3. & Greg. 10. dat. Lugd. anno 2. Et iſtas extrauagantes dicit ibi Gemin. eſſe reſeruatas, per c. fi. eod. ti. & lib. vbi reſeruantur prædeceſſorum mandata conſtitutionibus libri. 6. non obſtantia. Confirmat hoc idem D. Archiep. par. 3. tit. 18. cap. 2. §. 6. verſ. item Inquiſitores poſſunt procedere cõtra Chriſtianos, qui ad ritum, &c. vbi adducit. d. extrauag. & dicit quod Iudæi inducentes Chriſtianos ad iudaiſmum, ſunt fautores, immo & factores hæreticorum. Earundem extrauag. meminit Gondiſ. in q. 9. nu. 11. qui etiam adducit Oldra. in conſ. 36. De his etiam vide Direct. par. 2. q. 44. vbi adducit dictas extrauag. quæ incipiunt; turbato corde. quas pro maiori Inquiſitorum inſtructione, hic nos etiam ponendas eſſe curauimus.*

De Iudæis Chriſtianos ad iudaiſmum inducentibus, &c.

Clemens Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, dilectis filijs fratribus Prædicatorũ & Minorum ordinum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputatis, aut in poſterum deputandis, Salutem et Ap. benedictionẽ. Turbato corde audiuimus & narramus, quod quamplurimi reprobi Chriſtiani veritatem catholicæ fidei abnegantes, ſe ad ritum Iudæorum damnabiliter tranſtulerunt.

Clem. 4. extrauag. de Iudæis.

Quod

Quod tanto magis reprobum fore dignoſcitur, quanto ex hoc Chriſti nomen ſanctiſſimum quadam familiari hoſtilitate ſecurius blaſphematur. Cum autem huic peſti damnabili, quæ vt accepimus, non ſine ſubuerſione prædictæ fidei, nimis excreſcit, congruis & feſtinis deceat remedijs obuiari, Vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum contra hæreticos auctoritate Sedis Apoſtolicæ deſignatos, ſuper præmiſſis tam per Chriſtianos, quàm etiam per Iudæos, inquiſita diligēter & fideliter veritate, contra Chriſtianos, quos talia inueneritis commiſiſſe, tanquam contra hæreticos procedatis. Iudæos autem qui Chriſtianos vtriuſq; ſexus ad eorum ritum execrabilem hactenus induxere, aut inueneritis de cætero inducentes, pœna debita puniatis. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit auxilio brachij ſecularis. Dat. Viterbij. 7. Cal. Auguſti, Pontificatus noſtri anno 3.

Sequitur Extrauagans Greg. 10. de eiſdem Iudęis.

Alij Nicolao. 4. tribuunt. Greg. 10. extrauag. de Iud.

Gregorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, Dilectis filijs fratribus Prædicatorum et Minorum ordinum Inquiſitoribus hæreticæ prauitatis, auctoritate Sedis Apoſtolicæ deputatis, & in poſterum deputandis, Salutem & Apoſtolicam benedictionem. Turbato corde audiuimus, & naramus, quod non ſolum quidam de iudaicæ cæcitatis errore, ad lumen fidei Chriſtianæ conuerſi, ad priorem reuerſi eſſe perfidiam dignoſcuntur, verum etiam quam plurimi Chriſtiani veritatē catholicæ fidei abnegantes, ſe damnabiliter ad ritum iudaicum traſtulerunt. Quod tanto magis reprobum fore cognoſcitur, quanto ex hoc Chriſti nomen ſanctiſſimum quadam familari hoſtilitate ſecurius blaſphematur. Cum autem huic peſti damnabili congruis & feſtinis remedijs deceat obuiari: Vniuerſitati veſtræ per apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus infra terminos vobis ad inquirendum cōtra hæreticos auctoritate Sedis Apoſtolicæ deſignatos, ſuper præmiſſis tam per Chriſtianos quàm etiam per iudæos, inquiſita diligenter & ſolicite veritate, contra eos, quos talia inueneritis hactenus commiſiſſe, ac commitere etiam in futurum, tanquam contra hæreticos, contra fautores quoq; receptatores, & defenſores eorum, tanquam cōtra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorū procedere ſtudeatis. Iudæos autē qui Chriſtianos vtriuſq; ſexus ad eorū ritum execrabilē induxerint, aut inueneritis de cætero inducentes, pœna debita puniatis. Contradictores per cenſurā ecleſiaſticā, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Dat. Lugduni Cal. Martij. Pontificatus noſtri anno 2.

Clemens iſte claruit anno Domini. 1265. Gregorius vero illius ſucceſſor

ſucceſſor anno Domini 1271. Harum litterarum decretalium vigore vſus ſucceſſiue obtinuit, vt per Inquiſitores Iudæi delinquentes contra fidem Chriſtianam punirentur; vt ex actis ſacri officij noſtri Ferrarien. apertiſſime comprobari poteſt. Extant enim quamplura egregia monimenta in pergameno conſcripta, in quibus habētur proceſſus, ſententiæ, condemnationes et pœnæ Iudæorum. Extant quamplura conſilia per illuſtres Iuriſconſultos & Theologos ſuper hoc negotio facta, cum nominibus & ſigillis conſulentium, & fide notarij publici. Extant litteræ Reuerendiſſimi D. Latini de Vrſinis Cardinalis Legati per Romandiolam & Tuſciam ad Inquiſitorem Ferrariæ ſuper hoc ſpecialiter directæ, tempore Nicolai Papæ Tertij, anno Domini 1280. Pontificatus eiuſdem Nicolai Tertij anno 2. de quibus omnibus habebis infra.pag. 226. & ſeq.

Adde præterea Ancha. in conſ. 15. Gaſp. Cald. in conſ. 2. de iudæis, incip. Iudæus doloſe & appenſate. Card. Zab. in clem. 2. §. 1. de hæret. & Card. Alex. in c. nulla. diſt. 54. qui expreſſe dicit, Iudæos in caſibus, in quibus Chriſtianis contrariantur, vel eos ad obſeruandum ſuos ritus inducunt, iuri canonico, ac iudici eccleſiaſtico ſubiectos eſſe. Idem tenuit Imol. in clem. ex graui. de vſuris. ver. vlterius quæro, an Iudæi aſſerentes quod exercere vſuras cum chriſtianis non ſit peccatum, &c. & adducit Innoc. Hoſt. & Paulum.

Iudæus Iudæū ne baptiZetur, impediens.

Hoc idem affirmatur de Iudæo peruertente, & retrahente alterū Iudæum volentem baptiZari, vt per Bal. in conſ. 315. vol. 1. & conſ. 316. Franc. Squil. tract. de fide cathol. cap. 46. quos refert & ſequitur Marquardus de Vtino in tract. de Iudæis par. 2. cap. 9. nu. 3. fol. mihi 83. Confirmantur hæc per Card. Zab. in d. clem. 2. de hæret. ver. inquiſitoribus. in fi. ea ratione, quia Iudæus volens baptizari, iam baptiſmo flaminis baptiZatus eſt, & in firmo hoc propoſito moriens, ad patriam cœleſtem euolat. de conſ. diſt. 4. c. baptiſmi vicem. de presbyt. non bapti. c. 2. & ſic impediens baptizari, retraxit Iudæum, iam Chriſtianum factum in voto, ad iudaiſmum, quantum in ſe fuit. De his vide Lucer. in ver. iudæi. §. 1. 2. & ſeq. & in

Crucem luto polluēs, & alia plura faciens.

ver. Chriſtiani. De Iudæo qui proiecit lutum ſeu aliquam aliam immundiciam ſuper crucem, vide adducta per Ghirlan. de ſortil. q. 11. nu. 19. De Iudæis deridentibus Chriſtianos in die paraſceue, & cogentibus nutrices ad effundendum lac in latrinam, ea die qua Corpus D. N. ſuſceperunt, vide per Gaſp. Cald. in d. conſ. ſuperius allegato. De Iudæis blaſphemantibus vide per Alex. in conſ. 233. vol. 6. Socin. conſ. 102. vol. 1. & conſ. 119. vol. 4. De Iudæis & alijs infidelibus Dæmones inuocantibus, hæreſes euulgantibus, ſeu aliter circa, vel contra fidem veram chriſtianam delinquentibus, vide latiſſime per Direct. par. 2. q. 46. & adde D. Tho. 22. q. 10. ar. 8. qui de infidelibus dicit, quod, ſi facultas adſit, à fidelibus compellēdi

ſunt,

ſunt, vt fidem blaſphemijs, vel malis perſuaſionibus, vel etiam apertis perſecutionibus non impediant. Hæc autem cum extendi poſſint ad verba & ad facta, ea omnia in hac D. Tho. ſententia includi debent, quæ fidem corrumpunt aut corrumpere poſſunt. Quare optime Inquiſitores facient ſi Iudæos punient, qui hæreticos ſeu aliter dãnatos libros in ciuitatibus & locis fidelium introducent, aut conſeruabunt, vel tenebunt. Immo optimũ eſſet ſtatuere ne Iudæi libros ſub pignore acciperent, niſi prius Inquiſitoribus eos oſtendiſſent. Quod ſi id non ſtatuatur, adhuc arbitror eos teneri, propter periculum corruptionis fidei, quod ſimilibus libris ſemper annexum eſt. Quemadmodum enim cauent ne falſas gemmas, aut orichalcum pro auro accipiant, & circa ea peritos conſulunt; ita cauere debent ne damnati libri illis dẽtur pro mutuata pecunia. Si enim Eccleſia eos punit quia Thalmud, & alios libros blaſphemijs plenos tenent, cur illos tolerabimus vt hæreticorum blaſphemias in libris reſperſas habeant?

Hodie Romæ Hebræi nõ poſſunt libros ſub pignore accipere, nec etiam emere.

c Delinquunt circa fidem eorum. *Adde Direct. in d. q. 46. concludentem, quod ſi in his delinquunt, quæ cum illis ſunt nobis communia, vt credere vnum Deum omnium creatorem, & ſimilia, poſſunt ab officio Inquiſitionis puniri. Cogi enim debent ad ea obſeruanda, quæ nobis, & illis communia ſunt. quæ omnia ibi Dire. probat, & rationes in contrarium adductas, optime ſoluit, ideo vide.*

Et hanc ſentẽtiam cõmunem eſſe dixit Pegña ibidẽ Schol. 52.

Vt autem vetuſtiſſimã ſacri huius officij iuriſdictionẽ, aduerſus ſimilia Iudæorũ delicta cõtinuatã, quilibet agnoſcat: hæc ex Inquiſitionis noſtræ Ferrariẽſis chartophylacio extracta, hic, vt ab omnibus legi valeãt, apponere voluimus. et primo de Iudæis perſequẽtibus alios Iudæos cõuerſos. Deinde de fidelibus trãſeũtibus ad Iudæorũ ritum.

Frater Latinus permiſſione diuina Oſtien. & Veletren. Epiſcopus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, Religioſo viro Inquiſitori hæreticæ prauitatis de Ord. Fratrum Præd. in Ciuitate & Diœceſi Ferrarien. Salutem in domino. Expoſuit nobis Dilectus in Chriſto Bonifacius de Ferraria olim Iudæus, nunc autem per Chriſti gratiã ad catholicã fidem conuerſus, quod Iudæi Ferrariæ habitantes maligno contra eũ ſpiritu cõcitati, graues in ipſum perſecutiones intentãt, et in eius perniciẽ impia machinantur: propter quod in Ciuitate prædicta non poteſt abſq; metu periculi commorari. Quare nobis humiliter ſupplicauit, vt prouidere ſibi ſuper hoc de opportuno præſidio curaremus. Cum itaq; valde indignum ſit vt his qui relicto iudaicæ cœcitatis errore, ad lucem redierunt fidei chriſtianæ, ab his qui in ipſa cœcitate remanent, perſecutiones & iniurias patiantur. Diſcretioni veſtræ, qua fungimur authoritate mandamus, quatenus eundẽ Bonifacium, ac omnes alios, qui in Ciuitate & Diœc. Ferrar. conuerſi ſunt ad fidem catholicam, vel impoſterum conuertentur, ſub protectione veſtra recipientes, ipſos à prædictis Iudæis protegere ac

Latini de Vrſinis Card. Ord. Præd. littera.

 defenſare

defenſare curetis, eosdem Iudæos à ſuis inſolentijs & Blaſphemijs orthodoxæ fidei, prout expedire videritis, compeſcendo. Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, brachij ſecularis auxilio. Datum Imolæ 14. Kal. Martij, Pont. Domini Nicolai Papæ 3. Anno 2.

Anno Domini. 1281. Indictione nona, die Iouis 7. Iulij. Ferrariæ in loco Fratrum Præd. Ego Frater Artuſius Notarius de Ord. Fratrum Prædicatorum ſocius Fratris Florij Inquiſitoris hæreticorum in prouincia Lõbardiæ, de mãdato ipſius F. Florij, prædictas literas, ſicut reperi munitas ſigillo ſupradicti Domini Fratris Latini, bona fide ſine fraude exẽplaui, meũ ſigillũ appoſui, & me ſubſcripſi.

Contra tranſeuntes ad ritum Iudæorũ, & eorum fautores.

Frater Latinus permiſſione diuina Oſtien. & Veletren. Epiſcopus, Apoſt. Sed. Legatus, Religioſo viro Ord. Præd. Inquiſitori hæreticæ prauitatis in Ferraria, Salutem in Domino. Ad audientiam noſtram peruenit, Iudæos quoſdam infra Aquilcien. Caſtellan. Ferrarien. & Mantuanen. Ciuitates & Diœceſ. ad fidẽ conuerſos catholicã per alios remanentes in iudaica cæcitate ad iudaiſmum iterum eſſe reductos, & per eos in ſacri baptiſmatis iniuriam non tam lotos quàm ablutione ſacrilega inquinatos. Nonnullos etiã multa alia committere & commiſiſſe in catholicorũ ſubuerſionem & præiudicium fidei catholicæ. Ideoq́, non valentes tantã diſſimulare iniuriam Ieſu Chriſti, Diſcretioni tuæ mãdamus, quatenus tam contra ipſos relapſos, quàm contra omnes & ſingulos quos inueneris infra terminos ſupradictos culpabiles in prædictis & eorum bona, prout delicti qualitas exegerit, noſtra, quam tibi præſentium tenore committimus, authoritate procedas ſicut contra hæreticos, et fautores procedis ex commiſſione Sedis Apoſtolicæ tibi facta. Contradictores per cenſuram eccleſiaſticam appellatione poſtpoſita compeſcendo. Inuocato ad hoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſecularis. Dat. Bono. 8. Kal. Septembris Pont. D. Nicolai Papæ 3. anno 2.

Quo autem ritu hæc ſacrilega ablutio apud Iudæos fiat tradit Dire. *par. 2. q. 45.*

Anno D. 1281. Indictione 9. die vero 8. Iulij Ferrariæ, in loco Fratrum Præd. Ego Frater Artuſius Notarius de Ord. Præd. ſocius Fratris Florij Inquiſitoris hæreticorum in Prouin. Lombardiæ, de mandato ipſius prædictas litteras munitas ſigillo ſupradicti D. Fratris Latini vidi & perlegi, & eas bona fide ſine fraude exemplaui, meum ſigillum appoſui, & me ſubſcripſi.

Per huius Legati litteras excitabatur Inquiſitor ille Ferrarien. ad ea exercenda, quæ in litteris Apoſtolicis per antiquiores Romanos Pont. iam fuerat ordinatũ. Iam enim emanuerant decretales illæ extrauagãtes, turbato corde. de quibus ſupra. Sed vt omnẽ dubitationem ex Inquiſitoris animo remoueret, ſuis etiã litteris illũ ad id inducere

ducēre voluit, ac ſuam authoritatē impartiri, eo præſertim quia forte nō omnia loca illa eius Inquiſitioni ſubiecta erāt; & id quod in primis litteris mādatur, nō ita perſpicue videbatur ad illius officiū pertinere. Quare quæ prius erāt ambigua vel obſcura, per has Cardinalis Latini litteras vidētur quodāmodo declarata. Quod ſi ea de re plenius adhuc erudiri cupis, vide ſapientū reſponſa ad octo articulos per eundē Inquiſitorē Ferrarienſem propoſitos. quorum primus eſt:

Vtrum Iudæus baptizatus & ad fidē Chriſti conuerſus, ſi ab eiuſdem fidei veritate apoſtatet redeundo ad iudaiſmū, & fidem chriſtianam, quam ſuſceperat, abnegando, ſubſit Inquiſitoris officio, & poſſit ab eo compelli & condemnari ſicut alij hæretici, ſi ſeruare fidem contempſerit iam ſuſceptam. 1. Articulus.

Huic quæſtioni reſponderunt Sapientes Patauini anno D. 1281. *talem officio Inquiſitoris ſubeſſe, & contra eum veluti contra hæreticum procedi poſſe. Et idem dixerunt Ferrarienſes. nempe quod Inquiſitor poteſt & debet procedere contra Iudæos baptizatos, qui poſtea ad iudaiſmum rediere.* Imo velut contra apoſtatam.

Secundo, an Inquiſitor poſſit contra eos procedere quorum opere, voluntate, conſilio, & aſſenſu, talis vel alius Chriſtianus apoſtatat, & fidem Ieſu Chriſti abnegat, quam ſemel ſuſceperat: necnon & contra ipſius fautores receptatores & defenſores, ſiue ſint iudæi, ſiue cuiuſcunq; alterius conditionis & ſtatus 2. Articulus.

Reſponderunt Patauini, Inquiſitorem poſſe, & debere procedere contra eos ſicut cōtra fautores, receptatores, & defenſores hæreticorum. Quia licet Iudæi ab Eccleſia in ſuis ritibus tolerētur: tamen ratione delicti quod in Eccleſiam committunt, ſunt ſeueritate eccleſiaſtica coercendi; & priuilegium meretur amittere, qui permiſſa ſibi abutitur poteſtate. Hoc idem dicunt Bononiēſes, nempe tales acriter puniendos eſſe. Conſulunt tamē ipſi quod contra tales nō procedatur ad vltimū ſupplicium, nec ad effuſionem ſanguinis: nec tradantur ſiue relinquantur brachio ſeculari. Puniri tamē poſſunt & debent pœna pecuniaria, exilio, carcere, & etiam indirecta excommunicatione, & huiuſmodi prout qualitas exceſſus duxerit requirendum. Rurſus, & contra eos qui tali apoſtatæ dant conſilium, auxilium, & fauorem tenendo eum in domo, paſcendo eum, & dando ei de rebus ſuis, & deducendo eum de ciuitate, vt id quod factum eſt non poſſit venire in notitiam Chriſtianorum, ſiue admittendo eum ad iudaizandum in Synagoga, & huiuſmodi, debet procedi ſicut contra fautores, receptatores & defenſores hæreticorum. Iſtos tamen dicunt minus eſſe puniendos quam primos, cum iſti ſolum videantur eſſe fautores, & primi proprie loquendo dici poſſunt hæreticorum eſſe factores. Poteſt etiam ab iſtis veritas extorqueri cū moderamine quo de infra in art. ſeq. ſi ipſam veritatē noluerint cōfiteri; cum teſtes vel violentæ

Sed ſi atrox eſſet ſcelus a Iudæo Commiſſū contra fidē, tūc curiæ ſeculari relinqui poſſet. Pegña lib. 2. adnot. in Directo. Schol. 51. § ſed ſi atrox.

præſumptiones ſunt contra eos, quod talia vel ſimilia commiſerunt in præiudicium fidei Chriſtianæ. Cui deciſioni ſubſcripſerunt Doctores Ferrarienſes vt infra patebit.

3. Articul. Tertio an Inquiſitor contra tales violentas habēs præſumptiones, quod ipſi veritatem non dicunt, dum in prædictis & alijs ſimilibus exceſſibus contra eos inquirit, poſſit eam ſupplicijs extorquere citra ſanguinis effuſionem, per executorem vel iudicem ſecularem, et contra eos ad pœnas canonicas procedere ſi conuicti fuerint vel confeſſi, &c. Patauini affirmatiue reſponderunt: quod & Bononienſes comprobarunt. Poteſt inquiunt veritas à talibus, ſi eam confiteri nolunt, extorqueri ſupplicijs citra effuſionem ſanguinis, per iudicem ſecularem ad mandatum Inquiſitoris, cum teſtes legitimi vel præſumptiones violentæ ſunt contra tales, quod prædicta vel conſimilia commiſerunt. Obſerua, quæſo, antiquorum ſcrupulum circa tormentorū ſupplicia, quia nolebant per eccleſiaſticum, ſed per ſecularem iudicem ad mandatum eccleſiaſtici ea exhiberi. Nunc autem ſcrupulus iſte ſublatus eſt per clem. multorum. de hæret. in §. duro tamen. & per iura ibidem per gloſ. adducta in ver. tormentis. quod etiam habes ab Authore c. 8. nu. 4. & c. 9. nu. 7. & ibi in additione pag. 40. & pag. 58. & 68. ad quæ loca te remitto. Ferrarienſes itidē conſuluerunt, videlicet Inquiſitores poſſe & debere cōtra illos procedere, quorum opere, conſilio & aſſenſu talis apoſtatauit

Recte hoc admonet Camillus, de quo vide plenius lib. 3. adnot. in Director. Schol. 118. in principio.

Inſuper dicunt Patauini veritatem ſimiliter & ſimilibus ſupplicijs extorquendam eſſe ſi hoc negant, quod eis per plures teſtes probatur, quamuis teſtes hoc probantes dicant exceſſus prædictos commiſſos opere, conſilio, & auxilio Iudæorū talis ciuitatis nec nomina ſingillatim exprimant, quinimo per tales etiam probationes procedere poterit, etiam contra eos ſine alijs confeſſionibus eorundem.

4. Articulus. Quarto quæritur de Synagoga in qua opere, voluntate & conſilio Iudæorum in terra illa morantium, aliqui Chriſtiani in præiudiciū ſacri baptiſmatis ſunt per Iudæos abluti, & fidem in ea, eorum inductionibus negauerunt. Reſpondent Patauini, Illam tanquam nudatā priuilegijs Chriſtianorum eſſe funditus deſtruendam. & hæc eadem ſententia à Bononienſibus & Ferrarienſibus approbatur.

Res inanimata punitur.

5. Articulus. Circa illum vero qui infra terminos ſuæ Inquiſitionis exceſſit in caſibus memoratis, & infra eoſdem terminos habet domum, in qua cum ſua familia conſueuerat commorari, dicunt Patauini ſufficere quod ad domum eandem proponatur citationis edictum, ſi ad partes extraneas ſe tranſtulit & ignotas; ita vt ſi non venerit congruentibus terminis aſſignatis, procedere valeat contra eum & bona ſua, quæ ibi habet, prout de iure fuerit faciendum.

6. Articulus. Super alio præterea Patauini ſic reſpondent, quod paruulus filius Iudæi baptizati exiſtens apud matrem, quæ remanſit in iudaica

cæcitate,

cæcitate, patre abſente in remotis partibus & ignotis, fauore fidei eſt accipiendus ab ea per eccleſiam vel loci ordinarium ſiue Principem Chriſtianum, cuius ſubeſt dominio, & nutriendus apud fideles non ſuſpectos, & baptizādus, niſi appareat obex in eo contrariæ voluntatis. De hoc articulo vide. c. 2. extra de conuerſio. infidel.

Cæterum ad id quod poſtea quæritur de quodam contra quem per plures teſtes legitimos probatur, quod dū eſſet in Synagoga Iudæorū, & deberet legem coram alijs Iudæis legere ſolemniter iuxta morem, obiectum fuit ei ab alio, quod nō erat dignus legere legem, pro eo quod in tali Terra fuerat baptizatus: & ipſe recognouit & confeſſus eſt ibi ſe baptizatum fuiſſe, ſed rediſſe ad iudaiſmum, & pœnitentiam, quam Iudæi ſibi dederant de peccato quia baptizari ſe fecerat, peregiſſe: & velle viuere & mori de cætero vt Iudæus: dicūt Patauini et Bononienſes ſuper his veritatem ab eo per ſecularem iudicem ad mandatum Inquiſitoris, ſuppliciis citra ſanguinis effuſionem extorquendam eſſe. 7. Articulus. Sed nunc per eoſdem Inquiſitores veritas tormētis inquiri poteſt, vt paulo antea monuit Camillus.

De duobus autem ſcilicet viro & muliere qui gerunt ſe publice pro Iudæis, tamen legitime contra eos per teſtes probatur, quod parentes vtriuſq; Chriſtiani fuerint, & ipſi nihilominus fuerunt baptizati videlicet hoc modo. Nam pater iſtius viri, qui gerit ſe pro Iudæo, fuit prius Iudæus, ſed poſtea baptizatus, & ſic factus Chriſtianus, mulierem Chriſtianam duxit vxorem, de qua filium iſtum generauit, & baptizari eum fecit, & ſic multis annis vt Chriſtianus vixit. Tandem poſt multum tempus pater iſtius ad iudaiſmum rediens, etiam filium iſtum de quo agitur, circuncidi fecit, & poſtea ſemper vixit vt Iudæus. Et quod plus eſt matrem ſuam vere Chriſtianam iudaizare fecit, & in cœmeterio Iudæorum ſepulta fuit. Mulier etiam illa, quæ ſe gerit publice pro Iudæa prædicto modo prius probatur Chriſtiana fuiſſe. Nam mater eius prius fuiſſe Iudæa dignoſcitur, ſed poſtea effecta fuit Chriſtiana, & virum Chriſtianum accepit, quo mortuo, ad iudaiſmum redijt, & virum Iudæum accepit. De iſtis duobus dicunt Bononienſes quod contra eos ſicut contra hæreticos procedi debet, & debet ab eis veritas, ſi eam confiteri nolunt, ſupplicijs extorqueri. Quod ſi nec ſic veritatem confiteri voluerint, nec redire ad fidem quam in baptiſmo primitus ſuſceperunt, poſſunt, publicatis bonis, vel in carcere perpetuo teneri, vel relinqui brachio ſeculari. 8. Articulus.

In cuius rei teſtimonium, Domini conſulentes Patauini, Bononienſes, & Ferrarienſes Doctores, ſua diſtincta conſilia proprijs ſigillis communiri fecerunt.

Doctorum vero conſulentium nomina apud Patauium hęc ſunt.

Magiſter Priciualus.
Magiſter Boatinus.
Magiſter Andreas Vngarus.
Magiſter Canamelus.
} *Omnes Decretorum Doctores.*

Dominus Nicolaus Cremonenſis Doctor vtriuſque iuris.

Dominus Accurſius Reginus.
Dominus Fredericus de Scala.
} *Legum Doctores.*

Tranſumpta fuere anno 1281.*Indictione nona per F. Artuſium Notarium de Ord. Præd. de mandato dicti Fratris Florij Inquiſitoris, &c.*

Bononienſium vero conſulentium nomina, qui prædictis ſubſcripſerunt, hæc ſunt.

D. Octauanti Doctor legum natione Florentinus, Vicarius D. Epiſcopi Bononienſis.
D. Marſilius de Mantechellis Bonon.
D. Garſia Hiſpanus.
D. Bonincontrus Bonon.
Omnes Doctores Decretorum.

Nomina Religioſorum.

Frater Pagamenſis Prior fratrum Præd. de Bono.
F. Iulianus Cremonenſis ambo doctores in Theol.
F. Franciſcus Reginus.

Ferrarienſium deniq; conſulentium nomina ſunt hæc.

D. Petrus Vicarius D. Epiſcopi Ferra.
D. Thomas.
D. Margaritus.
} *Periti in vtroque iure.*

Religioſorum nomina.

Frater Guecilius Prior Fratrum Præd.
Frater Chriſtianus Supprior.
Frater N. Lector fratrum Minorum.

Frater

Frater Bernardus eiuſdem Ord.
Frater Gulielmus dicti Ord.
Frater Matthæus eiuſdem Ord.

Prædictis duobus conſiliis nempe Bononienſium, & Ferrarienſiũ interfuit F. Artuſius notarius ſupraſcriptus, & de mandato d. Fratris Florij Inquiſitoris in publicam formam redegit. Conſilium præſertim Ferrarien. factum fuit eodẽ anno 1281. indict. 9. die dominica ſexta exeunte Ianuario, in domo fratrum Præd. de Ferraria in Infirmitorio, præſente Fratre Bontado Mediolan. de ord. præd. Domino Henrico de Mainardis. Dicto Fratre Florio Inquiſitore, & ipſomet F. Artuſio Notario.

Hæc ego in hanc formam contracta tibi exhibui, vt quale Inquiſitorum ſtudium in his perquirendis & inueſtigandis eſſe debeat, quæ ad eorum officium attinent, hinc agnoſcas; & vt huius officij poteſtatem circa Iudæos contra fidem delinquentes, in antiquis etiam temporibus in vſu extitiſſe videas. Quare prolixitatem hanc veluti inutilem ne ſpernas, quia ex his ſacri officij diuturna, & antiqua iuriſdictio aduerſus Iudæos ſatis commode declaratur. Quod ſi ceruicoſus & pertinax quiſpiam adhuc in controuerſiam id exagitare vellet, dicendo Summum Pont. haudquaquam ſtatuere poſſe, vt Iudæi ipſi per eccleſiaſticum iudicem pro criminibus eccleſiaſticis vel mixtis puniantur: videat adducta per eundem Marquar. de Vti. in d. ſuo tract. par. 2. c. 9. nu. 1. 2. & 5. Pontifex autem defenſionem & protectionem Chriſtianæ fidei Inquiſitori commiſit, vt hic probat D. Author. Si vero quis dicat; admitto quod per eccleſiam in quibuſdã delictis infideles puniri poſſint, ſed nego id ad Inquiſitoris officium pertinere, qui de hæreticis & non infidelibus iudicat; conſideret ſic dicens, quod Inquiſitori per ſuprapoſitas extrauagantes hoc ſpecialiter & expreſſe commiſſum eſt, & quieſcat. Tu autem vide Tabie. in uer. Inquiſitor. §. 31. 32. & 33. vbi diffuſe de his diſſerit.

Tandem circa hanc tractationem de Iudæorum delictis per eccleſiam puniendis, vide adducta per Romanum in ſingul. 687. incipi. cras Chriſtus aſcendit ad cœlos. vbi quærit an Iudæus conuertens ſe ad ritum Saracenorum veniat aliqua pœna puniendus. & adducit Oldra. in conſ. 51. Iudæus tranſiuit. et probat quod non ſit puniendus quibuſdam rationibus, quas bene conſidera. Tu autem tene doctrinã Direct. in d. q. 46. quæ ſecurior eſſe videtur. Conſtat autem quod quãplurima in lege Saracenorum continentur, quæ veritati ſcripturæ in his aduerſantur, quæ & Iudæis, & nobis communia exiſtunt. Ideo ex hoc potiſſimũ puniri poſſunt, quia non licet ab his diſcedere. Sicut enim puniri debent Iudæi colentes idola, vel ſacrificia illis offerẽtes, aut Dæmones inuocãtes, vt probat Direct. ibidẽ per Io. An. Innoc. et alios Doctores: ita credo eos puniendos eſſe ſi ad aliã ſectã trãſeant, De Iudæis tranſeuntibus ad Saracenos.

in cuius ritu contineantur contraria his, quæ ipſi Iudæi nobiſcum te-nent, vt iam dictum eſt.

De Saracenis.

Et hoc idem de Saracenis verſa vice dici poteſt, nempe quod circa ea delinquentes, quæ ſunt nobis & illis communia, per eccleſiaſticum puniri debent; vt ex adductis per Direct. ſatis aperte colligitur. Quare vide ibi. Quod ſi adhuc plura deſideras, vide Hoſt. in ſum. tit. de Iudæis. §. & in quibus grauentur. & Archiep. par. 2. tit. 12. cap. 3. per totum. vbi adducunt quæ illis ſint ſecundum iura prohibita. Agnouit enim Sancta Mater Eccleſia vndiq; periculum fidelibus imminere ex conſuetudine cum infidelibus ducta; ideo quàm rectiſſime ſtatuit quomodo illi inter nos, quoue modo nos cum illis incedere debeamus. Vtinam ſancta hæc inſtituta obſeruarentur.

De poteſtate Inquiſitoribus competente, & de Indulgentiis, quæ per ipſos conceduntur. Cap. XXXVII.

SVMMARIVM.

1 *Principes admonere, iuramentum ab eis exigere, & brachium ſeculare inuocare Inquiſitores poſſunt.*

2 *Seculares poteſtates Inquiſitoribus; in his non obedientes, præter alias graues pœnas, etiam ſuſpicionem hæreſis incurrunt.*

3 *Bellum hæreticis indicere, & catholicos Cruceſignare poſſunt Inquiſitores.*

4 *Cruceſignatorum priuilegia multa.*

5 *Inquiſitorum poteſtas, ex iure communi, & ex ſpecialibus priuilegijs ampliſſima eſt.*

De materia huius c. vide Bernardum Comenſem in lucerna Inquiſit. verbo, inquiſitor.

POSSVNT autem Inquiſitores † admonere ſecu 1
lares poteſtates: & ab eis exigere iuramentū;[a] vt a
exterminent hęreticos de ſuis terris. Et poſſunt
in exterminium hæreticorum implorare brachium ſeculare. Et † ſi prædictæ ſeculares pote 2
ſtates eis non paruerint in prædictis; graues pœnas incurrunt: & reddunt ſe de hæreſi ſuſpectos. Et prædicta probantur ext. de hæreticis. c. excommunicamus. §. moneantur. ext. eod. cap. præſidentes. & c. vt officium. §. ſtatuimus. lib. 6. Et habetur hoc clarius in quadā extrauaganti, quæ fuit Inno. 4. & incipit: ſtatuimus. Item poſſunt † indicere bellum [b] contra hæreticos. 3
Nam Eccleſia quandoq; indicit bellum, vt malos compeſcat: b
& eos reducat, vt 24. q. 1. per totum. Et inſuper poſſunt contra

Incipit. ad extirpanda. hanc habes nūc apud Directorium in Bullario.

cos

c eos concedere characterem Crucis [c] catholicis & fidelibus, in
4 exterminium hæreticorum: & † aſſumentes ſic ab eis characterem Crucis; multa priuilegia conſequũtur. Sed in ſumma conſequuntur omnia illa priuilegia, quę ſunt cõceſſa aſſumẽtibus Crucẽ in ſubſidiũ Terræ ſanctæ. Ita probatur ext. eod. c. excommunicamus. §. catholici. & ext. de pœn. & re. quod in te. in fi. & patet latius in quadã extrauaganti cõſtitutiõe, quæ fuit Inno. 4. & incipit: malitia. & fuit poſtea approbata per Alexandrũ in quadam eius conſtitutione, quæ incipit: felicis. quæ cõſtitutiones ſunt ſeruandæ, vt ext. eod. c. fi. in fi. lib. 6. Et pręter poteſtatem eis attributam per conſtitutiones, & iura communia ha-
5 bent † ipſi Inquiſitores alias poteſtates in pluribus, eis cõceſſas in ſpecialibus priuilegiis eorundẽ. Quæ quidẽ priuilegia ſemper ſunt attendenda, vt ipſi eorum terminos non excedant, vt ext. de priuil. c. recepimus. c. ex parte. & c. porro. 42. diſt. quieſcamus. ad quod ff. de recep. arbitris. non diſtinguemus. §. de officio. & in authen. de ma. pri. §. ſi quis autem.

Hãc etiam habes nunc in bullario apud Directorium.

ADDITIO.

a Exigere iuramentum. *Vide ſupra cap. 5. nu. 3. & 4. pag. 21. & cap. 11. nu. 1. & 2. pag. 75. & in additio. cap. 13. §. in hoc vero. pag. 97. in fin. & etiam in addit. cap. 31. §. ceſſat præterea. pag. 100. & Adde Archiep. par. 2. tit. 12. cap. 5. §. 5. verſ. omnes Rectores, & vide per totum illum §. Item adde Carer. nu. 93. Gondiſ. in q. 11. nu. 7. & adde etiam conſtitutiones Innoc. 4. Dat. Aſſiſii 4. Kal. Iunij, Pont. ſui anno 11. & Clem. 4. ad extirpanda. Dat. Peruſii 3. non. Nouembris. Pont. ſui anno primo. & vide dictas conſt. in §. ſtatuimus vt poteſtas capitaneus, &c. & in duobus §. ſequentibus. Idem continetur in conſtitutione Nicolai 4. Dat. Romæ apud S. Mariã Maiorem. 10. Kal. Maij. Pont. ſui anno 2. quæ ſimiliter incipit: ad extirpanda.*

De iuramento exigẽdo & præſtando inſignis extat locus in Concilio Biterrenſi c. 32. & habetur lib. 3. adnot. in Dire Schol. 3.

b Indicere bellum. *Adde an Iudex eccleſiaſticus bellum indicere poſſit per Specul. lib. 2. partic. 1. tit. de ſecundo decreto. §. reſtat videre. nu. 1. & 2. & vide D. Tho. 22. q. 40. ar. 2. vbi quærit an clericis, & Epiſcopis pugnare liceat, & in reſp. ad. 2. dicit quod Prælati & clerici ex authoritate ſuperioris poſſunt intereſſe bellis; non vt ipſi propria manu pugnent; ſed vt iuſte pugnantibus ſpiritualiter ſubueniant ſuis exhortationibus, & abſolutionibus, & alijs huiuſmodi ſpiritualibus ſubuentionibus, ſicut in veteri lege mandabatur Ioſue, cap. 5. vt ſacerdotes ſacris buccinis in bellis clangerent. Et ex*

De hoc articulo quod hæretici bello oppugnari poſſint late & recte ſcribit Alfonſus Caſtrus li. 2. de iuſta hæret. punitione. c. 14. adde Gõdiſſal. tract.

de hære.c.24. vbi de ciuitate hæreticorũ deſtruẽda,& vide omnino extrauagãtẽ Alex. 4.incipien. ex inſinuatione. quã habes impreſſam poſt Directorium pag. 141.

Et ex hoc,inquit D.Tho. primo conceſſum fuit vt Epiſcopi vel clerici ad bella procederent. Ita quippe legimus in decretis.23. q. 8. c. igitur. & in alijs capit. ſeq. Facit etiam ad hoc c. Maximianus.23. q.3. & id quod per Archiep.adducitur.3.par.tit.4.cap.2.§.3.verſ. item ſi Papa bellum mouet. & vide eundẽ in §.7.vbi ex Diui Tho. doctrinæ ita colligit; Licitum eſt ergo Prælatis eccleſiaſticis ob defenſionem rerũ Eccleſiæ vel fidei,inuocare contra violentos brachium ſeculare: & hortari tales vt non occidant,mutilent,vel vulnerent, (hoc enim eſſet directe ad homicidium prouocare) ſed vt eccleſiam, fidem,vel patriã liberent,vel terram ab infidelibus occupatã reducant ad Chriſtum; & ſuper hoc Eccleſia facit remiſſionem. Hæc ille.qui etiam addit: Et licet in huiuſmodi bellis hinc inde homines occidantur,non hoc Prælatis imputandum eſt;immo peccarent,ſi ſe nõ opponerent contra tales.c.de occidendis.ext. de homic. c. poſtulaſti. 23.q. 3.Maximianus.& q. 8.igitur. & c. ſcire. & c. omni. & c. hortatu.in quo c.dicitur quod Adrianus Papa vocauit Carolũ Magnum ad liberandum Italiam & ad defendendum Eccleſiam , vt etiam habes in c. Adrianus. 63.diſt.Vide præterea Gondiſ.in q.24. Vlterius adde Boer. in deciſ. 178.nu.7. vbi de bello per Sum. Pont. in dicto tractat. & vide Iodoc. in ſua pract.cap. 82. nu.21.& quære,ſi lubet,authores ab eo citatos nu.28.qui de bello ſcripſere.quibus adde Card.Caiet.ſuper ar.2.iam citato ex par.22.D.Thomæ.q.40.

C

Crucis character.

Characterem Crucis. *Adde quid ſit character, per D.Tho.in 4. diſt.4.q.1.ar.2.q.1.& 2.& in par.3.q.63.ar.2. & conſidera quod character indelebilis eſt,vt in eadem q.63.ar. 5. & alibi docet ipſe D.Tho.Deinde obſerua,quare hoc characteris nomine vſi ſint Põt. quando de Cruceſignatis hæc ſtatuerunt, vt patet in d.c. excommunicamus 1.§. catholici vero.& in extrauagantibus Innoc.4. incipientibus:malitia huius temporis. quas ego vidi in regiſtro eiuſdem Innoc.4. in Bibliotheca vaticana. Nam tres extrauag. ſuper hoc edidit,eiuſdem fere tenoris,quarum vnam ſcribit Priori Prouinciali Lombar. Ord. Præd. Dat. Aſſiſii.2.Kal.Iunij.Pont.ſui anno 11. Aliam ſcribit Patriarchis, Archiepiſcopis,Epiſcopis,&c.Dat. Aſſiſii. 3.Kal. Iunij.Pont.ſui an. 11. Tertiam ſcribit Inquiſitoribus Ord. Præd. Dat. Anagniæ 13.Kal. Iulij. Pont. eiuſdem an. ſimiliter 11.& omnes prædictæ extrauag. incipiunt : malitia . & in hac poſtrema tractat etiam de Federico & Ezelino. Et hæc omnia facta ſunt ni fallor,anno D. 1254. Hoc itaq; characteris nomine ideo vſi ſunt Rom. Pont.vt perpetuam crucis delationem ab ipſis Cruceſignatis obſeruandam,explicarent . De quibus vide per Lucer. in ver.Cruceſignati.& conſidera voti perpetui rationem,&c.*

Has extrauagantes habes nunc impreſſas apud Directo.

Hoc etiã habes apud Directo.

Adde vlterius priuilegium à Clem. 7. traditum in litteris, cum ſicut. iam ſupra citatis, pag.195. vbi Inquiſitoribus & eorum Vicarijs

earijs plura circa Cruceſignatos diſpenſanda, & conferenda elargitã explicantur. Ibi etenim hæc verba habentur. Ac etiã ſuper irregularitatibus quas clerici Cruceſignati ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure vel ab homine, etiam quauis occaſione vel cauſa latis ligati ſeu irretiti, ac etiam ex eo quod in locis eccleſiaſtico interdicto ſuppoſitis, miſſas & alia diuina officia (non tamen in contemptum clauium) celebrauerint, incurrerint diſpenſandi. Quæ facultas habetur etiam ab Innoc. 4. in prædict. extrauag. malitia. tertio loco poſita. poſtea mox ſequitur: Et quia Inquiſitores præfati, in Ciuitatibus ſeu alijs locis ſocietates ſeu confraternitates ad extirpandum hæreſes & capiendum hæreticos (iuxta conceſſionem à Romanis Pontificibus eis factam) inſtituunt, & in eis confratres recipiunt, qui in eorum receptione votum in eorundem Inquiſitorum ſeu Vicariorum manibus emittunt, ac voto ſe aſtringunt, dum pro parte ipſorum Inquiſitorum & Vicariorum ad capiendos ipſos hæreticos requiſiti fuerint, auxilium, conſilium, & fauorem præſtare, vt eis tempore cuiusuis localis interdicti diuinis intereſſe, & eis decedentibus, eorum corpora eccleſiaſticæ ſepulturæ, ſine tamen funerali pompa, tradi poſſint, dummodo cauſam non dederint huiusmodi interdicto, nec eis id contigerit ſpecialiter interdici. Et hoc idem habetur in eadem extrauag. tertia. Sed Clementis 7. priuilegia proſequamur. ſequitur enim:

Sequũtur multa Cruceſignatorum priuilegia.

Ipſisq; Cruceſignatis per ipſos Inquiſitores ſeu Vicarios, dum in eorum manibus votum hæreticos ipſos perſequendi emiſerint, vt ſemel ex tunc, & in mortis articulo, à reſeruatis, & in Bulla cœnæ Domini contentis caſibus, de quibus corde contriti & ore confeſſi fuerint, aut propoſitum confitendi debito tempore per Eccleſiam ſtatuto habuerint, abſolui, ac indulgentia plenaria & omnium peccatorum remiſſio huiuſmodi concedi. Concordant hæc cum extrauag. Innoc. 4. iam producta: malitia huius temporis. in §. porro. vbi ſic habetur: Porro vt non ſolum Inquiſitionis vobis ſuper hæretica prauitate commiſſæ, ſed & huiuſmodi prædicationis Crucis officium in manibus veſtris congruis fauoribus adiuuetur, abſoluendi iuxta formam Eccleſiæ omnes qui cõtra prauitatem hæreticam aſſumpſerint ſignum Crucis, ab interdicti, ſuſpenſionis & excommunicationum ſententijs canonis, & præſertim ab illis, quas pro incendijs vel effractionibus eccleſiarum, ſeu iniectione manuum violenta in perſonas eccleſiaſticas, incurrunt: & ab alijs quoq; ſententijs à nobis vel authoritate noſtra generaliter promulgatis; niſi adeo grauis, & enormis exceſſus fuerit perſonarum quod his oporteat abſolutionis beneficium per Sedem Apoſt. obtineri; dummodo aſſumpto Crucis ſignaculo, votũ huiuſmodi, qui abſoluti fuerint, efficaciter proſequãtur. Et ipſi caueant quod contra Eccleſiam de cætero nunquam erunt; & tam ab ipſis, quàm ab alijs fratribus præmiſſis plena de damnis & iniurijs,

Nota.

iniurijs, propter quæ excommunicati noſcuntur, ſatisfactio, vel ſatisfaciendi ſufficiens ſecuritas impendatur. Hæc ex Innoc. 4. Nunc ad Clementem 7. reuertamur. Sic enim proſequitur:

Indulgētiæ ſtationum Vrbis.

Eisq́ʒ vt ſingulis diebus anni quinq́ʒ altaria Eccleſiæ, ſi tot ibi ſuerint, aut vnum loci, in quo eos eſſe contigerit, pſalmum vnum genibusflexis recitando, vel quinquies orationem Dominicam & totiens Salutationem Angelicam in quolibet altari, indulgentias ſtationum Vrbis conſequi valeant, etiam concedendi & elargiendi, authoritate Apoſtolica tenore præſentium licentiam & facultatem concedimus. Et nihilominus conceſſionem per Romanos Pontifices, forſan viuæ vocis oraculo, ſeu aliàs eiſdem Inquiſitoribus factam, ſeu licentiam conceſſam huiusmodi, approbamus & confirmamus, ac omnia & ſingula alia priuilegia, exemptiones, &c. Hæc ex Summorū Pont. priuilegijs iuxta temporum ſucceſſionem per alios Rom. Pont. approbatis, libenter exhibuimus; vt inde Cruceſignatorum inſtitutum clarius agnoſcamus. Hinc etenim in primis perſpicere licet quisnam exiſtat negotij huius ſcopus; nempe hæreticorum exterminium, ac fidei catholicæ augmentum. Secundo quomodo fideles Cruceſignandi ſint, videlicet votum, non qualitercunq́ʒ, ſed in Inquiſitorum aut Vicariorum manibus emittendo. Tertio quot priuilegia & gratias ob eam cauſam conſequantur. Quarto obſeruandum eſt, quod nihil ex his percipiunt, niſi Inquiſitorum conceſſio accedat. Nam Summi Pontifices horum omnium diſpenſatores, Inquiſitores ipſos adeo conſtituerunt, vt abſq́ʒ illis Cruceſignati nullum prorſus priuilegium obtinere valeant, vt ipſa priuilegiorum ſeries aperte teſtatur. Quinto obſerua quod Inquiſitores non poſſunt nec debent hæc pretioſa munera illis conferre, niſi emiſſum votum efficaciter proſequantur, vt ex Innoc. 4. verbis aperte conuincitur. Quod etiam iuri & æquitati admodum conſonum eſt. Militi quippe præliari nolenti, ſtipendium non debetur. Quare ſi Cruceſignati ipſi promiſſa adimplere reſpuunt, non modo ad horum priuilegiorum participationem admittēdi non ſunt, ſed etiam veluti voti Deo Opt. Max. facti violatores, grauiter puniri, & ad illud obſeruandum modis omnibus compelli poſſunt, vt etiam ſupra admonuimus, pag. 51. Hæc & ſimilia Cruceſignatis prædicanda ſunt, ne ignorantiā aliquam prætendere queant. In plurimos etenim abuſus ignoranter corruunt, vt ego plerunq́ʒ cognoui, & præſertim in quadam Inquiſitionis meæ Vrbe, vbi ingentem Cruceſignatorum numerum inueni, qui non per oſtium in hac militia ingreſſi erant, nec ab Inquiſitore, nec à Vicario aliquo, crucem acceperant, ſed ipſimet laici eiusdem aſſertæ confraternitatis miniſtri, quos officiales, aut maſſarios vocant, alios in Cruceſignatorum libro venientes, ſcribebant, & Inquiſitionis locum iniuſte occupabant. Quod ego ſuſtinere nō valens, iuxta

Antiquorū priuilegiorum confirmatio.

Cruceſignatorum ſcopus.

Cruceſignandi modus.

Cruceſignati ab Inquiſitoribus priuilegia accipiunt.

Cruceſignatorum abuſus.

iuxta veterem Inquiſitorũ ſtylum, concionem de cruce in cathedrali habui, conſuetam indulgentiã auditoribus concedendo, & de illorum publico errore, publice illos admonui, quidq; deinde facere deberent, diſerte explicaui. Qui veritate deniq; poſt multas contentiones, etiam aduocatis adductis ſuper his habitas, agnita, ſuccubuerunt. Volebant enim me etiam inuito, vt examinibus aliqui ex his aſſiſterent, ac ſi de iure id ſibi competeret. Ego vero Inquiſitorem Cruceſignatorum caput & ducem eſſe declaraui; noluiq; vt ipſi Inquiſitioni praeſſent, ſed vt iuxta æquitatem ſubeſſent. Hæc non alia ratione hic enarraui, niſi vt inquiſitores ad officij ſui libertatem ac iuriſdictionem tuendam, in his præſertim, quæ ad Cruceſignatos attinent, excitarem. Indigent quippe fideles laici doctrina & adhortatione: & varijs modis ad bonum alliciendi ſunt. De his Cruceſignatorum indulgentijs vide Lucer. in ver. Indulgentia. per totum. & Direct. par. 3. q. 127. & ſeq. vſq; in fine. & Gondiſ. q. 24. nu. 1. De indulgentia vero plenaria quam ipſi Inquiſitores habent in vita & in morte, vide Direct. par. 3. q. vlt. & nota quod hæc omnia per ſubſequentes etiam Sum. Pont. comprobata fuerunt, vt nos aliquando in pagella quadam Ferrariæ & Mutinæ impreſſa, pro ſanctæ Crucis, & fidei catholicæ exaltatione, collegimus. Ibi enim Cruceſignandi originem, & Cruceſignatorum inſtitutum, progreſſum, priuilegia, indulgẽtias, & obligationes breuiter & ſummarie explicauimus.

Cruceſignati examini hæreticorũ intereſſe non poſſunt.

d Et preter poteſtatem. *Adde & obſerua, quod quædam Inquiſitoribus commiſſa ſunt, ad quæ ex præcepti obligatione tenentur, vt officij ſuſceptio, & eius executio. Quod verum eſſe intelligitur quo ad officij, & executionis ſubſtantiam, non autem quo ad modum, cum exequendi modus non cadat ſub præcepto, ſed Inquiſitorum diſcretioni relinquatur, vt ex placito Prælatorum in Concilio Tholoſano congregatorum ſuper Officij negotijs habito patet. §. & quidem diſcretioni veſtræ. Quo ad præceptum, id habetur ex litteris Clem. 4. de iniunctione officij quæ incip. Licet ex omnibus. Quod autem de modo exequendi dictum eſt, diſcrete & ſanè intellige, cum circa excommunicationes, abſolutiones, & condemnationes modus etiam in præcepto contineatur. Nam quempiam excommunicare vel abſoluere, non niſi iuxta ſacrorum canonum formam licet, nec aliquem condemnare debemus, qui legitime conuictus non modo ſecundum communes, ſed & iuxta priuatas huius officij leges, non exiſtat. De huius officij præſtantia, habemus in quodam tractatu manuſcripto multa pulchra, de quibus aliàs.*

An Inquiſitor poſſit damnatum de hæreſi reſtituere. Cap. XXXVIII.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitor, vere hæreticos damnatos in integrum reſtituere, & habilitare non poteſt.*
2 *Nec delegatus, nec ordinarius id efficere valet.*
3 *Solus Papa, vel Cardinalium Senatus hoc poteſt.*

Franciſcus Pegña li. 1. adnot. in Dire. Schol. 3. §. præterea illud.

Quæſtio.

Solutio.

Inquiſitor non poteſt dãnatos de hæreſi ad ea quæ amiſerunt in integrum reſtituere, et quare.

SVPRA in capitulo de pœnis hæreticorum
fuit dictum, quod hæretici fiunt infames, &
inteſtabiles actiue, & paſſiue; & inhabiles ad
honores, & ciuiles actus. Sed de illo quæſtio
queritur, † An Inquiſitor poſſit ſua authoritate 1
qua fungitur, tales vere hæreticos, & de hæreſi
damnatos reſtituere [a] in integrum ad honores, & famã, & ſimi a
lia. Et dicas expreſſe quod non: quia † Inquiſitor eſt iudex dele 2
gatus. per c. per hoc. lib. 6. & ſibi eſt commiſſum, vt inquirat:
& culpabiles puniat: & innocentes abſoluat, vt ſupra ſæpius eſt
oſtenſum: nec ipſe poterit excedere fines mãdati, vt ext. de offi
cio deleg. c. P. & G. de reſcrip. cum dilecta. ad quod ff. mandati
vel contra. l. diligenter. cum ſimilibus. Præterea, etiam ordinarius iudex hoc non poſſet: quia poſtquam damnauit hæreticũ,
functus eſt officio ſuo: vnde non intromittit ſe amplius, vt ff.
de re iudi. l. iudex. ext. de officio del. c. in litteris. Item & alia ra
tione non poſſet: quia † reſtituere in integrum ad teſtamenti 3
factionem; pertinet ad ſolum principem, vt C. de inoffic. teſtamento. l. ſi quando. ff. de bonis quæ liber. l. etiã. §. 1. de iniuſto, rupto, & irrito teſtamento. l. ſi quis filio exhæredato. §. penult. ſic & ad famam poteſt reſtituere ſolus princeps, vel Senatus, vt ff. de poſtul. l. 1. §. de qua. & not. Inſti. quibus modis ius pat. pot. ſoluitur. §. 1. in glo. al. principis. ad quod C. de ſen. paſ. l. 1. & per totum. Sic & in Papa erit dicendum, vt ipſe ſolus, vel cœtus Cardinalium, & nõ alter poſſit in integrum reſtitutionem iſtam concedere, vt ext. de ſent. & re iudi. c. cum te. & ibi plene not. per Innoc. & Bernardum.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Reſtituere. *Adde Paul. Ghir. in tract. de relaxatione carce. in tit. de beneficio & indulgentia principis. q. 1. & 2. vbi rem in terminis attingit. & in tract. de hæret. q. 6. nu. 2. & vide in vol. tractatuũ criminal. in tract. de crim. læſæ maieſt. ab incerto Authore edito, in 12. quæſtiones diſtincto. q. 3. nu. 4. & q. 4. nu. 4. & 7. Adde etiam Boſ. in tit. de remedijs ex ſola clemẽtia principis. Boer. in deciſ. 52. Pari. de Put. in tract. de ſynd. in ver. eſt tamen. nu. 3. & ſeq. & Roma. in ſingul. 212.*

De domo, in qua hęretici fecerunt conſolationem. Cap. XXXIX.

Hoc de Catharis hæreticis, ſeu recentioribus Manichæis accipiendum eſt quid autem ſit conſolatio, ſeu cõſolamẽtũ, ſeu manus ĩpoſitio apud ipſos, copioſe tradit Frãciſcus Pegña li. 2. adno. ĩ Direct. Schol. 29. §. manus impoſitio. qđ eſt neceſſarium intelligere ad multa iuris canonici loca percipiẽda in quibus de hoc fit mentio. De materia huius c. repertoriũ inquiſitor. verbo, Domus. Siman. cath. inſtit. ti. 46. nu. 88. & ſeq. & Pegña lib. 3. adnot. in Direc. Schol. 70. §. ſolẽt quãdoq;. & ſeq.

SVMMARIVM.

1 *Domus hæretici damnati, non deſtruenda, ſed confiſcanda eſt, ſecundum quorundam opinionem.*
2 *Domus in qua hæretici adinuicem conſolationem fecerunt, domino ignorante, illæſa manet.*
3 *Si dominus id ſciuit, aut ſcire debuit, confiſcatur domus, & ad arbitrium Inquiſitoris deſtrui poteſt.*
4 *Immo ſemper deſtruenda eſt abſq; ſpe readificationis, & locus ille putredini & ſordibus perpetuo deputari debet, niſi dominus eiuſdem domus innocens inueniatur.*
5 *Lapides, ligna, & alia quæ ad deſtructam domum attinent, ad fiſcum veniunt.*
6 *Per multas conſtitutiones id probatur.*
7 *Ceteræ domus, in quibus talia commiſſa non ſunt, cõfiſcari debẽt.*

1 FVIT aliquando dubitatum, quid † fieri debeat de domo, in qua hæretici fuerunt adorati, vel receptati, vel manus aliis impoſuerunt; vel in qua adinuicem fecerunt conſolationem: quæ verius deſolatio eſt dicenda, vt ext. eod. c. filii. lib. 6. an debeat confiſcari, vel deſtrui. Et circa hoc dixerunt quidam diſtinguendo. Aut is, cuius erat domus illa, damnatur de hæreſi: & tunc omnia ſua bona veniunt confiſcanda: & per conſequens eius domus, vt ſupra dictum fuit
2 de confiſcatione bonorum. Si vero ipſe † dominus domus nõ damnatur de hæreſi, puta, quia in domo aliena hæretici talia commiſerunt, Cap. 25.

commiſerunt: tunc aut ipſe dominus domus ſciuit in domo
ſua talia committi; aut ignorauit. Si ignorauit; domus rema-
net ſibi illæſa. Si † vero ſciuit, vel ſcire debuit; tunc ipſa domus 3
confiſcatur: & confiſcata remanet arbitrio Inquiſitoris, vel
Epiſcopi deſtruenda. Ita dicunt ipſi poſſe probari per caſum,
& per argumentum: quod idem dicitur in minori crimine, ſci
licet falſę monetæ: vnde multo fortius in iſto, vt C. de falſa mo
neta. l. 1. §. domus. & in alio C. de his, qui latrones vel al. crimi-
nibus re. occultant. l. fi. iuncta cum c. vergentis. ext. eod. tit. &
ext. eod. cum ſecundum leges. lib. 6. Tu autem † clarius potes 4

Domus illa ſine ſpe readificationis deſtruenda eſt, in qua hæreticus Commoratur, Prædicat, Manũ imponit, Adorat, Cõſolationem facit, Euaſit, ne caperetur.

hoc dicere: & per alia iura probare. Videlicet, quod domus, in
qua inuentus fuerit hæreticus commorari; & in qua inuentus
fuerit prædicare; vel in qua manũ impoſuerit; vel adorauerit;
vel fecerit conſolationẽ, vel etiã in qua euaſerit, ne caperetur,
eſt penitus deſtruenda [a], ſine ſpe aliqua reædificationis; etiam ſi a
eſſet alta turris: ſiue ipſa domus fuerit alicuius talia cõmitten-
tis; ſiue fuerit cuiuſcunque alterius ſcientis in ea talia cõmitti,
& patiẽtis. Vt ſic locus ille, in quo fuit receptaculũ, & latibulũ
hęreticorum; ad perpetuam receptionem putredinis, & ſordiũ
deputetur. Secus ſi fuiſſet alicuius innocentis, & ignorantis:

Materia deſtructæ domus venit ad fiſcum. Cap. 26.

quia tali ſua domus illæſa maneret. Et eo caſu quo † domus ip 5
ſa deſtruitur, rudera, lapides, & cæmenta veniunt ad fiſcum: &
diuiduntur ſicut alia bona, quæ propter crimen huiuſmodi
cõfiſcãtur, vt fuit dictũ ſupra in c. quis dicatur fiſcus. Ita † pro- 6
batur aperte in quadam extrauaganti conſtitutione Federici
Imperatoris; quę incipit: Patarenorum. §. addicimus. & in qua-
dam alia conſtitutione extrauaganti Innoc. 4. quæ incipit: Sta-

Ad extirpanda. Has nũc habes apud Directorium.

Conſtitutiones contra hæreticos licet nõ ſint in corpore iuris, ſeruari tamen debent. Cap. 25.

tuimus. §. & domus illa. & §. domus autem. quæ fuit poſtea ap-
probata per Clementem 4. in alia conſtitutione, quæ incipit:
Cum in cõſtitutionibus. Et iſtæ conſtitutiones licet nõ habeã-
tur in compilatione librorum; tamen ſunt ſeruandæ, vt ext.
eod. c. vt Inquiſitionis. in prin. & c. fi. in fin. lib. 6. Et ita ſeruat
generalis conſuetudo officii Inquiſitionis. Cæteræ vero † do- 7
mus, in quibus talia non ſunt commiſſa; non deſtruuntur: ſed
in confiſcatione bonorum veniunt, prout patet in dictis iuri-
bus: & dictum fuit ſupra in tit. de confiſcatione bonorum.
An autem ſuper ipſo territorio poſſit poſtea ædificari; ſtatim
infra dicetur.

ADDITIO.

ADDITIO.

a Eſt penitus deſtruenda. *Nota quod adeo crimen hoc graue eſt, vt in eius deteſtationem, non modo filij pœnis afficiantur vt ſup. c. 28. dictum eſt; ſed etiam res prorſus inanimatæ puniantur, vt hic de domo dicitur, & de Synagoga Iudæorum deſtruenda, dictum eſt ſupra pag. 228. ſimile habetur in c. quicunq;. de hæret. in 6. in princ. vbi damnatur locus in quo hæretici corpus ſepultum fuit. Et quamuis id extumulatum poſtea fuerit, nihilominus adhuc præcipitur vt locus ille perpetua careat ſepultura, quod ibi gloſ. obſeruat in ver. locus. & Gōdiſ. in q. 22. nu. 8. Simile quoq; eſt quod Dominus mādauit Deut. 12. de Gentium locis & aris euertendis, ſtatuis confringēdis, & lucis igne comburendis. & Ioſue 7. ſubſtantia furis ſimul cum fure cōburitur. & ſimile eſt quod de veſtimētis leproſi habemus Leuit. 13. et alibi de conſimilibus ſæpe. Hæc omnia in odium, & deteſtationem criminis inſtituta conſpicimus. Vide de his etiam in c. ſeq. nu. 6. vbi terrenum punitur.* Etiam inanimata in odium criminis puniūtur.

De pręſcriptione bonorum hęreticorum: & de territorio domus deſtructę. Cap. XXXX.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes eius, qui poſt mortem hæreticus agnitus eſt, quomodo ſpacio 40. annorum præſcribunt.*
2 *Si defunctus iſte tempore mortis non reputabatur catholicus, id nequaquam admittitur.*
3 *An centenaria præſcriptio quandoq; locum habeat.*
4 *Quando contractus à defuncto vitiatus, ſucceſſorē concomitetur.*
5 *An in terreno domus deſtructæ, poſſit catholicus ad quem aliquo titulo deuenit, iterum ædificare.*
6 *Rem etiam inanimatam, vitium afficit.*
7 *Poſſeſſor bonæ fidei quo ad reædificationem dici non poteſt, qui in ſic damnato terreno ſucceſſit.*

SVper præſcriptione bonorum illius, qui reperitur hęreticus deceſſiſſe; videtur diſtinctio adhibenda. Videlicet, quod aut † illle de cuius bonis 1 quæritur, reputabatur catholicus tempore ſuę mortis; aut non reputabatur catholicus: puta, quia forte damnatus deceſſit: vel ſaltem diffamatus, & ſuſpectus de hæreſi. Primo caſu, quando defunctus reputabatur catholicus, De materia huius c. Antonius Gomez tom. 3. varia. reſolutio. c. 14. nu. 5. Ioannes Rojas ſing. 50. et copioſe Pegña.

lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 105. §. his ita poſitis. & ſeq. tholicus; ſucceſſores ipſius vniuerſales, & ſingulares iuris, & rei præſcribunt vniuerſa bona defuncti ſpatio quadraginta annorum: ſi modo hæc in eis concurrant. Primum, quod ipſi ſucceſſores ſint catholici. Secundum, quod habuerint iuſtum titulum. Tertium, quod habuerint bonã fidẽ. Quartũ, quod habuerint diutinã poſſeſſionẽ abſq; aliqua interruptione per totum dictũ tempus 40. annorũ. Et ita debet intelligi quod hæc exigantur in c. 2. in fi. ext. de præſcript. lib. 6. & ibi in textu probatur, quod illa duo exigũtur: videlicet, quod defunctus, qui detegitur modo hæreticus, tempore mortis reputabatur catholicus: & quod ipſe ſucceſſor qui poſſidet, ſit etiam catholicus. Et poteſt hoc ſecundũ adiuuari aliquo iure: quia ſi eſſet infidelis, vel hæreticus, non poſſet poſſidere de iure, vt 23. q. 7. per totũ. 8. di. quo iure. & ſine poſſeſſione pręſcriptio nõ procedit, vt ff. de vſuc. l. ſine poſſeſſione. & ext. de regulis iur. c. ſine poſſeſſione. lib. 6. *Secundum.* Item exigitur ſecundũ; videlicet, iuſtus titulus, vt puta, quod hic ſucceſſerit illi: vel quod rem emerit, vel ſimilia. Nam nullo titulo præcedente, præſcriptio nõ vendicat ſibi locum, vt C. de acquir. poſs. l. diutina. de rei ven. l. nullo. & ff. de vſuc. l. Celſus. cũ ſua materia. An autẽ, & quãdo titulus debeat probari; vide ext. de præſcript. c. ſi diligenti. ext. de præſcript. c. 1. lib. 6. *Tertium.* Item exigitur tertiũ, videlicet bona fides: nam ſine ea præſcriptio non procedit, vt ext. de regulis iuris. c. poſſeſſor. lib. 6. *Quartum.* Exigitur & quartũ, vt poſſeſſio diutina, & continuata, abſque interruptione naturali, vel ciuili, vt ff. de vſuc. l. naturaliter. C. de pręſcript. triginta annorũ. l. cõperit. & l. cũ notiſſimi. §. ſed & ſi quis debitorum. & ibi no. ad quod ext. de præſcript. c. illud. & c. ad aures. His igitur concurrentibus procedit quadragennalis præſcriptio in bonis illius defuncti; cuius memoria nunc damnatur de hæreſi: quamuis aliàs bona ſequi ſoleãt conditionem perſonæ damnatæ, vt C. de bonis damna. aut. bona.

2 *Quid de eo, qui non reputabatur fidelis.* In † ſecundo vero caſu quando defunctus, de cuius bonis agitur modo; & qui modo detegitur hæreticus deceſſiſſe, non reputabatur catholicus tempore ſuæ mortis: dic, quod & ſi cętera præmiſſa concurrerent; tamen quadragennalis præſcriptio non habebit locum: quia illa præſcriptio demum permittitur, vbi defunctus reputabatur catholicus: aliàs inhibetur iuxta illud: quod de vno permittitur, de cæteris prohibetur, vt ff. de iudic. cũ prætor. ext. de præſumpt. c. nonne. cum ſi. *Quadragenalis præſcriptio nõ procedit hoc caſu, etiam ſi alia concurrãt.*

3 Sed † dato quod

to quod quadragennalis præſcripio non vendicet ſibi locum hoc ſecundo caſu;an ſaltem centennaria locum habebit?Et videtur quod nõ:quia à tempore cõmiſſi criminis bona fuerunt delata in fiſcũ,& res fiſci ſunt inprę̃ſcriptibiles,vt inſtit.de vſucap. §.res fiſci.Sed tamen ego credo quod ſic, quia verum eſt quod bona iſtius hæretici fuerũt delata in fiſcũ,& à tẽpore cõmiſſi criminis:ſed publicari debẽt ratione eccleſiæ, prout dicitur ſupra de cõfiſcatione bonorũ.Et cõtra Romanam Eccleſiã habet locũ cẽtẽnaria præſcriptio,vt C.de ſacroſan.ec.aut.quas actiones.quæ eſt canonizata.16.q.3.c.placuit.§.quas actiones.& habetur aperte ext.de prę̃ſcriptionibus.c.2.in prin.lib.6.Et licet Eccleſia nunquã poſſederit illa bona;tamẽ ſufficit ad prę̃ſcribendũ cõtra eam;quod bona fuerũt ſibi delata,vt ff.de iure fiſci.l.1.§.præſcriptio.& extra de hæreticis.c.2.in princ.lib.6. Sed illud intellige eſſe verum, ſi modo ipſe poſſeſſor eſſet catholicus:prout ſupra dictum eſt in alio mẽbro.Et ſi etiã habuerit titulũ,ſine quo præſcriptio non procedit, vt ſupra proxime dictum fuit;& etiam ſi habuerit bonã fidem,vt dicto c. poſſeſ-

Cẽtenaria præſcriptio vendicat bona hæredibus hoc caſu, ſi.ſint catholici iuſti tituli, bonæ fidei.

Cap. 25.

4 ſor.Circa quam † bonam, vel malam fidem, & quando vitiatus contractus à defuncto concomitetur ſucceſſorem,vel non; poteſt dici vt not.C.de acqui.poſ.l.vitia.cum ſua materia.Nec eſt mirum:quia ea exiguntur in hac,quæ exiguntur in præſcriptione quadragẽnali.Nam iſta centennaria ſubrogata in locũ alterius præſcriptionis, aſſumit ſibi naturam illius, vt ff. de nox.l.ſi ex duobus.in prin.ſi quis cautionibus.l.ſi eum.§.fi.C. de rei vx.actione.l.1.§.maneat.& ff.ſi quis teſtamẽto liber eſſe iuſſus. §. hæc actio. Nec tamen in illa centennaria exigitur, quod ille reputabatur catholicus:quia tunc præmiſſis concurrentibus ſufficeret quadragennalis,vt ſupra.Hoc ergo deficiente,exigerentur centum anni: ſicut in aliis rebus ratione eccle-

5 ſiæ per iura prædicta.Sed pone † quod domus aliqua fuit deſtructa funditus propter labem hæreſis:& damnatum fuit terrenum,vt perpetuo vacuum remaneret ad receptaculum ſordium;vt dictum fuit ſupra in tit.de domo,in qua hæretici fecerunt conſolationem.Modo quidam catholicus acquiſiuit aliquo titulo hoc terrenum:& poſſedit quadraginta annis,quando fuerat alicuius qui deceſſerat catholicus: vel centum annis, quando fuerat alicuius non catholici : nunquid iſte poſſeſſor dicetur præſcripſiſſe hoc terrenum,vt poſſit in eo ædificare de

An deſtructa domus poſſit reædificari a poſſeſſore 40. vel 100.annorum. Cap.prox.

Quidam dicũt quod ſic. Author. Quod non: quia ſemper tranſit cum onere impoſito; & vitio impediente præſcriptionẽ realẽ & perpetuo eſt prohibitum reædificari; ideo nec poſſeſſor bonæ fidei, vt infra.

nouo? Dicunt quidam qu d ſic, ſpatio quadraginta annorum: eo caſu quo defunctus catholicus deceſſiſſet. per dictum c. 2. de præſcript. lib. 6. Sed ego dicerem, † quod neutro caſu, nec 6
aliquo tempore præſcribatur quantum ad ius reædificandi: Quia ex quo fuit damnatum, vt perpetuo vacuum remaneret; res affecta fuit vitio impediente præſcriptionem: & effecta impræſcriptibilis. Nam iſtud onus, ſeu vitiũ eſt reale: & afficit ipſam rem. Et hoc reale vitium impedit præſcriptionem: quia concomitatur rem, ad quemcunque perueniat: cum ſemper tranſeat cum ſuo onere: & per mutationem perſonæ, vel lapſum temporis non purgatur, vt Inſtit. de vſuc. §. furtiue. & §. ſed aliquando. & dicta l. vitia. & quod ibi not. accedat ff. de cõtrahen. empt. l. alienatio. de ſeruis export. l. Titius. C. ſi mancipium ita vene. ne proſtituatur. per totum. Ex quo enim lex prohibet alienationem, vel ædificationem; ſemper, & omnino prohibet, vt ff. de vſuc. vbi lex. ad quod ff. de fideiuſſ. l. cum lex. & ff. de poſtul. l. quos prohibet. Plus poteſt dici, quia † ex quo 7
terrenum eſt perpetuo prohibitum reædificari; ſuccedens in eo non poteſt dici bonæ fidei poſſeſſor, quantum ad ius reędificandi; cum moueatur cõtra interdictum legum, vel canonum; & per hoc non præſcribit, vt C. de agricolis, & cẽſitis. l. quemadmodum. lib. 11. ad quod ext. de regulis iuris c. poſſeſſor. lib. 6. & quod ibi no. De iure ergo debet in deteſtationem criminis vacuum remanere perpetuo. Sed ipſi Inquiſitores aſſerunt ſe habere poteſtatem ex Apoſtolicis priuilegiis, & conſultationibus concedendi catholicis hæredibus licentiam claudendi cum ſepibus, & cum muris dicta terrena: & faciendi in eis ſcalas, & porticus & domos. Et hanc poteſtatem exercent de facto: & hanc licentiam de conſuetudine pluribus ſic concedũt.

Cõſuetudo Inquiſitorum de ædificãdo in terreno damnato.

ADDITIO.

Adde *iam dicta ſupra in cap. 24. & in cap. 39. præced.*

De formis ſententiarum propter crimen hęreſis proferendarum. Cap. XXXXI.

SVMMARIVM.

1 *Forma ſententiæ, qua viuens hæreticus condemnatur.*

2 *Quibus*

2 *Quibus iuribus dicta ſententia fulciatur.*
3 *Sententia, quomodo contra hæreticum defunctum, ſit formanda.*
4 *Iuribus hæc formula comprobatur.*
5 *Forma ſententiæ ferendæ ſuper deſtructione domus.*
6 *Ex quibus hæc forma probetur.*
7 *Sententiæ quandoq; nec ſunt condemnatoriæ, nec abſolutoriæ.*
8 *Forma ſententiæ qua ſuſpecto, ſeu redeunti pœnitentialis pœna imponitur.*
9 *Quid ſi rediens relapſus fuerit.*
10 *Abſolutoriæ ſententiæ forma.*

IN ſuperioribus ea, quæ pertinent ad theoricam ſunt tractata: nunc aliqua de his quæ ad practicam pertinent, inſeruntur: videlicet quędam formæ ſententiarum, quæ circa crimen huiuſmodi proferuntur. Circa quod eſt ſciendum, quod quantum ad hoc crimen, tria ſunt principaliter genera ſententiarum. Quædam enim ſententiæ ſunt condemnatoriæ, quædam purgatoriæ, & quædam abſolutoriæ. Circa ſententias cõdemnatorias ſubiiciam tres formas; per quas (paucis competenter mutatis ſecundum varietatem occurrentium) comprehendi poterit modus, & forma alias ſententias variandi legitime & formandi. Prima igitur forma erit, quando hæreticus viuẽs damnatur. Secunda, quando ſententia fertur poſt mortem hæretici. Tertia, quando dãnatur domus, vt funditus deſtrua-
1 tur. Vbi ergo † viuens damnatur de hæreſi; quod quando fieri debeat, dictum eſt ſupra, in cap. de hæreticis credentibus & redeuntibus, &c. & in c. de pœnis hæreticorum, &c. ſententia ſic poterit formari.

De materia huius c. late Direct. 3. par. in modis. 13. processum terminandi. Simã cas catho. inſt. tit. 60. Conradus Brunus lib. 4. de hære. c. 10. & Pegña lib. 3. adnot. in Direct. Schol. 56. 69. & 70. vbi pleniſſime de ordine & forma proferendæ ſententiæ in hoc crimine. adde repertor. Inquiſitor. verbo, ſententia.
Cap. 16.
Cap. 18.

Forma ſententiæ condemnatoriæ, contra viuentem pronunciandæ.

NOS N. dei gratia Epiſcopus, &c. Vel. Nos Frater N. Ordinis Fratrum Prædicatorũ, Inquiſitor à Sede Apoſtolica deputatus ſuper hæretica prauitate in tali prouincia, &c. prout debitum noſtri officij exigit, proceſſimus contra N. per viam Inquiſitionis, fama publica præcedente, & clamoroſa inſinuatione referente. vel, ad denunciationem quorundam catholicorum, & fidedignorum, &c. Super eo quod dicebatur dictũ

N.male de fide ſentire: & forte hæreticum manifeſtum, vel credentem hæreticorum; & publice, & ſæpius dixiſſe verba hę retica: videlicet, Chriſtum non fuiſſe natum de virgine incorrupta: non fuiſſe paſſum: non fuiſſe incarnatum ex Spiritu ſancto; vel ſimilia. Seu in eo, quod dicebatur dictum N. publice prædicaſſe talia verba, quæ hæreſim ſapiunt manifeſtam: vel credidiſſe prædicantibus, ſiue docentibus tales errores. Quæ quidem omnia nobis conſtant per probationes legitimas eſſe vera. Vel, ſuper quibus omnibus voluimus à dicto N. & per eius confeſſionem exigere veritatem. Qui tandem coram nobis fuit ſponte confeſſus ſe prædicta dixiſſe: & ſe ea credere, & tenere: & à tanto tempore citra ipſa credidiſſe. Nos vero mandatis, ac veſtigijs Domini inhærentes; qui non vult mortem peccatoris, ſed vt conuertatur, & viuat: nixi fuimus eum corrigere, & reducere per doctrinam euangelicam; ac ſibi exponendo Chriſtianæ fidęi puritatem: lucide, & explicite declarantes, quæ circa prædicta Sacroſancta Romana Eccleſia tenet, & prædicat. Et quamuis eundem à fide catholica deuium, & penitus alienum, inuenerimus adeo duræ ceruicis, quod errorem ſuum noluerit confiteri, nec etiam deteſtari. Eidem tamen paterno compatientes affectu; ac ipſius ſalutem cordialiter affectantes, præfiximus ſibi certum terminum iam elapſum ad deliberandum, & etiam pœnitendum. Cum ergo ipſe, tanquã iniquitatis, & tenebrarum filius, veri luminis inimicus, in tantum obdurauerit cor ſuum, vt non intelligat vocem ſui paſtoris, nec valeat monitionibus allici, nec reduci rectis, & validis argumentis: immo in ſuo pertinax ſit errore. Idcirco nos Epiſcopus, vel Inquiſitor prefatus attẽtis, ac penſatis diligêter eius demeritis, & culpis per ipſius damnabilem pertinaciam aggrauatis, Nolentes quod per ipſius impunitatem, is qui eſt nequá fieret nequior, & alios inficeret ſua labe: adiunctis nobis ad hæc ſolertius exequenda talibus Prælatis, & viris religioſis; & communicato in his diligenter, & ſæpius conſilio ſapientis viri domini N. Vicarii domini Epiſcopi; & eius Epiſcopi, vel Vicarii conſenſu habito, & obtento; & aliorum etiam plurium Iuriſperitorum, & virorum religioſorum communicato conſilio; Chriſti nomine inuocato eundem N. de ſuo reatu deteſtabili ſponte confeſſum, vel plene conuictum; ac præſentialiter pertinacem, vel etiam in abiuratam hæreſim relapſum (ſi modo ſit

do ſit talis) & nolentem præſentialiter redire ad Eccleſiæ vnitatem, Sedentes pro tribunali in his ſcriptis per hanc noſtrã diffinitiuam ſententiam hæreticum iudicamus, & tanquam hæreticum condemnamus : Relinquentes eum ex nunc tanquam hæreticum damnatum, iudicio ſæcularis poteſtatis coercendum ſecundum legitimas ſanctiones : & tam ipſum velut hæreticum, quàm omnes alios qui ſcienter de cætero eum receperint, aut defenderint; ſeu ſibi auxilium, vel conſilium, vel fauorem præbuerint: tanquam defenſores, fautores, vel receptatores hęreticorum; authoritate qua fungimur, excommunicationis vinculo innodamus, & per hanc noſtram ſententiã declaramus eius bona omnia à dicto tempore commiſſi criminis, in noſtrum fiſcum fuiſſe delata, ac omnia, & ſingula Camerę Romanæ Eccleſię, & noſtri officii inquiſitionis confiſcamus: & ſolemniter publicamus.

2 Singula † quæ in hanc formam ponuntur, poſſent probari per multa iura. Sed ea vide ſupra in c. de hęreticis ſeu credentibus redeuntibus. & in c. de pœnis hæreticorum. Et ad id, quod dicitur de cõſilio, vide ſupra in c. de collationibus, & conſiliis peritorũ. Et ſecundum hanc formam inſpectis illis iuribus, poterit omnis condemnatoria ſententia variari : modo in perſonam viuentem veniat promulgãda. Eſt & ſecundũ genus † ſententię condemnatorię: quæ non contra viuentem, ſed contra mortuum eſt pronuncianda. & in illa hęc erit forma ſeruanda omiſſis prefationibus.

Cap. 16. *Cap.* 18. *Cap.* 15.

3

Forma ſententię condemnatorię contra mortuum.

QVIA nobis conſtat per probationes legitimas N. fuiſſe hæreticum tempore ſuę vitę; & infectum labe hęreſis deceſiſſe; eo quia talia verba hęretica dixit, & publice prędicauit; vel ſępius aſſeruit talem errorem ſe credere, & tenere; Idcirco pronunciamus, & per noſtram ſententiam declaramus eum fuiſſe, & deceſſiſſe hęreticum. Et ob hoc ſedentes pro tribunali, in his ſcriptis, & per hanc noſtram ſententiam damnamus memoriam ipſius. Et ſi eius oſſa poterunt diſcerni ab oſſibus fidelium; ea decernimus exhumanda; & extra cœmeterium extrahenda; ac in deteſtationem ſui criminis fore penitus concremanda. Declarantes inſuper eius bona fuiſſe

Damnare memoriam alicuius in crimine læſæ maieſtatis diuinæ & humanæ, non eſt,

(ut quidam putant) delere nomen, ſeu in obliuionem adducere ſed vituperare, & (vt ita dicã) infamare. Accurſius in §. interdum. inſti. de hæredit. quæ ab inteſt. deferũtur, et in §. publica autem. inſtit. de pub. iudi. vbi docet quid ſit damnare memoriam.

à tempore dicti criminis commiſſi, in fiſcum delata: & ob hoc omnia ea, & ſingula Cameræ Romanæ Eccleſiæ, & noſtri officij Inquiſitionis confiſcamus, & ſolemniter publicamus.

Hæc † forma no. in ſimili. inſtit. de hæredit. quæ ab inteſta. 4
deferuntur. §. per contrarium. Et ſingula, quæ in ea ponuntur, colligũtur ex iuribus allegatis ſupra in c. quomodo, & ad quid ſuper hoc crimine ſit procedendum contra defunctum. Eſt & tertium genus ſententiæ condemnatoriæ: videlicet † quæ fer- 5
tur ſuper deſtructione domorum: & in hac talis erit forma ſeruanda.

Forma ſententiæ ſuper deſtructione domus.

QVIA nobis conſtat per legitimas probationes, quod in tali domo præſente ipſo domino domus, fuerunt tales hæretici receptati: vel quod in ea fuerunt hæretici cõſolati: vel quod in ea tales hæretici ſuam damnatam, & deteſtabilem hæreſim prædicauerunt, vel docuerunt, ſeu dogmatizarunt, vel ſimilia: Idcirco, vt locus ille, in quo fuerat hæreticorum receptaculũ, vel latibulum; ſit receptationi ſordium, & putredinum in deteſtationem criminis perpetuo deputatus; pronunciamus, & authoritate qua fungimur, mandamus dictam domum funditus demoliri, ac deſtrui: nullatenus reficiendam poſtea in futurum: pronunciantes ipſius omnes lapides, rudera, & cęmenta in noſtrum debere fiſcum inferri. Hæc forma † colligitur, & 6
probatur ex iuribus, quæ allegantur ſupra in c. de domo in qua hæretici fecerunt conſolationem.

De ſentẽtia purgatoria.

De redeũtibus.

Dictum fuit ſupra in principio huius c. quod † quædam 7
ſententiæ feruntur in hoc crimine, in quibus accuſatus, vel inquiſitus non condemnatur, nec abſoluitur; ſed purgatur: quãuis hoc videatur quodammodo ſpeciale, cum regulariter ceteræ ſententiæ habeant continere condemnationem, vel abſolutionem, vt C. quomodo, & quando iudex. l. ſi præſes. & ff. de re iudic. l. 1. & facit C. de cuſtodia reorum. l. fin. Vnde circa iſtam formam ſententię eſt aliquantulum inſiſtendum. Sciendum eſt igitur, quod ſi confeſſus, vel conuictus non eſt pertinax in errore: immo redit ad Eccleſiæ vnitatem; & infra tempus gratiæ humiliter petit miſericordiam: tunc non debet dicere Epiſcopus in ſua ſententia: quia es hæreticus, vel credens

Sed verius eſt

credens erroris:ſed,pro eo quia ſic dixiſti,vel feciſti:& ideo tibi talem pœnitentiam impono, &c. Nam certe iſte qui modo redit;non eſt talis,vt 24.q.1. hęc eſt fides.24.q. vlt. dixit Apoſtolus.& ibi no. Si enim eſſet modo talis, videlicet hæreticus: Epiſcopus,vel Inquiſitor non poſſet pœnas hæreticorum à iure ſtatutas remittere,vel mutare, prout fuit plene dictum ſupra; an & quando Inquiſitor poſſit pœnas pecuniarias imponere. Nec etiam debet dicere: quia fuiſti hæreticus, ideo, &c. quia circa damnationem hęreticorum attenditur tempus ſententię: an tunc ſint hæretici,vel reuerſi, vt dictum fuit ſupra in c. de hæreticis ſeu credentibus. Non enim debet in eo deſpici quod iam fuit: cum nunc per ſententiam incipiat eſſe quod non fuit, vt 50. diſt. ferrum. & c. fidelior. Siue igitur ſit ſuſpectus de hęreſi;cum imponitur pœnitentialis pœna; ſiue ſit hęreticus,qui rediens recipitur ad miſericordiam, ſententia ſic formatur.

pronunciandū eſſe eos hæreticos fuiſſe. Siman. catho. inſti. tit. 60. nu. 5. Pegña lib. 3. adnot. in Directo. Schol. 62.

Cap. 19.

Cap. 16.

Forma ſententię ſuper ſuſpecto ſeu redeunte ab hęreſi.

8 CVM † nobis conſtet per tuam confeſſionem, vel legitimas probationes te talia verba hęretica dixiſſe: vel talibus erroribus credidiſſe:vel ſcienter tales hæreticos defendiſſe,vel etiā receptaſſe:& per hoc in excōmunicationis laqueum incidiſſe: nunc autem vſus conſilio ſaniori, ex puro corde petis miſericordiam:& ſpōte redis ad Eccleſię vnitatem: Idcirco in primis,abiurata per te omni hęreſi; & recepta prius à te, ſecundum ritum Eccleſię, competenti cautela de parendo mandatis Eccleſię;te abſoluimus ab omni excommunicationis vinculo,quo tenebaris aſtrictus.Et quia per prędicta, quę feciſti, dixiſti,& credidiſti; in Deum,& ſanctam matrem Eccleſiam deliquiſti;& inſuper quia per prædicta oſtendiſti te corruptum, & infidelem, vt correptum,& fidelem in poſterum te oſtendas: tibi, authoritate qua fungimur,talem pœnitentialem pœnam duximus iniungendam. Videlicet,vt in prædicatione publice in triuijs,& locis publicis ciuitatis, vel in tua parochia tuis vicinis aſtantibus tuum profitearis & deteſteris errorem. Vel vt portes per vnum annum crucem coloris crocei tantę longitudinis, aſſutam ad veſtem exteriorem. Vel,vt ſis in tali monaſterio per tantum tempus ad pœnitentiam peragēdam,

Abiuratio.

Cautio.

Facit extrauagans: vas electionis, quæ habetur in Directo. pag. 79.

vt per

vt per hoc appareat an ambules in tenebris, an in lucem. Vel, vt tanto tempore debeas ieiunare: vel, Apoſtolorũ limina viſitare. Vel, quod tantam pecuniã inferas, vel expendas in faciendo fieri vnam Eccleſiã, vel Hoſpitale in tali loco, vel ſecundum
Pecuniaria. noſtrum conſilium in alia opera pietatis. Vel, ſi velit pœnam pecuniariam inferre; dicet. Quia tantam ſummam in hæreticos contuliſti; vel in eorum alimoniam expẽdiſti; vel quia pro extorſione pecuniæ multipliciter exceſſiſti, vt puniaris in eo, in quo deliquiſti: tibi, authoritate qua fungimur, præcipimus, & mandamus: quatenus noſtri officii Inquiſitionis cameræ, hinc ad talem diem tantumdem, vel tantam ſummam inferas, & perſoluas. Si † vero iſte modo rediens, & cui indicenda eſt 9
pœna, foret relapſus; non eſt neceſſe quod de prædictis aliquid
Sententia contra relapſum. mutetur: niſi quod circa principium addatur: Et quia nobis conſtat te aliàs, tanquam ſuſpectum, hæreſim abiuraſſe: & nunc in damnatam, & abiuratam hæreſim recidiſſe: quod patet per tuam confeſſionem, vel per probationes legitimas. Poſtea continuo. vſque ibi: duximus iniungendam. Et demum adde: Te, authoritate qua fungimur, perpetuo carceri mancipamus. Vel, quod ſis perpetuo in tali Monaſterio ad perpetuam pœnitentiam peragendam, vt ibi commiſſa defleas: & in poſterum ſimilia non committas. Vel, ne vagando per orbem inficeres alias oues ſanas. Iura per quæ iſta probantur; allegantur ſupra in c. de hęreticis credentibus. & in
Cap. 16. *Cap. 20.* c. de pœnitentialibus pœnis. Et colligitur iſta forma ex notatis per D. Archid. ext. eod. c. vt commiſſi. ſuper verbo.
carcere. lib. 6. Sententia autem † abſolutoria leuius, & faci- 10
lius formari poterit per quemcunque. Tamen quia de ipſa habui mentionem; breuiter ſubiiciam eius formam: quæ quidem erit talis.

Forma ſententię abſolutorię.

NOS talis Epiſcopus, vel Inquiſitor, &c. ex noſtri officij debito, per viam Inquiſitionis proceſſimus contra N. ſuper eo, quod nobis fuerat delatus à quibuſdam. Vel, ſuper eo, de quo contra eum fama publica laborabat. Videlicet, quod ipſe publice, & ſępius talia verba hęretica aſſerebat. Vel, quod in tali articulo male de fide catholica ſentiebat: & ſimilia. Su-

per

per quibus omnibus, ac etiam ſuper ipſius conuerſatione, & vita, teſtes recipere voluimus: & tandem ad veritatem lucidius indagandam eundem N. diligenter examinauimus ſuper præmiſſis, & ceteris quæ ad cultum pertinent fidei orthodoxæ: ſibique dilationem ad ſui defenſionem ordinauimus competentem. Quia igitur nobis conſtat per probationes legitimas, ipſam famam contra dictum N. ortam fuiſſe ab ipſius capitaliter inimicis, vel ab hominibus maleuolis; qui non ex zelo fidei, ſed ex odij fomite proceſſerunt. Vel, quia nobis conſtat per probationes legitimas, teſtes omnes qui contra ipſum N. deponere ſatagerunt; tanquam eius inimicos, vel conſpiratores, non catholicę fidei zelatores, ex typo malitię ad prędicta deferenda, & deponenda nequiter proceſſiſſe: & conſtat nobis tam per aſſertiones ipſius N. bonis operibus approbatas, quàm per teſtes idoneos fide dignos, & omni exceptione maiores, ipſum N. fore, & fuiſſe virum vtique catholicum, & fidelem, boni teſtimonij, ac omni ſiniſtra ſuſpicione carentem, &c. Idcirco ipſum N. tanquam penitus innocentem, per noſtram diffinitiuam ſententiam in his ſcriptis abſoluimus à dicta Inquiſitione, & contentis in ea. Prout variabitur eius cauſa, propter quam mereatur abſolutionem ipſe inquiſitus; poterit variari forma ſententię abſolutorię, aliquibus ex prędicta forma additis, vel detractis. Multę forſan alię ſententię poterunt occurrere proferendę: ſed omnium formæ ſatis poſſunt elici ex præmiſſis. Vnde amplius non inſiſto.

Hic modus dicendi nõ eſt obſeruandus, quia nemo eſt innocens in ſententia abſolutoria pronuntiãdus. Direct. 3. par. in primo modo proceſſum fidei terminandi nu. 143. niſi in vno caſu quem tradit Pegña lib. 3. adnot. in Direct. Schol. 50. §. quod vero.

Tractatus de Hereticis Zanchini Vgolini finis.

ADDITIO.

a Adde Gondis. *in ſuo tract. de hæret. q. 15. & q. 20. nu. 8. & 9. & an requiratur citatio ante ſententiam, vide per Carer. in d. tract. nu. 128. Boſ. in tit. de citationibus. nu. 40. & Roman. in ſingul. 590. vbi nota de ſententia abſolutoria ab excommunicatione, in qua de neceſſitate non requiritur citatio. Et nota quæ de ſententia in concilio Prælatorum habemus, vbi ita legimus: Ad nullius vero condemnationem ſine lucidis & apertis probationibus vel confeſſione propria procedatis. Beatius eſt enim facinus impunitum relinquere quàm*

Citatio ante ſenten. an requiratur.

Probationum claritas.

quàm innocentem condemnare. Idem confirmat D. Guido, qui fuit Papa Clem. 4. in ſuo conſ. quoniam illis. circa finem, vbi ſic dicit; Et niſi teſtes plene & plane in omnibus concordauerint, melius eſt vobis purgationem indicere, vel ſententiam differre, quàm damnare: adeo quod non crederem tutum ad vocem duorum teſtium hominem bonæ opinionis damnare, licet videatur ius contradicere, quia vbi maior numerus non exigitur, duo ſufficiunt. Sed hoc dico quia duos vix duos iudico, eo quod vrgente neceſſitate, legitimæ defenſionis ordo truncatur.

An redeuntes pronūciãdi ſint hæretici.

In ferendis autem ſententijs vel potius iniungendis pœnis in eos vel eis qui redierint, non credo quod ſint pronunciandi hæretici vel credentes, quia non ſunt tales, vt probatur 24. q. vlt. c. dixit apoſtolus. in fin. Nec pronunciandum eſt fuiſſe, quia nec eſt modus pronunciandi in iure. Dicent ergo ſic. Quia te inuenimus per te vel tuam confeſſionem hæreticum fuiſſe, vel hæreticos adoraſſe, vel ſimilia perpetraſſe, nunc vero ſaniori vſus conſilio ad vnitatem Eccleſiæ, prout aſſeris, de corde bono, & fide non ficta vis redire; ideo in primis abiurata à te omni hæretica prauitate, ſecundum formam Eccleſiæ ab excommunicationis vinculis, quibus tenebaris aſtrictus, te abſoluimus: ſi tamen ad cor & ex corde redieris, & iniuncta tibi mandata ſeruaueris. Et quia in Deum & ſanctam Eccleſiam prædictis modis temere deliquiſti; ad peragendam condignam pœnitentiam, in perpetuum carcerem te detrudi volumus, & præcipimus ibidem perpetuo te morari, vel talem peregrinationem tibi iniungimus, & his ſimilia.

Nec miremini de illis conditionibus, ſi tamen, &c. cauſa enim tollendæ quæſtionis expedit eas poni, vt ſi forte non ſeruauerint, appareat eos non fuiſſe abſolutos, nec dicant aliqui quod veſtro officio functi ſitis, quamuis ſuper huiuſmodi reſponderim in 13. q. Vide de his etiam in addit. ad c. 10. pag. 74. ſuper ver. detruſus in carcerem, & in addit. ad c. 20. pag. 146. ſuper ver. item incarceratio. et pag. 147. ſuper ver. pœnas iniunctas non adimplet. Hoc idem habes à Gemin. in c. vt commiſſi. eod. tit. lib. 6. & à Gondiſ. in d. q. 20. nu. 9. qui dicit hanc eandem formam ab Archid. poſitam eſſe in c. vt commiſſi. §. necnon. Et vide Io. And. in nouella, qui aſſerit Inquiſitores noſtri têporis bene facere pronunciando illum hæreticum, nec aliquid in contrarium apparere, quidquid dicat Archid.

Hanc Ioannis And. ſententiã approbat nunc Sancta inquiſitionis conſuetudo.

De pœnitentiæ iniungendæ qualitate aut quantitate dicit idem D. Guido nihil definiendum eſſe, quia iudicantium arbitrio committitur. aliter tamen cum ſimplicibus agendum eſſe docet, aliter cum prudētibus. Et aliter cum clericis quàm cum laicis, aliter cum Prælatis quàm cum ſubditis, & omnes circunſtantiæ ſunt notandæ, de pœn. di. 5. Quia tamen multi ex ſimplicitate quadam in hoc crimen

incurrunt

incurrunt, credo, inquit Guido præfatus, multorum ſimplicitati eſſe parcendum, vt non excuſet à toto, ſed à tanto. diſt. 86. c. tanta. Pro his optime faciunt quæ diximus in addit. cap. 2. pag. 11. Credit etiam eos qui receperunt, vel fauorem impenderunt ſanguine coniunctis, mitius puniendos eſſe. ff. de recep. l. vlt. de quibus vide quæ ſupraſcripſimus in addit. ad cap. 4. pag. 20. & ſeq. & in addit. ad cap. 6. pag. 26. ſuper ver. conſanguineus. Reliqua vide in cap. 8. & in addit. pag. 40. in ver. torquere. & in verbo, diffinitiuam. & plures ſententiarũ formas vide apud Direct. par. 3. & per Tab. in ver. inquiſitor.

Circa ordinem vero, obſerua doctrinam Specul. lib. 2. partic. 3. tit. de ſententia. §. nunc videndum reſtat quando ſententia. Sylueſtr. in verſi. ſententia. §. 5. Tab. in verſ. ſententia. §. 1. Boer. in deciſ. 42. nu. 13. & in deciſ. 259. nume. 10. Supponit enim ſententia proceſſum completum & perfectum, ita vt poſtremum locum in ordine iudiciario obtineat. Vnde ſatis probata videtur Directorij practica, vbi primo ponitur abiuratio, deinde ſententia, quæ eſt pœnitentialis pœnæ impoſitio. Romæ vero, ea forte ratione quod abiuratio inter pœnas redeuntibus imponendas, connumeratur, vt ab Authore ſupra dictum fuit, prius pronunciatur ſententia, deinde pœnitens abiurat. Ego media via inceſſi, & quandoq́; ita practicaui. Facta per Fiſcalem inſtantia, & lectis culpis iuxta morem, iuſſi pronunciari decretum, quod cum talis iuridice deprehenſus fuerit in has modo lectas hæreſes incidiſſe, &c. & hæreticorum pœnas incurriſſe, veluti impœnitens & pertinax iudicandus erit, prout de facto illum iudicabimus, niſi eas, & alias omnes abiurare & deteſtari velit, hoc in loco, & hac die, & hora ſibi iam aſſignatis, &c. Quo publicato, reus clara voce dicit, ſe pœnitere, & paratum eſſe ad abiurandum hæc dogmata, hosq́; hæreticales errores, & alias omnes hæreſes, &c. & libenter velle ea omnia adimplere, quæ pro pœnitentia ſibi erunt imponenda. & tunc ſtatim admittatur ad abiurationem: & ea completa, abſoluatur, & demum ſententia publicetur. Reliqua vide in Syluestr. in verſi. hæreſis. 2. §. 9. apud Tabie. in ver. inquiſitor. & Lucer. in ver. ſententia. per totum. vbi multa, quæ valde vtilia ſunt, habentur. ideo hæc ita inſinuata ſufficiant. Nam cum ad alia mihi nuper iniuncta propediem me accingere oporteat, in hoc ſcribendi genere calamus paululum conquieſcet. Interim candidiſſime lector. me pollicita haudquaquam præſtaſſe, ne dixeris. Parumper obſecro ſuſtine, & promiſſa conſilia, vota, atque reſponſa PIO V. Pont. Opt. Max. annuente, mox exhibebo. Nunc autem hæc omnia, & quæcunq́; alia quouis modo hactenus à me dicta, vel in poſterum dicenda ac

An abiuratio ſententiæ præferri debeat.

F. Camilli Campeg. excuſatio.

Sedis Apoſt. iudicio F. Camil

etiam

lus omnia ſub-mittit. *etiam meipſum Sanctitatis ſuæ, eiusq́; ſanctæ Sedis cenſuræ, & correctioni humiliter ſubmitto. Romæ in Cœnobio Diuæ Sabinæ Prouinciæ vtriusq́; Lombardiæ, Anno Domini 1567. Die 17. Maij, in vigilia Pentecoſtes. Det nobis Dominus Spiritum ſanctum ſuum, vt pro catholicæ fidei dilatatione, & hæreſum extirpatione, in Chriſti Eccleſia diu & fructuoſe laborare valeamus. Amen.*

Perutilium additionum F. Camilli Campegii Ord. Præd. Inquiſitoris, ad Zanchini Vgolini Tractatum de Hæreticis, finis.

DE MODO CRVCESIGNANDI eiuſdem F. Camilli Camp. inſtructio.

QVONIAM Cruceſignatos Inquiſitoris eſſe miniſtros, iam ſupra cap. 9. pag. 51. & cap. 19. pag. 139. diximus: & de eorum priuilegijs ac modo ea conſequendi, necnon & de illorum voto & obligatione in cap. 37. pag. 234. & ſeq. ſatis abunde tractauimus; non incongruum fortaſſe erit Cruceſignandi, vouendi, benedicendi, & abſoluendi modum hic ſubiicere: ea prẹſertim ratione, quod libellum hunc Inquiſitoribus, & eorum Vicarijs familiariſſimum futurũ eſſe putemus. Quicunq; igitur fidei catholicẹ amore, Crucem aſſumere voluerit, ab Inquiſitore, vel ab eius Vicario de voti vinculo, & obligationis onere diligenter inſtruatur: illiq; prẹſertim declaretur, quod pro fide ſanctiſſima ad Inquiſitoris, vel eius Vicarii prẹceptũ non modo facultates externas effundere, ſed & vitam dare tenebitur; quodq; Crucem ſemel voto ſuſceptam abſq; Summi Pont. ſpeciali diſpenſatione deponere non poterit. Quod ſi ille ad hẹc omnia obſeruanda paratus inuenitur: Inquiſitor, vel eius Vicarius ad votum Crucis eum admittat. Et quoniam Cruces dandẹ prius benedicendẹ ſunt; ideo benedictionem ipſam antea conſtituamus.

Modus benedicendi Cruces.

Verſ. Adiutorium noſtrum in nomine Domini.
Reſp. Qui fecit cæl.

Verſ.

Verſ. Oſtende nobis Domine miſericordiam tuam.
Reſp. Et ſalut. tu. da nobis.
Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo.

Oremus.

OMnipotens ſempiterne Deus, qui Crucis ſignum pręcioſo filij tui ſanguine conſecraſti: per eandem Crucem & mortem ipſius filij tui Ieſu Chriſti mundum redimere voluiſti: ac per eiuſdem venerabilis Crucis virtutem hominum genus ab antiqui hoſtis tyrannide liberaſti: te ſuppliciter exoramus, vt digneris hanc Crucem, tua pietate bene ✠ dicere, & cęleſtem ei virtutem, & gratiam impartiri, vt quicunque eam ſuper ſe geſtauerit: cœleſtis gratię plenitudinem recipere, & Chriſtum contra omnes animę, & corporis inimicos protectorem habere mereatur. Qui tecum viuit & regnat per omnia ſęcula ſęculorum. Amen.

Cruce benedicta, ille qui ſignãdus eſt, ante Inquiſitorẽ, aut eius Vicariũ genua flectens, votũ reuerẽter emittat hoc modo.

Ego N. facio votum Deo, & beatę Marię, & beato Petro martyri accipiendi, & portandi Crucem ad honorẽ Ieſu Chriſti domini noſtri: fidei catholicę exaltationem: & ad hęreticorum, eorumq; fautorum exterminium, in tota diœceſi F. & promitto exponere ſubſtantiam meam temporalem, & vitam propriam pro fidei defenſione, cum opus fuerit; & fuero requiſitus: & ꝙ ero obediens Reuerẽdo patri Inquiſitori, & ſucceſſoribus: vel Vicariis ſuis in omnibus quę pertinent ad officium Inquiſitionis.

Quo facto, Inquiſitor, aut eius Vicarius det illi Crucem rubeam benedictam, dicendo:

Accipe ſignum Crucis Domini Noſtri Ieſu Chriſti. In nomine ✠ patris, & fi ✠ lij, & ſpi ✠ ritus ſancti in figuram, & memoriam Crucis, paſſionis, & mortis Ieſu Chriſti redemptoris noſtri, ad animę, & corporis tui ſalutem, & catholicę fidei defenſionẽ, vt diuinę bonitatis gratia, te ad cęleſtia regna perducat. Amen.

Oratio, ſuper aſſumentem Crucem, dicenda.

Verſ. Oſtende nobis domine miſericordiã tuam. Reſp. Et ſalutare tuum da nobis. Verſ. Dominus vobiſcum. Reſp. Et cum ſpiritu tuo. Verſ. Domine exaudi orationem meam. Reſp. Et clamor meus ad te veniat.

OREMVS.

OREMVS.

PRætende domine famulo tuo dexteram cęleſtis auxilii: quē pro gloria tui nominis ſigno ſacratiſſimę Crucis inſigniri, & propugnatorem ſanctæ fidei tuę contra perfidos hæreticos fieri voluiſti, vt te toto corde perquirat, fidem catholicam viriliter defendat, & quæ digne poſtulat, ſic aſſequatur, vt agone digne peracto, regni filij tui cohæres eſſe mereatur. Per eundem Chriſtum dominum noſtrum, &c.

Modus, & forma abſoluendi Cruceſignatos in mortis articulo.

Dominus Ieſus Chriſtus qui dixit diſcipulis ſuis: Quæcunque ligaueritis ſuper terram, erunt ligata & in cælo: & quęcunque ſolueritis ſuper terrā, erunt ſoluta & in cælo: de quorū numero quāuis indignū, me eſſe voluit: Ipſe te abſoluat per miniſteriū meum ab omnibus peccatis tuis quæcunq; cogitatione, locutione, atq; operatione qualitercunq; cōmiſiſti: & quantum meæ fragilitati permittitur: authoritate eiuſdem domini noſtri Ieſu Chriſti, & beatorū Apoſtolorū Petri, & Pauli, necnō domini Vrbani Papę 4. & ſecundū priuilegia, quæ Romani Pōtifices Inquiſitionis officio conceſſerunt: priuilegij teſtimonio Innocentii 4. Pontificis, cuius tenor talis eſt: Vt vobis, & huiuſmodi fidelibus, qui eiuſdem Crucis ob hoc votū aſſumpſerint, copioſe mercedis præmiū afferatur: illam indulgentiā, illudq; priuilegiū elargimur: quę tranſeuntibus in terræ ſanctæ ſubſidium, in generali concilio conceduntur. Prætextu huius indulgentiæ, & priuilegij, quod Clemens 4. & Clemens 7. ſiue alij quicunq; Romani Pontifices omnibus Cruceſignatis cōceſſerunt: quo perſeuerātibus vſq; ad vltimū vitæ in voto Crucis aſſumpto, & Inquiſitoribus pro fidei catholicę defenſione, auxilium ferentibus, in articulo mortis plenā omniū peccatorū indulgentiā, & remiſſionē elargitur. Ego te abſoluo ab omni ſententia excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti: & reſtituo te ſacramentis ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ: Eadem authoritate ego abſoluo te ab omnibus, & ſingulis peccatis tuis: de quibus corde contritus es, & ore confeſſus: & do tibi plenā remiſſionē peccatorum tuorum: quantum in conſpectu diuinę maieſtatis gratū exiſtit, vt ſis abſolutus ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti: habeasq; vitam æternā: & viuas in ſecula ſeculorum. Amen. In nomine ✠ patris & fi ✠ lii & ſpiritus ✠ ſancti, Amen.

FINIS.

IACO-

IACOBI SIMANCAE EPISCOPI PACENSIS,

ADNOTATIONES IN ZANCHINVM CVM ANIMADVERSIONIBVS IN CAMPEGIVM.

DIEBVS Superioribus prodijt in publicum liber Zanchini, De hæreticis, cum additamentis Camilli Campegij: opus quidem vtile ad puniendos hæreticos, & in quo, non vt Martialis de alio libro ſcripſit:

Sunt bona, ſunt quædam mediocria, ſunt mala plura.

Sed ſi forte ſunt mala quædam, & mediocria multa, ſunt bona plura.

In eo tamen libro, quædam mihi viſa ſunt animaduerſione digna, quæ adnotare conſtitui, ne quempiam decipere queant.

CAP. I.

ZAnchinus capite octauo recte docet, Inquiſitorē ſine Epiſcopo; & contra, Epiſcopum ſine Inquiſitore nō poſſe diffinitiuam ſententiam in cauſa hęreſis proferre. Sed Camillus addit: accipiendum id eſſe, vt condemnare alter ſolus non poſſit, ſed tamen abſoluere ſolus poſſit: adiicitq; multos iuris peritos reſpondiſſe, abiurationem fieri poſſe coram ſolo Inquiſitore: & ipſum ſolum ſine Epiſcopo abſoluere poſſe abiurantē, & ei pęnitentiam imponere. Sed quamuis ea opinio multorū fuerit, & argumentis probabilibus fulciri queat: mihi tamen contraria ſententia, quæ multis quoque placuit, verior ſemper viſa fuit. Nam legiſlatoris mens, verbis eius non repugnans, manifeſte vult, huiuſmodi cauſas Epiſcopi, & Inquiſitoris ſententia ſimul terminari: vt eiuſdem labis indago ſolemnius, diligentius, & cautius peragatur: quia magis integrum erit amborum iudicium, quàm vnius. quod ſi ſolus alter duro, ſiue arcto carceri reum tradere, & tormentis exponere ſine altero nequit; quanto minus alter ſolus abſoluere poterit? cui quod mi-

nus eſt denegatur, maiora conceſſa eſſe putabimus? per tormēta peruenitur ad condemnationem, vel abſolutionem: & qui torquere non valet, is abſoluendi poteſtatem habebit? adde quod ideo ſimul conuenire debent Epiſcopi, & Inquiſitores, vt collatis ſententijs ea quæ melior ſit, eligatur: quid autem ſi deterior ſit abſoluentis ſententia? quid ſi damnare velit Epiſcopus eum, quem inquiſitor abſoluit? quid ſi Epiſcopus ſolus abſoluere velit nocentem? nunquid hæreſis erit impunita? melius ergo, atque tutius erit, vt ambo ſimul innocentem abſoluant. Præterea, quod ſententia qua pænitens, aut vehementer ſuſpectus abiurare cogitur, & ea qua damnatur ad pęnitentiam agendam, condemnatoria eſt, non abſolutoria: ea igitur ab altero ſolo proferri nequit. clem. 1. §. primo. de hæreti.

CAP. II.

CAmillus Campegius, vir doctus, Theologus, & Inquiſitor apoſtolicus, quod quidem in Italia fieri aliter nequit, nam in Hiſpania iuris periti eo munere recte fungūtur, vt alibi oſtēdimus. Camillus, (inquam) ſecutus quorundam iuris peritorum opiniones, nonnunquā cum eis errat, non tam ſua, quàm illorum culpa, qui iuribus, aut rationibus niti debuerunt, non autem opinationibus falſis. ille quidem in caput Zanchini nonum ait: ſocio criminis fidem non eſſe habendam, niſi tortus fuerit. quæ opinio neque iure, neque ratione probatur: itaque ſatis erit ad eam confutandam, ſi dicatur, eius aſſertores ſine lege, ac ſine ratione loqui. adde quod plus credendum eſt ſpōtaneo teſti, quàm coacto: ſæpe enim cogit mentiri dolor, præſertim cum teſtis de certa perſona interrogatur, quod magis ſuggerentis, quàm interrogantis eſt: & qui torquetur, ea dicere cupit, quæ ſcit torquentem audire velle, & quibus dictis ceſſet cruciatus: vt luculentius in meis Catholicis inſtitutionibus dixi, ſub titulo de tormentis. denique torquendus non eſt particeps criminis, cum vera dicit ſine tormentis.

CAP. III.

NOn ſatis quidem perſpicio, quamobrem factum ſit, vt criminum tractatus (in quibus de vita, de fama, deque omnibus

nibus reorum bonis agitur) non à iureconſultis celeberrimis, ſed a iuris peritis quibuſdam editi ſint, qui non via, & ratione, ſed iniquis conſuetudinibus ducti alij alios ſecuti errare perniciosé ſolent. hi autem (vt iam ante dixi) poſt ſe Camillum traxerunt: qui eodem in loco paulo poſt inquit, non eſſe faciẽdam ante torturam indiciorum copiam reo, ſi ille fuerit malæ vitæ, & famæ. quod quidem contra iura diuina, & humana indigniſſime aſſeritur: cur enim defenſionis facultas deneganda eſt homini infamato, cum neque diabolo eſſe negandam, quidam iuris peritiſſimus non imperite dixerit. præſumetur (fateor) contra talem hominem potius, quàm aduerſus alium, qui bonæ exiſtimationis & vitæ ſit: ſed interim nulli eſt inferenda iniuria. l. defenſionis. C. de iure fiſci. lib. 10.

CAP. IIII.

Eſt & alius error, ibidem relatus ab eodem Camillo, dicentium, non eſſe dandam indiciorum copiam reo, non petenti. leges vero non ita loquuntur: ſed in primis vetant, ne quid contra inauditum hominem, ne quid indicta cauſa diffiniatur: ne quis damnetur ante quam locum defendendi accipiat ad abluenda crimina. damnari autem ad ſubeunda tormenta, quæ ſolent eſſe amariora morte, res eſt momenti maximi. Ad hæc, reus ipſe defenſionibus renunciare nequit, & ſi non defendatur, curare tamen iudex debet, ne indefenſus damnetur. c. 1. de cauſa poſſes. gl. in l. pactum inter hæredem. ver. cum liceat. ff. de pactis. l. ſi non defendantur. ff. de pœnis.

CAP. V.

Sed & ſi vera eſſet opinio illa, quæ vt mihi quidem videtur, crudelis eſt, & falſa: qualem eam eſſe putabimus, quam idem Camillus ſtatim memorat. ait enim non eſſe reo dandam indiciorum copiam, cum eam ſimpliciter petit; nec dicit, qualẽ defenſionem facere intendit, ſed tantùm probare velle illa indicia eſſe falſa; quomodo reus offerre poteſt ſpecialem defenſionem ad diluenda indicia, quorum copia ei denegatur? nunquid cogendus eſt diuinare? & quid amplius dicere poteſt, quàm ſe eſſe paratum ad probandam indiciorum falſitatem?

profecto eiuſmodi opiniones, quibus pernicioſe auferuntur defenſiones reorum, è tribunalibus omnibus explodendæ, atque eiiciendæ ſunt.

CAP. VI.

Ac ne in ſingulis confutandis morer, aceruatim alia referã. Scribit poſt alios Camillus alias exceptiones antecedentibus ſimiles: ſcilicet, non eſſe reo exhibendam indiciorum copiam, cum ex forma ſtatuti per inquiſitionem proceditur: & cum denũciat crimẽ ſyndicus, vel officialis, & cũ timetur de ſubornatione teſtiũ, vel de periculo eorum: & cũ proceditur ex mero officio: & cũ recepti ſunt teſtes ad curiæ informationẽ: poſtremo, cum reus contumax præſentiam ſui facit, quæ omnia tam euidenter ſunt iniqua, & falſa, vt ea retuliſſe confutaſſe ſit: quid enim cauſæ, in quo quam illorum afferri poteſt, cur auferatur defenſionis facultas cõtra diuina, & humana iura? quod ſi periculum immineat, nomina teſtium occultari poterunt: ſi vero crimen ſit notoriũ (nam & hunc caſum omiſſeram) non ad tormenta, ſed ad condemnationem perueniendum eſt.

CAP. VII.

Miror autem Camillum virum doctum in ea opinione fuiſſe, vt putet, ex probationibus in inquiſitione generali receptis, abſque noua repetitione poſſe quempiam damnari de hæreſi. Nam & ſi contra aliquem infamatum inquiſitio ſpecialis fiat: damnari tamen non poteſt, niſi teſtes repetantur, & copia teſtimoniorum reo detur, & locum accipiat ad crimina diluenda, vt plenius in Catholicis meis inſtitutionibus diſputaui: nec illud verum eſt, quod ibidem ſcribit, ad vnius teſtis dictum torqueri reum poſſe, niſi & alia concurrant, quæ in Enchiridio quoque retuli.

CAP. VIII.

Zanchinus cap. 10. inquit: captus pro hæreſi, fugiens, vel attentans frangere carcerem, pro conuicto habetur, vt tanquã hæreticus damnetur, & inibi Camillus eius opinionem approbat,

bat: ſed in primis cõſidera, opinionem hanc nec pontificia lege, neq; ciuili probari. quod ſi vera eſſet in alijs criminibus, quæ quidem valde dubia eſt: in crimine tamen hæreſis locum habere non poteſt: tum quia de ſalute animarum præcipue in eius punitione tractatur; tum etiam, quia hæretico reſipiſcẽti ignoſcitur, quod in ceteris criminibus non fit. Ad hæc, ſi fractor carceris non eſt hęreticus, veniam petere nec debet nec poteſt, & tamen damnaretur propter præſumptionem quandam, ex qua nihil minus cõſequitur, quàm hæreſis. quid enim commune habet cum hæreſi effractio carceris? quis hoc argumentum admittat: fugit carcere fracto, ergo hæreticus eſt? cũ potius ſit interpretãdum, fugiſſe illum carceris tædio, vel metu falſorum teſtium, vel propter naturalem libertatis appetentiam, cuius auidum hominem ipſa natura finxit. Iure igitur, ac merito ea opinio damnata, & e ſacris tribunalibus eiecta: punitur autem effractor carceris pœnis arbitrariis pro criminis qualitate, cauſa hæreſis in ſuo ſtatu manente.

CAP. IX.

Addit mox Zanchinus: de eo qui erat detruſus in carcerẽ, ſeu monaſterium ad pœnam, ſeu pœnitentiam peragendám, & aufugit, ſeu tentauit fugam, ita quod non ſtetit per eum, nulla eſt dubitatio, quod pro hæretico poſſit damnari: hactenus ille. quam opinionem alibi planisſime confutaui. Omnes enim qui eam ſequuntur, neceſſe eſt, vt fateantur, talem fugitiuum non incidere in hæreſim ſola fuga: ſed vt plurimum eſſe impœnitentem: quod ſi voluerit pœnitentiam peragere, & alias pœnas arbitrarias, pro culpa fugæ impoſitas ſubire, atque eum recte pœniteat: damnari quidem tanquam hæreticus impœnitens nequit.

CAP. X.

Camillus in caput 11. Zanchini multa congerit ſuper quæſtione, An propter ſolam famã poſſit quiſpiã torqueri; quam nos in Catholicis inſtitutionibus plane reſoluimus. addit tamẽ, nihil referre, an quis de hæreſi diffamatus fuerit apud graues, & bonos teſtes, an apud infames & viles, quantum attinet

ad purgationem indicendam: quod ratione, ac iure probare nititur; ratione, quia ſi tales teſtes admittuntur ad probandam hæreſim, à fortiori ſufficient ad probandam infamiam. lege quoque pontificia probari videtur: nam Innocentius tertius conſtituit, purgationẽ eſſe indicẽdam, quamuis infamia fuerit ab æmulis orta. c. in fidei. de hæreticis. lib. 6. cap. accedens. de purga. cano.

Sed hæc opinio dura eſt, vt recte Camillus ipſe dicit, & vt mihi quidem videtur, iniuſta eſt, & falſa. Nam ad probandam hæreſim admittuntur excommunicati, & ſocii criminis in defectum aliarum probationum: ad probandam vero publicam infamiam, deeſſe non poterunt teſtes meliores: alioqui non admodum nocebit vilium, & infamium opinio, atque teſtimoniũ, præſertim cum infamare voluerint hominem probũ, & qui ſit exiſtimationis bonæ: leges autem ſemper plus bonis teſtibus, quàm improbis tribuunt, & originem famæ conſiderant, vt non à maleuolis, & maledicis, ſed à prouidis & honeſtis orta ſit. c. qualiter 2. de accuſat. l. 3. §. 1. ff. de teſtib.

Nec obſtat lex Innocentij, quia non de fama criminis, ſed de infamia defectus loquitur: nec ait, æmulis eſſe credendum, ſed quod reus dicebat, famam ab æmulis ortã eſſe, & ſummus ipſe Pontifex nihil æmulorum teſtimonia curat: ſed publicam notam: quæ procul dubio probanda erat, non aliis teſtibus, quàm fide dignis. c. accedens. de purgat. cano.

CAP. XI.

Zanchinus cap. 13. in ea opinione cum multis eſt, vt cum generaliter inquiritur, ſi plures teſtes ſingulares teſtimonium contra aliquem dixerint, quod reus ille damnari poſſit talibus teſtimoniis. Sed hæc opinio falſa proculdubio eſt: Quid enim refert, an ſit generalis inquiſitio, vel ſpecialis? cum vtroq; caſu teſtes ſingulares ſint: & ne repetam ea quæ prolixius in hoc errore confutando in Inſtitutionibus catholicis, & in Enchiridio ſcripſi, ad eos libros lectorem mitto.

CAP. XII.

Idem Zanchinus cap. 16. inquit, clericum hæreticum pænitentem,

nitentem ab officio, vel beneficio deponendum non eſſe, ſed ad tempus poſſe ſuſpendi. Hæc opinio eſt euidenter falſa, & multis legibus contraria: nam & clerici grauius, quàm laici delinquunt, & ſeuerius puniendi ſunt bonis omnibus ipſo iure priuati.c.accuſatus.§.vlti.c.vt commiſſi.§.priuandi. de hæreti.lib.6.c.ad abolendam.cap. excommunicamus. §. credentes.verſicul. ſi vero clericus.eod.tit.lib.6.

CAP. XIII.

Camillus in c.22.gloſſam quandã ſecutus,inquit:Hæreticũ eum eſſe, qui contra fidem catholicam prædicat, licet quod dicit,verum eſſe non credat:quamuis autem ex propria definitione ille non ſit hæreticus,cum errorem intellectus non habeat;attamẽ eccleſia eum pro hæretico habere,quinimmo tanquam dogmatiſtam ſeueriſſime punire debet:quippe cum magis peccare videatur is,qui ſciens alios decipit,quàm qui,& ipſe deceptus erat.Vidi ego cauſam cuiuſdam, qui mulieri perſuadebat tactum libidinis non eſſe peccatum, idque illam docebat, & iure iurando confirmabat, qui poſtea comprehenſus dicebat,ſe id non crediſſe,ſed manifeſtam eſſe cauſam propter quam errorem illum affirmabat: mihi autem videbatur, eum puniendum tanquam dogmatiſtam, quia doctus erat, & ignorantes decipiebat:& quia pontificia lex ait:hæreticos eſſe eos,qui aliter ſentiunt,aut docent, quàm ſacroſancta Romana Eccleſia prædicat,& obſeruat.cap.ad abolendam.ergo ſatis eſt alteram partem alternatiuæ,ſiue diſiunctę orationis veram eſſe. Præterea hæretici multi vel propter vanam gloriam, vel odio aliquorum,vel propter voluptatem, vel propter nefariũ lucrum opiniones hæreticas gignunt, ſcientes eas eſſe falſas; quod euidentius eſt,quàm vt probatione indigeat: idq; vetus, & antiquum eſt,non ſolum inter Chriſtianos, ſed inter ethnicos etiam,vnde illud Martialis lib.4.

Nullos eſſe Deos,inane cœlum:
Affirmat Selius,probatq; quod ſe
Factum,dum negat hoc videt beatum:

Et non ideo minus hæretici vere ſunt;& vt hæretici puniendi.

CAP. XIIII.

Scribit Zanchinus cap. 25. quod hodie de neceſſitate habet Epiſcopus,& Inquiſitor redeuntibus ad ſinum eccleſiæ facere gratiam,& dimittere bona: quia ex quo recipiuntur, bona non ſunt eis auferenda. Equidē vix adduci poſſum, vt credam hæc fuiſſe verba Zanchini: quomodo enim vir doctus, qui paulo ante veram doctrinam ſcripſit, mox ſibi ipſi,& iuribus vulgatis contrarius, errorem hunc tradere potuit? bona hæreticorum ipſo iure ſunt confiſcata: quo igitur pacto Epiſcopus, & Inquiſitor bona publicata condonare queunt? Summus Pontifex plenitudine poteſtatis vtens conſtituit (vt audio) vt in Italia non auferantur bona hæreticis pænitentibus. Sed iudices inferiores extra Italiam iura communia ſeruare tenentur. addo quod magis timetur bonorum publicatio, quàm ceteræ punitiones, præſertim ab hæreticis, qui carnales ſunt omnes, & rebus temporalibus affixi: æquiſſimum quidem eſt, vt eis qui ſe deferunt,& ſponte priuſquam delati ſint, ad eccleſiam redeunt, bona donentur omnia. Sed qui comprehenſus, & in carcerem coniectus, poſt multa periuria (vt fieri ſolet) coactus, & conuictus, ne bonis priuetur, ſe velle pœnitere ait: profecto indignus eſſe videtur tanta clementia, & impunitum fere manet hæreſis crimen.

Hæc breuiter,& curſim in eo libro notaui, non quod velim in opere alieno ingenioſus videri: ſed quod ea fere omnia libris editis aliter ipſe tradideram, atque ea quidem ipſius Camilli cenſuræ in primis ſubiicio: quem doctum, & candidum virum eſſe non dubito; & vt religioſum,& Inquiſitorem Apoſtolicum diligo,& in pretio habeo.

FINIS.

INDEX
RERVM ET VERBORVM
COPIOSISSIMVS,

In quo breuiter tamquam in compendium contracta, ordine Alphabetico recenſentur tam ea quæ à Zanchino, quàm illa quæ à R. P. F. Camillo Campegio in Additionibus ad Zanchinum continentur.

A

Abiuratio eſt pœna pœnitentialis, redeuntibus arbitrio Inquiſitoris imponẽda. cap. 20. nu. 2. pag. 142.

Abiurationis forma, & diuerſi abiurandi modi. Camp. in addit. ad cap. 20. lit. b. pag. 145.

Abiuratio, an ſententiæ præferri debeat. addit. ad cap. 41. lit. a. pag. 253.

Abiurans an, & quando teneatur ſubſcribere abiurationem à ſe factam. addit. ad cap. 20. lit. a. pag. 145.

Abiurantis ſubſcriptio, non eſt eſſentialis abiurationi. ſatis enim eſt, ſi per ſcripturam publicam, & teſtes de abiuratione conſtet. addit. ad cap. 20. lit. b. pag. 145.

Abiuratio an coram ſolo Inquiſitore, *vel Epiſcopo fieri poſſit. addit. ad cap. 8. lit. e. pag.* 41.

